This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 08189175 0

Digitized by Google

Digitized by Google

(Zottoli)
*DVC

Digitized by Google

Digitized by Google

CURSUS

LITTERATURÆ SINICA

Digitized by Google

Digitized by Google

CURSUS

LITTERATURÆ SINICÆ

NEO-MISSIONARIIS ACCOMMODATUS

AUCTORE P. ANGELO ZOTTOLI S. J.

E MISSIONE NANKINENSI.

VOLUMEN QUARTUM PRO SUPREMA CLASSE

STYLUS RHETORICUS.

CHANG-HAI

EX TYPOGRAPHIA MISSIONIS CATHOLICÆ

IN ORPHANOTROPHIO TOU-SÈ-WÈ (TOU-CHAN-WAN).

MDCCCLXXX.

Digitized by Google

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1898.

Digitized by Google

PROŒMIUM.

Amœniores campos jam ingreditur cursus noster. Librorum canonicorum curriculum necessum quidem fuit emetiri : at salebris illud tribulisque subhorrere fatendum est. Qui sane fieri unquam posset, ut temporum tam longe dissitorum scripta, tot sæculorum passa vices, semiustaque, dixerim, a communi incendio vix vindicata, haud magnas objicerent studenti difficultates? At cum dynastia Tcheou cœpit ab incunabulis dissidere, scriptorum stylus paullatim emolliri, obscurioresque antiquitatis formas exuere visus est. Tunc apparuit 左丘明, qui tam pura styli vena Veris Autumnique commentaria 左傳, atque regnorum dicta 國語 exscripsit; tunc ceteri Veris Autumnique commentatores 公羊高 et 穀梁赤 : tunc variæ regnorum T'sin, Tchao, T'si, Yen, Han, Wei et T'chou lucubrationes, quarum collectio ab Han homine 劉向 facta, sub 國策 nomine pervulgatur; simulque speciales T'chou regni lucubrationes, 楚辭 ideo appellatæ. Tunc ex 苦縣 apparuit philosophorum primus, 老子 seu 李耳, qui in suo 道德經, alienam a jactantia et splendore puram quietem nihil agentem proclamat : ex 蒙城 apparuit alter philosophus 莊子 seu 莊周, qui in suo 南華經, apologis ludens sæculum, transgredi vulgus et insolitas terere vias in deliciis habet : ex 蘭陵 apparuit tertius philosophus 荀子 seu 荀況, qui in suis philosophicis scriptis naturam tanquam malam professus, inter multa egregia mendas non vitavit : quibus si addas 揚子 seu 揚雄, et 文中子 seu 王通, alterum patria 成都 ex Han dynastia, qui in suis 太玄經 et 法言 confuse et incondite ex Mutatore hausit disciplinam, alterum patria 龍門 e Soei dynastia, qui in suis 元經 et 中說 male de Tsin usurpatore et Wei principe judicavit, quinque habebuntur philosophi seu

Digitized by Google

五子, qui specialem doctrinam inducere conati sunt. Dilapsam Tcheou, excepit T'sin dynastia, quæ licet perbrevi steterit intervallo, satis tamen vixit, ut magnum afferret rei litterariæ detrimentum. Hanc e cinere veluti revocavit Han dynastia, litteraria etiam gloria illustris, sub qua historicorum princeps 司馬遷 cum sui 史記 130 capitibus seu sectionibus (卷), et 班固 cum sui 漢書 120 capitibus, celebrem viginti quatuor historiarum 廿四史 seriem iniverunt : eos enim secuti sunt 范曄 e 劉宋 cum 後漢 120 capitibus, 陳壽 e 晉 cum 三國 65 capitibus, 房喬 aliique e 唐 cum 晉書 130 capitibus, 沈約 e 梁 cum 宋書 100 capitibus, 蕭子顯 e 梁 cum 南齊 59 capitibus, 姚思廉 e 唐 cum 梁書 56 capitibus et 陳書 36 capitibus, 魏收 e 北齊 cum 魏書 114 capitibus, 李百藥 e 唐 cum 北齊 50 capitibus, 令狐德棻 e 唐 cum 周書 50 capitibus, 魏徵 aliique e 唐 cum 隋書 85 capitibus, 李延壽 e 唐 cum 南史 80 capitibus et 北史 100 capitibus, 劉昫 aliique e 晉 cum 舊唐 200 capitibus, 歐陽修 e 宋 cum 新唐 255 capitibus et 新五代 75 capitibus, 薛居正 e 宋 cum 舊五代 150 capitibus, 托克托 e 元 cum 宋史 96 capitibus et 遼史 116 capitibus et 金史 135 capitibus, 宋濂 aliique e 明 cum 元史 210 capitibus, 張廷玉 e 清 cum 明史 360 capitibus. Han dynastiam, ne de minoribus fiat sermo, cum quarum agitatione difficilius litteræ sociabantur, nullatenus exæquavit Tsin dynastia, quanquam non minus 155 annorum ipsa perstiterit : at litterarum splendore superarunt magnæ T'ang et Song dynastiæ, e quibus octo scholæ principes 八大家 gloriose prodiverunt. Sub his enim e 南陽 prodiit magistratuum tribunalis assistens, 韓愈, nomine 退之, posthumo 文, qui anno 824, ætatis 57, defunctus, reliquit copiose fluente stylo exarata 韓文全集 50 capita : e 河東 prodiit rituum tribunalis adjutor, 柳宗元, nomine 子厚, qui anno 819, ætatis 47, defunctus, reliquit nervoso gravique stylo 柳州全集 48 capita : e 廬陵 prodiit pœnarum tribunalis præses, 歐陽脩, nomine 永叔, posthumo 文忠, qui anno 1072, ætatis 66, defunctus, reliquit leni at presso stylo 六一全集 158 capita : e 眉山 prodierunt, anno 1009 pater 蘇洵, nomine 明允, posthumo 文, prænomine 老泉;

Digitized by Google

anno 1036 ejus filius 蘇軾, nomine 子瞻, posthumo 文忠, 東坡 transnominatus; anno 1039 alter filius 蘇轍, nomine 子由, posthumo 文定, prænomine 潁濱; quorum primus, vix demum apud urbis gubernatorem tributo præpositus, profundo insolitoque stylo confecit 老泉全集 16 capita, et 58 annorum e vita excessit; alter militiæ tribunalis præses, largifluo stylo composuit 大蘇全集 130 capita, et 66 annorum decessit; tertius vectigalium tribunalis præses, significante pressoque stylo elucubravit 潁濱全集 96 capita, et 74 annorum defunctus est : e 南豐 prodiit diplomatum curiæ addictus, 曾鞏, nomine 子固, qui 65 ætatis anno defunctus, reliquit stylo conciso at pleno exarata 南豐全集 50 capita : e 臨川 prodiit summus 神宗 imperatoris consiliarius minister, 王安石, nomine 介甫, posthumo 文, qui rorido profundoque stylo exscripsit 臨川全集 100 capita, et anno 1086, ætatis 68, decessit e vivis. Post eos sequentes dynastiæ magni nominis scriptores parere non cessarunt; at jam novum litteraturæ genus inductum tunc fuit, de quo sequens annus ampla exhibebit exempla. Interim ex his omnibus huc usque enunciatis, in quibus toto splendore sinica litteratura coruscat, solent notabiliora loca accuratius excerpi, atque studentium tradi manibus, ut inde styli amœnitates tanquam e purioribus fontibus hauriant. Statim igitur ac adolescentes juniores annos in classicis canonicisque memoriter addiscendis vulgo posuerint, antequam litterariæ amplificationis scriptionem ineant 開筆, antiquarum prosarum acri studio mancipantur. Quare nos, qui laureæ candidati in litterario curriculo gradatim vestigia premimus, ipsum earum studium per hunc annum prosequemur : stylus enim epistolaris, cujus aliquot post memoriarum ceterorumque operum prosas proponemus exempla, harum veluti ramus habendus est; allusiones autem quæ sequuntur litterariæ, necessaria quadam eruditione iis subserviunt, et orationis particulæ quæ volumen coronant, ipsarum sunt commissuræ.

Scriptionis igitur eleganti stylo hoc quartum nostri cursus volumen addicitur, in quo eadem ac antea utemur methodo : at fortasse haud necesse, eadem ac antea religione, omnia et sola nova vocabula ad paginæ calcem

Digitized by Google

explanare; potius quæcumque mihi paullo inusitatiora videbuntur, prout occurrunt, liberius explicabo.

Sed antequam prosas degustandas aggrediamur, præstat varios eorum auctores nonnihil cognoscere : epistolarum immo auctores, si non omnes, at saltem notiores, abs re etiam non erit quodammodo per transennam salutare. Scio equidem haud omnia, quæ de his in sinicis Excerptis Commentariisque inveniuntur, oppido inter se cohærere. At id de plerisque passim sinicis libris æque dici posset, ut jam, diligenti quantumvis voluntate, ab omni mendo præcavere desperandum prope videatur : cum vulgo Sinæ, nisi de canonicis agatur, quos ob eam, qua colunt religione, speciali cura concinnant, haud multum cordi habeant ad castigatas formas suos libros exigere. Nisi ergo in singulis minutiis ad ipsos fontes recurrere velimus, quod, cum de centenis millenisque agatur, arduum quippe foret atque prope infinitum, necessum est, ut rerum conditioni æquo acquiescamus animo, et quibus indigenæ litterati contenti sunt, ea satis et nos habeamus.

Digitized by Google

PROSARUM AUCTORES.

1. 左丘明, e Chantonensi 兗州, in 汶上 oriundus, fuit regni Lou cancellarius. Confucius Ver Autumnumque refecturus, cum eo in 周 advectus, apud Tcheou cancellarium memorias revolvit: tum reversus ipse confecit Chronica, et cæcus 左丘明 adjecit commentarium. Sub T'ang 太宗, sacrificio, sub 眞宗 titulo 瑕丘 Comitis honoratus, qui sub 徽宗 in 中都 Comitem mutatus fuit.

2. 公羊高, e 齊 seu Chantonensi 青州, in 臨淄 oriundus, a Confuciano 子夏 accepit Ver Autumnumque, cui ipse commentaria adjecit, eaque 公羊春秋 appellata, dein tradidit filio 平. Sacrificio sub T'ang 太宗, et sub 眞宗 titulo 臨淄 Comitis fuit honoratus.

3. 穀梁赤, e 魯 seu Chantonensi 兗州, agnomine 俶, nomine 元始, accepit Veris Autumnique textum a 子夏, et ipse memoriis auxit. Honoratus fuit sub T'ang dynastiæ 太宗 sacrificio, et 襲丘 Comitis titulo, sub 徽宗 in 睢陽 Marchionem immutato.

4. 檀弓, e 魯 regno, capita quædam nitido stylo redegit, quæ in Rituum memoriali leguntur.

5. 李斯, e 楚 regni 上蔡, usus 荀卿 magistro, didicit regnantium artem, et ad eam T'sin regem adhortatus, jussus fuit hujus regni minister. Emisso expellendi advenas edicto et ipse ejectus, prudentem dedit libellum: assecutus in 驪邑 et revocatus, muneri fuit restitutus, et dein ejus opera datum libros comburendi mandatum. Antiquos transformavit characteres, formamque dictam 蒼頡篇文 in aliam 王箸篆 ipse mutavit.

6. 屈原, agnomine 平, nomine 靈均, patre 伯庸, fuit insignis sub T'chou 懷 rege toparcha, 三閭大夫. Propter eximium viri consilium, ei rex intime confidebat; at dein ex collegæ 靳尙, ceterorumque invidia, calumniis impetitus, gratia excidit; et tunc composuit 離騷 poema, id sperans regi mentem inditurum. Sub 襄 rege iterum admissus, mox iterum per calumniam ad Kiangnan dejectus, in 漁父 prosa suum significavit animum, seque dein in 汨羅 præcipitem suffocavit.

7. 宋玉, e 郢 civitate, jam 屈原 discipulus, fuit et ipse regni T'chou minister et toparcha. Cum doleret sui magistri vicem, scripsit 九辨 *novem disputationum* caput ad animi dolorem exhalandum, itemque fecit 神女 et 高唐 aliasque descriptiones, quibus regem obtecte carpit.

8. 莊子, agnomine 周, nomine 子體, e 蒙, Lao tse doctrinarum sec-

Digitized by Google

tator, vastæ eruditionis vir. Fama permotus T'chou 威 rex, multis donis eum invitari jussit. At ille: non vidisti bovem? malim otiolo meo indulgere. Scripsisse dicitur decem mille amplius capita, stylo tam singulari, ut vel periti ejus temporis litterarum, nec omnia ipsi intelligere possent. Auctor est famosi 南華經.

9. 司馬遷, nomine 子長, patre 談, ambo summi cancellarii 太史令, e 夏陽龍門 in Ho nan. Ipse bilustris operam stylo dedit, postque decennium navigavit 江 et 淮, trajecit 沅 et 湘, transivit 汶 et 泗, permeavit 梁 et 楚, et inde reversus, mortuo patre, fuit summus historiographus creatus; at dein excusando amicum 李陵, excitavit 孝武 imperatoris indignationem, et infami castrationis pœna deturpatus, animum applicavit ad historicas memorias scribendas, quas anno ante Christum 91 absolvit, tamque feliciter, ut 揚雄 et 劉向 summa illi laude historicam eloquentiam attribuerint.

10. 賈誼, e 洛陽, sub Han 文 imperatore, cujusdam 河南 præfecti cognomine 吳 suffragio promotus fuit. Viginti unum annos natus composuit 過秦論, et sub eamdem ætatem creatus toparcha, imperatorem rogavit, ut anni initium mutaret et ritum musicamque restitueret: at mox collegæ 絳灌 cæterorumque calumniam obterendi impos, in 長沙 regis magistrum dejectus est. Imperator postea hominem recogitans, eum advocavit, et in intimis ædibus de rebus Spiritnum sciscitatus, tam belle respondentem audivit, ut concubia jam nocte, sensim sine sensu sese illi propius appropinquaret. Mox creatus 梁 regis magister, obtulit componendæ tranquillitatis molimen a regiminis peritis summopere laudatum. Amans studii, sub 昭 imperatore, cum patre et avo fuit in novem ministrorum 九卿 numerum cooptatus.

11. 鼂錯, e 潁州, didicit 申不害 et 韓非 pœnalem codicem, et brevi, Han 文 imperatoris jussu, accepit a 伏生 summi tribunalis præfecturam. Magnus consiliarius, tantæ sagacitatis erat, ut sapientiæ saccus 智囊 appellaretur, et quoties de rebus confinium offerret litteras, toties laudaret admitteretque imperator. At demum magnus censor creatus, cum sæpe 景 imperatorem ad feudalium principum potestatem attenuandum hortatus fuisset, mox horum indignationi permissus, iniquæ morti fœde traditus fuit.

12. 司馬相如, nomine 長卿, e Se t'choan 成都, a pueritia cum litterarum studio didicit tractare gladium. Factus, sub 景 imperatore, regius stipator 武騎常侍, morbo mox impeditus peragravit 梁 regnum. Elucubratis 子虛 et 上林 descriptionibus, a 文 imperatore revocatus, in Se t'choan rebelli 唐蒙 populum seducenti, rationem persuasurus missus fuit; illic pontibus etiam viam aperuit, et reversus creatus est regius custos 中郎將. Tandem propter morbum magistratu absistens, in 茂陵 secessit; homo litterariæ scrip-

Digitized by Google

tionis valde peritus, at quod cum 卓文君 noctu aufugerit, male notatus.

13. 李陵, nomine 少卿, avo 廣, fuit gubernator urbis 臨沅; cujus cives ad ipsius memoriam constituerunt 清陵館. Dein fuit dux exercitus, ejusque milites viribus fortes, consilio pollentes, gladio docti laudabantur; ipse vero tigridem manu capere poterat, et sagittâ quicquid vellet feriebat. Ducens quinque mille pedites, in regionem barbarorum longe procurrerat, cum armis viribusque deficiens se hostibus dedere coactus est. 司馬遷 eum litteraturâ principem, arteque militari a nemine superatum laudavit.

14. 楊惲, nomine 子幼, patre 敞, historici 司馬遷 a sorore nepos, e 華陰, sub Han 宣 imperatore regius custos 中郎將 renunciatus fuit. E munere depulsus, ad 孫會宗 rescripsit, se non divitias, non amare dignitates, sed ad ingenium cantu et quiete suum otiolum oblectare.

15. 諸葛, agnomine 亮, nomine 孔明, posthumo 忠武, patria 琅琊, e 豐 prognatus, sub Han dynastiæ finem, ob reipublicæ perturbationes sese in 南陽 absconderat, cum 徐庶 dux consiliarius, coram 劉備 rege illum draconem dormientem appellavit : unde postea 臥龍先生 transnominatus fuit. Rex ipse adiens petiit consilium, rogavit enixe ut esset bellicus consiliarius, moxque primum ministrum renunciavit. Sub regis filio 斗, creatus 武鄉侯, elegit bonos, aluit populum, iniit cum regno 吳 societatem, sedavit barbaros, et lapideas instruendi aciem formas composuit 八陣圖, summopere celebratas. Vir consilii astutia et stratagematum artificio famosus.

16. 李密, nomine 令伯, domo 西蜀武陽 : patre mature defuncto, et matre novo matrimonio obligata, ab avia puer educatus impense eam redamavit. 劉武 imperatori sæpe eum ad se advocanti, ut 太子洗馬 creatus, hæredis principis studia juvaret, per libellum respondit, se quadraginta quatuor annos natum plus habiturum temporis ad regia munera exequenda, quam ad remunerandas aviæ plusquam nonagenariæ curas. Imperator suspirans eum non nomine tenus pium laudavit.

17. 王羲之, nomine 逸少, avo 導, e 琅琊, magnam adeptus regem severe admonendi famam, rectæ calligraphiæ vero ita peritus fuit, ut inter veteres recentioresque facile princeps habeatur. Fuit ducis titulo decoratus 右軍將軍, fuit et 會稽 præfectus : hinc e septem filiis, 凝之, 徽之, 獻之, incoluerunt 會稽, et æque fama claruerunt.

18. 陶潛, nomine 元亮, in 晉 agnomine 淵明, in 宋 agnomine 潛, a vulgo appellatus 靖節先生, sagacis proregis 侃, nomine 士行, pronepos, cum prope domum quinque salices plantasset, inde se etiam 五柳先生 transnominavit. Fuit præfecturæ magister, sed paulo post munere abscessit : rursus

Digitized by Google

fuit urbis 彭澤 gubernator; sed quadam vice, cum ad eum præfectus delegatum misisset, cui ipse solemniore vestitu obviam ire debebat, suspirans dixit, se non posse propter quinque oryzæ modios, curvatis lumbis rusticum excipere hominem; ac statim, sigillo deposito, cecinit suum 歸去來辭. Dein a 劉裕 Song dynastiæ fundatore sæpe ad magistratum ineundum invitatus, omnino noluit, tantum versus pangendo, vinumque bibendo suam degere vitam in deliciis habens. Obiit anno 427 jam sexagenarius.

19. 駱賓王, e 義烏, septennis jam versificandi potens, tantam sibi mox in litteris famam comparavit, ut ipse ac 王勃, 楊炯, et 盧照隣, appellati fuerint quatuor totius imperii præstantes. Pro 徐敬業 composuit edictum, in quo crimina 武則天 imperatricis acerbe revelavit. Hæc cum illud legens eo devenerit « *terra unius pugilli nondum siccata, cui confidit pupillus sex palmorum?* » admirans dixit : quis hoc composuit? talem hominem minister in regiam non vocabit? At dein victo 徐敬業, talis homo occisus fuisse dicitur.

20. 王勃, nomine 子安, e 絳州龍門, avo 通, seu famoso philosopho 文中子, sexennis jam peritus scribendi, mature cœpit regiæ aulæ operam præstare. At regia concitata ira, inde dejectus, ejusque causa pater 福時 in 交趾 subpræfecturam amandatus. 勃 profectus ad eum salutandum, 洪州 pertransivit, et pro 閻 prorege composuit 滕王閣 proœmium, ad quod omnes mirabundi divinum ingenium proclamarunt. Fratres 勔 et 勉 et 助, doctores item fuerunt celebres. Aquas trajiciens misere immersus periit florente 29 annorum ætate, anno 675.

21. 李白, nomine 太白, patria 成紀, ex eadem familia ac 唐 dynastiæ imperator. Is ingenio acer, poetandi peritus, sub 天寶 advocatus in regiam, moxque creatus academicus. Imperator 玄宗, viri ingenio delectatus, ei honores conferre meditabatur, cum eunuchus 高力士, acceptæ irrisionis dividia, per calumniam a magistratu impedivit. Hinc liber per imperium vagabundus, totum se dedit versibus atque vino, compegitque carminum triginta volumina.

22. 李華, nomine 遐叔, patria 趙州, in supremo examine 博學宏詞 doctor, factusque magistratuum tribunalis adjutor. Is judicio affecit primi ministri 楊國忠 gloris maritum dissolute viventem, exindeque ejus loci homines perterriti sunt. Potissimum laudantur ejus 含元殿 discriptio, et 弔古戰場 dissertatio. Nepotes 翰 et 觀, etiam fuerunt litteratura celebres.

23. 劉禹錫, nomine 夢得, e 中山, doctor, supremum examen periclitatus. Dejectus pluries, pluries promotus, fuit etiam interioris curiæ minister, tandemque in Sou tcheou præfectura adeo regimine excelluit, ut donatus veste purpurea auro contexta, rursus honoribus fuerit auctus. Senectutem usque ad

Digitized by Google

septuagesimum secundum annum scriptione oblectavit, ab eximio poeta 白居易 poeta eximius appellatus.

24. 杜牧, nomine 牧之, prænomine 樊川, e 杜陵, avo 祐, sub 太和 doctor, soluta et ligata oratione peritus, creatus fuit academiæ compositor 史館修撰, et dein diplomatum curiæ addictus 中書舍人. Obiit quinquagenarius anno 852. Frater 顗, et ipse doctor, fere illum scribendi arte exæquavit.

25. 韓愈, prænomine 昌黎, septennis jam poterat memoriæ aliquot millena vocabula quotidie mandare: factus doctor et dein summi tribunalis assistens, cum, anno 819, 玄宗 imperatorem admonuisset, dejectus fuit in Koantonensem 潮州 præfecturam. Obiit anno 824, ætatis quinquagesimum septimum agens, et inductus est in Confucii delubrum.

26. 柳宗元, e 解縣, magno patruo 奭, qui fuit interioris curiæ minister, patre 鎮, qui fuit magnus inspector. In supremo examine, nono 貞元 anno, doctor, creatus revisor librorum, moxque censor, et dein Rituum tribunalis adjutor, propter 王文叔, anno 815 in 永州 annonarium, moxque in 柳州 præfectum mutatus, inde transnominatus fuit 柳柳州. Quadraginta sex annos natus e vivis discessit, et fama cum celeberrimo 韓愈 contendit.

27. 王禹偁, nomine 元之, e 鉅野, novennis jam scribendi peritus, sub 太宗 factus doctor, fuit dextimus imperatoris admonitor. Obtulit decem contra barbaros molimina, 禦戎十策, ejusque stylus sumopere probatur: dein academiæ præfectus constitutus, scripsit quinquaginta amplius libros. Filius 嘉祐, doctor, fuit magnus inspector, et pronepos 份, et ipse doctor, fuit vectigalium tribunalis assistens.

28. 范仲淹, nomine 希文, posthumo 文正, titulo 楚國公, e 吳縣, cum strenuam litteris adhibuisset operam, ex paupere conditione sese feliciter erexit. Sub 眞宗 factus doctor, incensum habuit magistratum gerendi studium: sub 仁宗 admonitor designatus, egregie de temporis regimine disseruit. Præfuit multis regionibus, et tandem creatus summi ministerii assistens, paulo post, anno 1052, sexagenariam transgressus ætatem defunctus est.

29. 司馬光, nomine 君實, prænomine 涑水, nomine posthumo 文正, e 陝西, patre 池, e fratribus secundus. Quartum vix emensus lustrum, sub 寶元 factus doctor, honoribus viam sibi aperuit: at cum acriter per libellum regem admonuisset, quod vectigalia ad prima germina exigendi lex, 青苗 ideo appellata, non esset opportuna, dejectus est ad censoris officium, moxque privatus mansit quindecim annis. At sub 哲宗 factus interioris curiæ consiliarius 左僕射, delevit primæ germinationis 青苗 legem, et sub 元祐 summo potitus ministerio, cœlum volvendi terramque subvertendi meritum attigisse celebratur.

Digitized by Google

Multa descripsit, et postremo creatus regis magister sub titulo 溫國公, obiit anno 1086, septuaginta septem annos natus. Filius 康 modestus et pius, fuit regius admonitor.

30. 歐陽修, patre 觀 et patruo 曄, doctoris lauream simul adeptis, matre 鄭 oriunda, doctoratus primas obtinuit, et sub 仁宗 adminitor regius, impedivit ne duo summi magistratus 韓琦 et 范仲淹 officio desisterent. Fuit 滁州 præfectus, academicorum magister, gubernii adjutor : maturavit 英宗 imperatoris restitutionem, fuit principis hæredis magister, se transnominavit 六一居士, insignitum titulo 兗國公. Multa egregie scripsit, et Han yu celebritati par habetur; anno 1072 defunctus, quinquaginta sex annos vixerat.

31. 蘇洵, vigesimum septimum agens annum posuit litterarum initia, sine successu prima subiit pericula, addito conatu sese expolivit, et cum duobus filiis metropolim petens, cœpit sub 嘉祐 magnam celebritatem sibi comparare, et fuit, suffragante Ngeou yang sieou, a summo ministro 韓琦 factus secretæ curiæ revisor 校書郎. At dein de gradu depulsus, tributo præpositum egit apud 文安 urbis gubernatorem. (1009 ad 1066).

32. 蘇軾, primogenitus, appellatione 東坡居士, fuit summa cum laude 杭州 et 徐州 aliarumque urbium præfectus, et academiæ et tribunalis præses, acerrimus 王安石 politiæ hostis. At ipsa prævalente, ad Kiang si 黃州 præfecturam anno 1079 dejectus fuit : rursus anno 1086 restitutus, rursus anno 1094 imperatoris gratia excidit, et ad Koantonensem 惠州 præfecturam, rursusque ad 崖州 districtum missus fuit, unde paulo post ac revocatus fuerit, e vivis in 常州 66 annos natus excessit, anno 1101; homo tanti meriti, ut summam sui 神宗 imperatori injecerit admirationem, et ad noctem eloquentem, sub 仁宗, imperatrix cum aurei nelumbii lampade dein deducendum curaverit. Ejus primogenitus 邁, fere patrem litterario merito attingens, cum eo phrasibus componendis certabat : secundus filius 迨, et tertius 過, item litterati egregii : nepotes habuit quatuordecim.

33. 蘇轍, præcedentis frater, prænomine etiam 樂城 appellatus, homo admodum tranquillus et segregatus, parcus verborum, honestatis amator, cum fratre simul lauream obtinuit. Fuit summi tribunalis adjutor 尚書右丞, et interioris curiæ assistens 門下侍郎, academiæ præfectus et tribunalis præses : at fortiter potentium 章 et 蔡 sugillans actionem, pluries magistratu motus fuit, eoque tandem ipsemet abiens, domum sibi in 許 ædificavit. (1039 ad 1112). Tres habuit filios, 遲 et 适 et 邁.

34. 曾鞏, transnominatus 南豐先生, avo 致堯; tam acris a pueritia ingenii, ut aliquot millia verborum, semel visa, memoria tenere posset, sub 嘉

Digitized by Google

祐 factus doctor, antequam curiam ingrederetur, fuit 齊, 襄, 洪, 福, 明, 亳, 滄 variis urbibus præfectus, et ubique sategit mala populi depellere. Ejus styli elegantia, par quæ cum 歐陽修 vena comparetur. Frater consobrinus, et ipse doctor, fuit lector imperialis 著作郎.

35. 王安石, prænomine 半山, titulo 荆國公, e 臨川, patre 益, qui fuit præfectus et gubernator urbis apprime celebratus. Ipse multa perlegens, omnia memoria retinebat, adeoque doctus erat disputandi, ut a nemine unquam vinceretur. Anno 1067 fuit Nankini præfectus, moxque a 神宗 ad regiminis clavum evectus, sub eo novam induxit gubernii formam, quæ multos excitavit fautores, multos adversarios : inter hos eminuit Se ma koang, qui ei successit, novasque leges abrogavit. Vixit ab anno 1021 ad 1086.

36. 宋濂, nomine 景濂, prænomine 潛溪, sub Yuen dynastiæ finem creatus academicus compilator 翰林編修, sub Ming dynastiæ fundatore factus canonicorum magister 五經師 et Kiannani examinator 江南儒學提督, classicos libros docuit hæredem principem; fuit immo in academiæ præfectum promotus, tum dein dejectus ad 安遠 præfecturam. Rursus postea electus Rituum tribunalis curator 禮部主事, principis hypodidascalus 贊善大夫, atque explanator imperialis 侍講學士 : at ultimo vitæ anno calumnia laceratus, occisis filio nepoteque, ipse extra patriam mortuus est, appellatusque posthumo nomine 文憲. Secundus ejus filius 瑲, nomine 伯珩, poesis et calligraphiæ peritus, magnam sibi comparavit famam, fuitque diplomatum curiæ addictus 中書舍人.

37. 劉基, nomine 伯溫, e 青田, fuit primum Yuen dynastiæ doctor; dein abiens magistratu, privatus vixit. Sub Ming dynastiæ initium Nankinum advocatus, obtulit octodecim molimina, et postea sæpe ad bellum exiit gerendum. Creatus summus cancellarius 太史令, dein factus examinandæ administrationis censor 御史中丞, meritorum dives acquisivit 誠意伯 titulum. Scripsit 郁離子, 覆瓿集, 寧情集, 犂眉公集. Filius 璉 fuit Kiangsi procurator annonæ 右參政; nepos 薦 donatus est Comitis titulo; et diu unus ex posteris electus est in imperialem explanatorem. Ipse homo fuit integer et strenuus; 高 imperator appellavit eum fidelem, eique intime confidit, tandemque ita laudavit, ut ex Chang et Tcheou dynastiis usque adhuc, nullum ei parem fuisse diceret.

38. 方孝孺, nomine 希直, ex patre 克勤 secundo loco genitus, puer eruditum 宋濂 secutus, multa scripsit, quæ præteriti litterati nondum tentaverant. Sub 洪武 fuit principis 皇太孫 magister, transnominatus 正學先生; mox academicus, et explanator imperialis : cumque princeps ascendit solium,

Digitized by Google

imperiali collegio addictus fuit. At 文皇, excitata mox seditione, illum scribere edictum turbisque favere detrectantem, ira incensus in pago jussit occidi. Sub 洪熙 (1425) coram omnibus ministris, minister vere fidelis proclamatus, sub 隆慶 honoratus est sacrificio.

39. 王守仁, nomine 伯安, in vita appellatus 陽明先生, e Tchekiannensi 餘姚. Sub 弘治 doctor, mox tribunali criminum præpositus, inique accusatus, inique fuit ad Long chang in Koei tcheou cursorius præfectus demissus; rursusque dein factus gubernator urbis, magistratuum tribunalis curator, prætor provinciæ, et tandem Nankini militiæ tribunalis præses. Creatus Comes, dein depressus, rursus Marchio jussus. Nomine posthumo 文成, honoratur in Confucii pagoda. Militari et civili laude egregius, milites insolita strategia versabat, ut omnium opinionem excedere videretur. (1472 ad 1528).

40 宗臣, nomine 子相, e 興化 oriundus, sub 嘉靖 lauream adeptus, fuit rei litterariæ præfectus 提學副使, litteris virtutibusque præstans.

41. 王世貞, nomine 元美, e 太倉. Cum regium monitorem 楊繼盛 morte plexum doluisset, potentis 嚴嵩 eunuchi indignationem provocavit: postmodum patre morti addicto, magistratu abscessit. Dein fuit pœnarum tribunalis præses, et cum fratre 世懋 nomine 敬美, qui erat ex imperialis sacrificii curia 太常卿, poesi et prosa tantam sibi famam adepti sunt, ut 麟洲 et 鳳洲 appellarentur. (1526 ad 1590).

42. 張溥, nomine 天如, e 太倉, una cum 張采 circulum (社) instituit, quo conspicui litterati simul congrediebantur. Factus academicus, accusatus fuit, quod in gubernium circulus conspiraret; sed imperatore non damnante, morte sua finivit, multa de canonicis historicisque relinquens scripta, quæ ob insigne meritum in imperiale museum collecta fuerunt.

EPISTOLARUM AUCTORES.

43. 蔡景歷, nomine 茂世, e 考城, inclytus, pius, pauper, studii amans, fuit vectigalium tribunalis præses 度支尚書. Filius ejus ingeniosus, fuit in tribunalium censura præses sigilli 給事中.

44. 郭嘉, e 陽翟, plenus consilii rerumque agendarum solers. 曹操 de publicæ rei statu cum eo collocutus dixit, se pupillum, cum solo illo, magnum facinus posse conficere. Posthumo nomine 貞侯 appellatus.

45. 關羽, nomine 雲長, e 解縣 in Chansi, adjuvit Lieou pei. Appellatus 萬人敵 decem mille hominum æmulus, strategus fuit fortissimus, et veluti Mars a Sinis colitur. Duo filii, 平 et 興, etiam famosi.

Digitized by Google

46. 王猛, nomine 世雄, rei litterariæ artisque militaris gnarus. Sub 太建 præfectorius administer 錄事參軍, ob militare meritum electus principis custos 太子右衛, paulo post munere abiit. Rursus adjuvit 文 imperatorem, qui ejus meritis admodum lætatus, donis locupletavit. Posthumo nomine fuit 成 appellatus.

47. 曾省吾, e 鎮祥, doctor, fuit provinciæ prætor et exercitus dux in Se t'choan. Postea creatus est militiæ tribunalis assistens, tum Nankinensis administrationis censor, et tandem operum tribunalis præses.

48. 范應期, Tchekiannensis, ex 湖州 præfecturæ 烏程 districtu, sub 嘉靖 academiæ princeps designatus.

49. 陳貞謨, nomine 忠夫, e 安吉, doctor, fuit in Koei tcheou procurator annonæ, et annos attigit nonaginta unum.

50. 汪道昆, nomine 伯玉, fuit doctor eodem ac 王世貞 anno. In senectute militiæ tribunalis assistens fuit renunciatus.

51. 朱熹, nomine 元晦 vel 仲晦, patria 新安, celebratissimus interpres, natus anno 1130, obiit anno 1200, et sub 徽國文公 titulo in Confucii fano honoratur.

52. 文天祥, nomine 宋瑞, alio nomine 履善, e 吉水, vigesimo ætatis anno doctor, fuit dein primus minister, secutusque miseram 端宗 imperatoris fortunam. Cum tandem nollet adhærere novæ Yuen dynastiæ imperatori, ultro sibi vitam ademit. (1236 ad 1282).

53. 馮子振, nomine 海粟, e 攸縣, vix fuit septimi gradus magistratus 承事郎, at tam insignis facundiæ, ut calente vino præparatas a duobus tribusve famulis papyros tractim inscriberet: sic multa exaravit, at pleraque deperdita sunt.

54. 文徵明, initio nomine 璧, dein propter ordinem fratrum mutavit 璧 in 徵仲, alio nomine 衡山, patre 林, qui fuit 溫州 præfectus, patruo 森, qui fuit administrationis censor, e 長洲 oriundus. Ipse fuit academiæ administer 待詔, attigitque nonaginta annos. Filius ejus primogenitus agnomine 彭, nomine 壽承, fuit imperialis collegii administer, et secundus agnomine 嘉, nomine 休承, fuit examinator imperialis.

55. 錢溥, e 華亭, sub 天順 doctor, fuit interioris curiæ adjutor, et tandem rituum tribunalis præses. Posthumo nomine 文通 appellatus.

56. 陸時中, nomine 幼貞, patruo 澄. Sub 嘉靖 licentiam adeptus, a pueritia ingenio præstans, non magistratum agere, sed multa scribere adamavit.

57. 袁紹, nomine 本初, rigidi præfecti 安 abnepos, e 汝南, fuit magnus strategus, et præfuit 冀 et 青 et 幽 et 幷 quatuor provinciis; victus a 曹

Digitized by Google

操, e morbo mortuus est.

58. 王稱登, nomine 伯穀, e 長州, egregius poeta. Sub 萬曆, jussu imperatoris, historias regni refecit.

59. 許相卿, nomine 伯台, e 海寧, sub 正德 doctor, sub 世宗 factus est sigilli præses. Quum imperator non audisset quod ipse admonuerat, abdicato magistratu, reversus est domum, et morbo decessit.

60. 吳武陵, sub 元和 fuit Confuciani sacrificii administer 太常博士.

61. 張時徹, nomine 惟靜, et alio 東沙, e 鄞縣. Sub 嘉靖 doctor fuit et Nankini militiæ tribunalis præses. Dein propter seditionem domum reversus, quamvis se scriptioni atque vino dedisset, numquam ad magistratum aspirare cessavit.

62. 淳于髡, e 齊, visitavit 梁惠王, quicum tres dies noctesque, de multis locutus fuit : at quum rex vellet eum magistratu, honorare, se nunquam acturum professus est.

63. 楊彪, avo 秉, sub 獻 imperatore creatus est summus magister 太尉, et honorifice tanquam hospes ab illo tractatus. Ejus filius 脩, nomine 德祖, insignis fuit litteratus.

64. 孔融, nomine 文舉, Confucii vigesima generatione nepos, fuit borealis maris prætor 北海相, et sub 献 imperatore magnus toparcha. At 曹操 metuens viri severitatem, ejus vitæ insidiatus fuit anno 208.

65. 唐順之, nomine 應德, e 武進, avo 貴, qui fuit in tribunalium censura præses sigilli 給事中, et patre 實, qui fuit 永州 præfectus. Is obtinuit primas doctoratus, et factus est militiæ tribunalis curator 主事, academicusque compilator 編修. Posthumo nomine 襄文. Filius 鶴徵, doctor fuit et imperialis sacrificii minister 太常卿.

66. 胡纘宗, nomine 世甫, e 陝西 奉安. Sub 正德 doctor, tum delectus fuit academicus collector 檢討, et administrationis censor 都御史.

67. 王維楨, nomine 允寧, e 華州, doctor fuit, tum academicus tiro 庶吉士, et Nankinensis collegii administer 祭酒. Vir strenuus et pius, vixit quinquaginta annos.

68. 沈懋學, nomine 君實, e 宣城, patre 寵 nomine 畏思. Ipse sub 萬曆 doctor fuit et academicus compositor 修撰. Posthumo nomine 文節.

69. 羊祜, nomine 叔子, celeber civilis militarisque præfectus, tantique meriti, ut ipse 諸葛孔明 nec eum superarit. Fuit 荆州 prætor, et Summus adjutor 太傅. Cum anno 278 obiisset, in ejus memoriam positus est lapis; ad quem cum homines lacrymas retinere non possent, inde 墮淚碑 seu elicientis lacrymas lapidis nomen derivatum est.

Digitized by Google

70. 白居易, nomine 樂天, posthumo 文興, e 太原, celeberrimus poeta. Sub 貞元 doctor, sub 元和 designatus fuit academiæ magnus doctor 學士, pluraque deinceps munera egregie obivit. At publicæ pertæsus vitæ, in *Fragrantiæ* montem decessit, ubi cum octo sociis campestris libertatis poesisque vinique deliciis indulgebat, cum, pervagante novem seniorum 香山九老 fama, ab imperatore advocatus et vectigalium tribunali præfectus fuit. Obiit anno 846. ætatis septuagesimum quartum agens.

71. 王徽, nomine 累立, a pueritia amans studii, et pollens scriptione, musicâ, et medicina, fuit in diplomatum curia præses sigilli 秘書監. At abdicato magistratu, multa scripsit decem annorum spatio, multamque laudem in litteraria palæstra est consecutus.

73. 黃庭堅, nomine 山谷, et alio 魯直, e 分寧, patre 亞夫. Ipse doctor, fuit imperialis lector 著作郎, et sub 神宗 creatus est academicus hypodidascalus 起居舍人. Celebritate par est cum 蘇軾, adeoque vulgo nomina 蘇黃 consociata memorantur. (1045 ad 1105).

74. 袁子才, agnomine 枚, prænomine 簡齋, Tchekiannensis 錢塘 civis, duodennis puer jam baccalaureus, 21 annorum juvenis, currente calamo composuit 銅鼓 descriptionem; indeque Koangsi prætoris suffragio auctus, K'ien long 3° anno licentiam, sequentique doctoratum tulit, et dein academiam ingressus est. Subpræfectus fuit, post unum alterumque locum, in ipsa demum urbe 江寧: at brevi valetudinem excusavit, et privatam inivit vitam, mensæ et mulierum voluptatibus indulgens. Nankini ejus hortus adhuc conspiciendus erat, cum novissimi rebelles omnia destruxerunt. (1716 ad 1797).

Digitized by Google

Digitized by Google

傳　三

TRES MEMORIÆ.

Hoc nomine audiunt tria in Confuciana chronica commentaria, primum a 左邱明 adeoque 左傳, alterum a 公羊高 adeoque 公羊傳, tertium a 穀梁赤 adeoque 穀梁傳 appellatum. At longe inter tria eminet primum, cujus expolitissima elocutio ingeniosioribus eruditis facile auctorem accenset : adeoque plura ex ipso perlegere solent scholares, ceteris vix ad specimen delibatis. Cui scholarum methodo religiose et nos obsequemur, prout sequens exhibebit elenchus.

1 鄭伯克段于鄢
2 周鄭交質
3 石碏諫寵州吁
4 臧僖伯諫觀魚
5 莊公戒飭守臣
6 臧哀伯諫納郜鼎
7 季梁諫追楚師
8 曹劌論戰
9 桓公伐楚盟屈完
10 宮之奇諫假道
11 齊桓下拜受胙
12 荀息傳奚齊
13 陰飴甥對秦伯
14 子魚論戰
15 寺人披見文公
16 介之推不言祿
17 展喜犒師
18 宛濮之盟
19 燭之武退秦師
20 蹇叔哭師
21 秦人入滑
22 晉敗秦師於殽
23 楚世子商臣弒君
24 甯武子來聘
25 鄭子家告趙宣子
26 趙盾弒其君
27 王孫滿對楚子
28 齊國佐不辱命
29 楚師晉知罃
30 呂相絕秦
31 駒支不屈於晉
32 祁奚請免叔向
33 子產告宣子輕幣
34 晏子不死君難
35 季札觀周樂
36 子產壞晉館垣
37 子產論尹何爲邑
38 郤楚逆女以兵
39 鄭殺大夫公孫黑
40 齊侯請繼室于晉
41 楚使椒舉如晉
42 石言於晉
43 子革對靈王
44 楚太子建奔宋
45 子產論政寬猛
46 晏子論梁邱據
47 吳入郢
48 秦師救楚
49 夾谷之會
50 吳許越成
51 楚子軫卒
52 吳將伐齊
53 衛侯會吳于鄖
54 會于黃池
55 楚白公之亂
56 越滅吳
57 春王正月
58 宋人及楚人平
59 吳子使札來聘
60 虞師晉師滅夏陽

Digitized by Google

鄭伯克段于鄢 隱公元年

左邱明

初、鄭武公娶於申、曰武姜、生莊公、及共叔段、莊公寤生、驚姜氏、故名曰寤生、遂惡之、愛共叔段、欲立之、亟請於武公、公弗許、及莊公卽位、爲之請制、公曰、制、巖邑也、虢叔死焉、他邑惟命、請京、使居之、謂之京城大叔、祭仲曰、都城過百雉、國之害也、先王之制、大都、不過參國之一、中、五之一、小、九之一、今京不度、非制也、君將不堪、公曰、姜氏欲之、焉辟害、對曰、姜氏何厭之有、不如早爲之所、無使滋蔓、蔓、難圖也、蔓草猶不可除、況君之寵弟乎、公曰、多行不義、必自斃、子姑待之、旣而大叔、命西鄙北鄙貳於己、公子呂曰、國不堪貳、君將若之何、欲與大叔、臣請事之、若弗與、則請除之、無生民心、公曰、無庸、將自及、大叔又收貳以爲己邑、至於廩延、子封曰、可矣、厚將得衆、公曰、不義不暱、厚將崩、大叔完聚、繕甲兵、具卒乘、將襲鄭、夫人將啟之、公聞其期、曰、可矣、命

(1) Familiæ cognomine Kiang ; mulier autem a viro mutuabatur posthumum nomen 諡, ideo et Ou appellata.

(2) Aufugit in Kong ; hinc inditum nomen.

(3) Tanta difficultate partus, ut mater veluti a morte revocata haberetur.

(4) Muri tractus decem pedes altus et triginta exporrectus, dicitur 雉.

Digitized by Google

1. TCHENG COMES VICIT TOAN IN YEN.

Initio, Tcheng Ou regulus duxerat ex Chen dictam Ou kiang (1), genuitque Tchoang regulum atque Kong dominum Toan (2). Tchoang regulus reviviscendo partus (3) exterruit Kiang oriundam, adeoque nomine apellavit *reviviscendo partum*, indeque aversari eum, amatumque Kong minorem Toan, velle instituere eum, pluriesque petere ab Ou regulo, regulo minime annuente. — Cum Tchoang regulus tenuit solium, pro illo petiit Tche; regulus ait : Tche, periculosa urbs est, Kouo domino fatalis; aliam urbem, ad nutum. Petita King, jussit incolere illam, appellavitque eum King urbis magnum dominum. — Tchai tchong toparcha ait : primaria urbs excedens trecentas decempedas, regni pernicies est (4) : priores reges statuerant, majori urbi non excedendam trium metropolis partium unam; mediæ, quinque unam; minori, novem unam : nunc King excedit mensuram, non est regula jam, princeps futurum ne sustineat. Regulus ait : Kiang oriunda vult ita, qui vitem perniciem? Respondens ait : Kiang oriunda qui satisfieri poterit? potius erit mature adhibere rei modum, ut ne gliscens serpat; serpens, difficile tentabitur jam : serpens herba, adhuc non potest evelli, quanto minus principis dilectus frater? Regulus ait : pluribus actis sine jure, necessario seipse perdet; domine, interim expectes istud. Postea vero T'ai chou jussit occidua confinia et borealia confinia dividere tributa cum se. Regius filius Liu ait (5) : regnum non patitur dividi; princeps aggredietur quo rem modo? si velis dare magno domino, subditus peto servire illi; si non das, tunc rogo tollas eum, ne ingenerentur populo consilia. Regulus ait : haud opus, fac ipsummet devenire. T'ai chou præterea recepit dividentes, tanquam essent propriæ urbes, usque ad Ling yen. Tse fong ait : bene jam, crescens mox assequetur omnes. Regulus ait : expers justitiæ expers familiaritatis, crescens mox occumbet (6). — T'ai chou reficiens, congregans (7), disposuit loricas et arma, comparavitque pedites et quadrigas, volens adoriri Tcheng, seniorque comitissa debebat aperire ei. Regulus audito rei condicto, ait : bene nunc; jussitque Tse fong educere

---

(5) Toparcha, nomine 子封.

(6) Expers justitiæ in principem et familiaritatis in fratrem, non habebit sibi addictam multitudinem, adeoque peribit.

(7) Reficiens mœnia, congregans militem.

Digitized by Google

子封帥車二百乘以伐京、京叛太叔段、段入于鄢、公伐諸鄢、五月、辛丑、大叔出奔共、書曰、鄭伯克段於鄢、段不弟、故不言弟、如二君、故曰克、稱鄭伯、譏失教也、謂之鄭志、不言出奔、難之也、遂寘姜氏於城潁、而誓之曰、不及黃泉、無相見也、既而悔之、潁考叔爲潁谷封人、聞之、有獻於公、公賜之食、食舍肉、公問之、對曰、小人有母、皆嘗小人之食矣、未嘗君之羹、請以遺之、公曰、爾有母遺、繄我獨無、潁考叔曰、敢問何謂也、公語之故、且告之悔、對曰、君何患焉、若闕地及泉、隧而相見、其誰曰不然、公從之、公入而賦、大隧之中、其樂也融融、姜出而賦、大隧之外、其樂也洩洩、遂爲母子如初、君子曰、潁考叔、純孝也、愛其母、施及莊公、詩曰、孝子不匱、永錫爾類、其是之謂乎、

周鄭交質 隱公三年

鄭武公莊公、爲平王卿士、王貳於虢、鄭伯怨王、王曰、無之、故周鄭交質、王子狐爲質於鄭、鄭公子忽爲質於周、王崩、周人將畀虢公政、四月、鄭祭足

(1) Consilium occidendi fratrem clare apparet, sed difficile aperitur.

Digitized by Google

currus ducentos quadrigarios, ad impetendam King : King rebellavit magno domino Toan, et Toan intravit in Yen : regulus irrupit in Yen; et quinta luna, cycli trigesima octava, magnus dominus egressus aufugit in Kong. Commentarius ait : Tcheng Comes vicit Toan in Yen; Toan, non fratrem, ideo non dicit fratrem; velut duo principes, ideo ait *vicit;* appellat Tcheng Comitem, irridens defuisse religioni; significans ipsum Tcheng consilium, non dicit egressum aufugisse, difficultate rei scilicet (1). — Dein inclusit Kiang oriundam in T'cheng yng, atque jurans ei ait : nisi assecuti elysios fontes, nunquam nos videbimus jam. — Postea vero pœnituit facti.—Yng k'ao chou gerens Yng vallis confinii præfectum, audita re, aliquid obtulit regulo : regulus didit ei convivium; convivans seposuit carnem, reguloque scitante rem, respondens ait : modicus homo habeo matrem; usque gustavit modici hominis cibos, nondum gustavit principis juscula; peto his donem illam. Regulus ait : tu habes matrem donandam : at ego solus careo. Yng k'ao chou ait : ausim interrogare quid significet, et regulus narravit ei causam, imo monuit eum pœnitentiam. Respondens ait : princeps quid angi? si effossa terra usque ad fontem, per hypogeum mutuo invisetis, ecquis dicet non bene? Regulus obsecutus ei; regulusque ingressus cantavit : magni hypogei medio, id gaudii suave concors; et Kiang egressa cantavit : magnum hypogeum extra, id gaudii late relaxans; statimque facti mater et filius sicut ante. — Sapientes viri dicunt : Yng k'ao chou mere pius quidem : amorem suæ matris exporrexit adusque Tchoang regulum. Carmen (III. 13.) aiens : « pius filius non exhauritur, jugiter benefaciet vestro generi » illud nonne idipsum significat?

---

2. TCHEOU ET TCHENG COMMITTUNT OBSIDES.

Tcheng regni Ou regulus et Tchoang regulus, erant P'ing regis agentes ministri. Rex divisurus cum Kouo (2); Tcheng Comes conquestus regi, rex ait : abest hoc. Quapropter Tcheou et Tcheng commiserunt obsides, et regis filius Hou factus obses apud Tcheng, Tcheng reguli filius Hou factus obses apud Tcheou. Rege defuncto, Tcheou homines volebant dare Kouo regulo regimen. Quarta luna, Tcheng regni Tchai tchou, eductis copi-

---

(2) Rex volebat dividere regimen inter Tcheng et Kouo regulos.

Digitized by Google

帥師取溫之麥、秋、又取成周之禾、周鄭交惡、君子曰、信不由中、質、無益也、明恕而行、要之以禮、雖無有質、誰能間之、苟有明信、澗谿沼沚之毛、蘋蘩薀藻之菜、筐筥錡釜之器、潢汙行潦之水、可薦於鬼神、可羞於王公、而況君子結二國之信、行之以禮、又焉用質、風有采蘩采蘋、雅有行葦泂酌、昭忠信也、

石碏諫寵州吁 隱公三年

衞莊公娶於齊、東宮得臣之妹、曰莊姜、美而無子、衞人所爲賦碩人也、又娶於陳、曰厲嬀、生孝伯、早死、其娣戴嬀、生桓公、莊姜以爲己子、公子州吁、嬖人之子也、有寵而好兵、公弗禁、莊姜惡之、石碏諫曰、臣聞愛子、教之以義方、弗納於邪、驕奢淫泆、所自邪也、四者之來、寵祿過也、將立州吁、乃定之矣、若猶未也、階之爲禍、夫寵而不驕、驕而能降、降而不憾、憾而能眕者、鮮矣、且夫賤妨貴、少陵長、遠間親、新間舊、小加大、淫破義、所謂六逆也、君義、臣行、父慈、子孝、

谿 K'i, aqua convallis.
薀 Wen, planta aquatilis. 薀 Yun, assuescere. Yun 蘊, recondere, colligere.
潢 Hoang, stagnum.
碏 Tsio, revereri : lapis multicolor.
眕 Tchen, odium oculis non prodere.

Digitized by Google

is, abstulit Wen urbis triticum, et autumno, rursus cepit T'cheng tcheou metropolis fruges (1) : et Tcheou atque Tcheng commiserunt simultates. — Sapientes viri aiunt : fide haud ex corde, obses nihil proderit ; aperte ingenueque initam, obligatamque ipsam juxta ritus, licet nullus adsit obses, quis poterit abrumpere eam? Si adsit aperta sinceritas, torrentis, rivuli, piscinæ, insulæque herbulæ, et marsileæ, artemisiæ, hippuridis ceratophyllique oluscula, et cistæ, corbis, caldarii ahenique vascula, et residis stagni euntisque rivuli aquæ, poterunt offerri coram geniis spiritibusque, poterunt afferri coram regibus majoribusque ; quanto vero magis a sapientibus principibus conjuncta duorum regnorum fides, initaque ea juxta ritus ? quid adhuc opus obside ? *Morum* illa « Colligunt artemisiam, Colligunt marsileam » et *Decori* illa « Viales calamos, Procul hauri » illustrant devotam fidem scilicet.

---

3. CHE TSIO EXPROBRAT DILECTIONEM TCHEOU HIU.

Wei Tchoang regulus duxerat ex T'si, hæredis principis Té t'chen sororem (2), dictam Tchoang kiang, pulchram at expertem filiis, Wei homines propter quam cecinere *Magna virago :* et præterea duxerat ex T'chen dictam Li koei, partusque Hiao pé mature obivit; cujus sororcula Tai koei peperit Hoan regulum, et Tchoang kiang habuit pro proprio filio : regius filius Tcheou hiu, gratiosæ feminæ filius, pollebat gratia atque amabat arma, regulus non prohibebat, Tchoang kiang aversabatur eum. Che tsio toparcha commonefaciens ait : ego audivi amantem filios docere illos ab æquitate regulaque, ne inducantur in pravitatem; superbiam, prodigentiam, licentiam, luxuriam, ex quibus pravitas, esse; et quatuor harum originem, dilectionis censuumque excessum esse. Si vis instituere Tcheou hiu, jam determina illum ; si adhuc non, gradarias hinc facies adversitates. Qui dilecti non superbiant, superbientes adhuc possint dejici, dejecti tamen non oderint, odientes adhuc valeant contineri, rari sunt : præterea, ut vilior obsistat nobiliori, junior transiliat seniorem, remotus abrumpat propinquum, novus intercidat antiquum, minor excedat majorem, licentiosus perrumpat probum, quæ dicuntur sex impietates; et principem æquum, ministrum exequi,

---

(1) Tchai tchou, scilicet Tchai tchong. — Wen, urbs imperialis; T'cheng tcheou, Lo metropolis.

(2) Orientale palatium, hæredis principis palatium.

Digitized by Google

兄愛、弟敬、所謂六順也、去順效逆、所以速禍也、君人者、將禍是務去、而速之、無乃不可乎、弗聽、其子厚與州吁游、禁之不可、桓公立、乃老、

臧僖伯諫觀魚 隱公五年

春、公將如棠觀魚者、臧僖伯諫曰、凡物不足以講大事、其材不足以備器用、則君不舉焉、君將納民於軌物者也、故講事以度軌量、謂之軌、取材以章物采、謂之物、不軌不物、謂之亂政、亂政亟行、所以敗也、故春蒐、夏苗、秋獮、冬狩、皆於農隙、以講事也、三年而治兵、入而振旅、歸而飲至、以數軍實、昭文章、明貴賤、辨等列、順少長、習威儀也、鳥獸之肉、不登於俎、皮革、齒牙、骨角、毛羽、不登於器、則公不射、古之制也、若夫山林川澤之實、器用之資、皁隸之事、官司之守、非君所及也、公曰、吾將畧地焉、遂往、陳魚而觀之、僖伯稱

(1) Is, idem ac regius filius 彊.

(2) Magna negotia, sacrificii et belli scilicet; materia, uti pelles, coria et alia, de quibus mox : in duas enim partes dividitur alloquium.

(3) Negotia bellica scilicet : venatio enim ad militare exercitium dirigebatur; ideo et curribus usus.

(4) 至, indicat accessum ad gentilitiam aulam, qua majores monebantur, post quem bibebatur.

(5) Exhibetur ornamenti decorum, cum vestium vexillorumque fulgeat appa-

Digitized by Google

patrem clementem filiumque pium, primogenitum benignum postgenitumque revereri, quæ dicuntur sex rationabilia : abjicere rationabile et exequi absonum, en quo arcessuntur calamitates; ut regens homines velit calamitates, quas satagit avertere, contra arcessere eas, an nihil erit non decens? Non auscultavit, ejusque filio summopere cum Tcheou hiu spatiante, impedire id neque potuit. Hoan regulo instituto, statim recessit.

---

4. TSANG HI COMES EXPROBRAT VIDENTEM PISCARI.

Vere, regulum volentem ire Tang visum piscari, Tsang hi Comes commonefecit dicens (1) : quidlibet rei haud referatur ad tractanda magna negotia, et quæ materies non valeat ad parandum instrumentorum usum (2), jam princeps non attinget. Princeps est inducturus populum in regulam cultumque scilicet : porro disserere negotia ad perpendendum directionis gradum, dicitur regula ; adhibere materiam ad expoliendum rerum nitorem, dicitur cultus : nec regula nec cultus, dicitur confusio regiminis, et confusio regiminis continenter progrediens, id quo perdimur est. — Quapropter verna venatio, æstiva venatio, autumnalis venatio, hiemalis venatio, æque in agriculturæ otio, ad tractanda negotia est (3), triennio vero exercetur miles, ingredientesque ordinantur cohortes, redituque bibitur accessus (4); et sic recensetur exercitus vis, exhibetur ornamenti decorum, distinguitur nobilior viliorque, discernitur ordinum instructio, ordinatur junior seniorque (5), discitur militaris forma scilicet. — Avium ferarumque carnes haud imponendas in quadras, et pelles, coria, dentes, molares, ossa, cornua, pilos, plumas, haud imponenda in vasa, hujusmodi regulum non sagittare, antiquorum regula est : quoad ejus montium, sylvarum, fluminum, lacuumque fructus, et instrumentorum utensiliumque materiam, viliorum administrorum res subjectorumque curatorum officium, non vero princeps quo attingat, sunt. Regulus ait : ego volo lustrare loca; statimque ivit ponere piscatoria atque conspicere rem : Hi Comes prætexens morbum

---

ratus; distinguitur nobilitas, cum in venatione nobiliores prius debebant occidere feras; discernitur ordinum instructio, cum alii delitescant in insidiis, alii in apertum prodeant, alii irrumpant, alii recedant; ordinatur junior seniorque, cum juniores in egressu præcedere in regressu subsequi tenebantur.

Digitized by Google

疾不從、書曰、公矢魚于棠、非禮也、且言遠地也、

鄭莊公戒飭守臣 隱公十一年

秋、七月、公會齊侯鄭伯伐許、庚辰、傅于許、潁考叔取鄭伯之旗蝥弧以先登、子都自下射之、顛、瑕叔盈又以蝥弧登、周麾而呼曰、君登矣、鄭師畢登、壬午、遂入許、許莊公奔衞、齊侯以許讓公、公曰、君謂許不共、故從君討之、許既伏其罪矣、雖君有命、寡人弗敢與聞、乃與鄭人、鄭伯使許大夫百里、奉許叔以居許東偏、曰、天禍許國、鬼神實不逞於許君、而假手於我寡人、寡人唯是一二父兄、不能共億、其敢以許自爲功乎、寡人有弟、不能和協、而使餬其口於四方、其況能久有許乎、吾子其奉許叔、以撫柔此民也、吾將使獲也佐吾子、若寡人得沒於地、天其以禮悔禍於許、無寧茲許公復奉其社稷、唯我鄭國之有請謁焉、如舊昏媾、其能降以相從也、無滋他族、實偪處此、以與我鄭國爭此土也、吾子孫其覆亡之不暇、而

(1) Yng k'ao chou, Tse tou et Ya chou yng, æque Tcheng regni toparchæ : Tse tou privato odio prosecutus occidit Yng k'aò chou : Meou hou, vexilli nomen.

(2) Hiu minor, scilicet Hiu tchoang reguli minor frater.

Digitized by Google

non comitatus. Chronica aiunt : regulum tetendisse piscatoria in Tang, non est ritus : imo aiunt, longinqua terra.

---

5. TCHENG TCHOANG REGULUS DETERRET JUBETQUE CUSTODES MINISTROS.

Tcheng regni Tse t'chan affectus morbo, alloquens Tse t'ai chou ait : me mortuo, tu certe exercebis regimen. Solus habens virtutem poterit cum indulgentia submittere populum : hunc præter, nil æque ac severitas. Ille ignis, terribilis; populus prospiciens timet eum, adeoque pauci moriuntur : aqua mollis debilisque; populus assuetus alludit ei, indeque multi pereunt : quapropter lenitas difficilis. Ægrotavit aliquot menses et mortuus est : T'ai chou exercuit regimen, neque ferens severitatem, erat indulgens : et en Tcheng regnum abundare latronibus, expilantibus cives in Hoan p'ou lacu. T'ai chou pœnitens facti ait : si ego maturius acquievissem magistro, non eo devenissem; et educto militum peditatu ad expugnandos Hoan p'ou latrones, penitus occidit eos, et latrocinium paullo cessavit. Confucius ait : oh bene! regimine remisso, tunc populus insolescit; insolescentem tunc coercere illum cum severo; severo, tunc populus attenuatur; attenuatum, tunc laxare illum per indulgentiam; et indulgentia ad juvandam severitatem, et severitas ad succurrendum indulgentiæ, regimen ex hoc temperabitur. Carmen ait (III. 19.) : *Populus quidem fatiscit jam, at forte poterit nonnihil recreari : fove hanc mediam metropolim, ut tranquilles quatuor regiones :* relaxare illum per indulgentiam scilicet. *Noli indulgere subdolis assectatoribus, ut caveas expertes religione : fac*

---

(4) Heroem, qui velit pro ipso occidere patrem regnantem; atque ad id induxit Toan tche tchou.

Digitized by Google

虐、慘不畏明、糾之以猛也、柔遠能邇、以定我王、平之以和也、又曰、不競不絿、不剛不柔、布政優優、百祿是遒、和之至也、及子產卒、仲尼聞之、出涕、曰、古之遺愛也、

晏子論梁丘據 昭公二十年

齊侯至自田、晏子侍於遄臺、子猶馳而造焉、公曰、唯據與我和夫、晏子對曰、據亦同也、焉得爲和、公曰、和與同異乎、對曰、異、和如羹焉、水火醯醢鹽梅、以烹魚肉、燀之以薪、宰夫和之、齊之以味、濟其不及、以洩其過、君子食之、以平其心、君臣亦然、君所謂可、而有否焉、臣獻其否、以成其可、君所謂否、而有可焉、臣獻其可、以去其否、是以政平而不干、民無爭心、故詩曰、亦有和羹、既戒既平、鬷嘏無言、時靡有爭、先王之濟五味、和五聲也、以平其心、成其政也、聲亦如味、一氣、二體、三類、四物、五聲、六律、七音、八風、九歌、以相成也、清濁、小大、短長、疾徐、哀樂、剛柔、遲速、高下、出

燀 T'CHAN, coquere : flare.

---

(1) Tse yeou, Leang k'ieou kiu scilicet.

(2) Carmen (IV. 37) hîc subjectæ materiæ paullo accomodatur, et 亦 valet 如, 奏 significat summam tenere, 假 valet 大.

(3) Duæ formæ, scilicet civica et militaris in pantomimo : tria genera, nempe

Digitized by Google

coerceas iniquos oppressores, usque nihil timentes Numen; coercere illum per severitatem scilicet. *Demulce longinquos, mitiga propinquos, quo stabilietur noster rex :* tranquillare illum per temperamentum scilicet. Rursus ait : *nil violentus nil urgens, neque durus neque mollis, extendit regimen valde temperatum, omnesque felicitates ideo confluxerunt :* emolumenti apex scilicet. Cum Tse t'chan obiit, Confucius audita re, emisit lacrymas, aitque : antiquitatis superstes philanthropus erat.

---

46. YEN TSE DESCRIBIT TOPARCHAM LEANG K'IEOU KIU.

T'si regulus redierat e venatione, et minister Yen tse assistebat super *Commeantium* podium, Tse yeou (1) accurrens cum advenit. Regulus ait : iste Kiu mecum concors, oh ! Yen tse respondens ait : Kiu, utique consentiens scilicet, qui assequitur esse concors? Regulus ait : concors cum consentiente num discrepat? Respondens ait : discrepat. Concors assimilandus jusculo : aqua, igne, aceto, jurea, sale et armeniaco adhibitis coquendis piscibus carnibusque, calefactisque iis cum cremiis, culinariæ magister temperabit ea, et componet ea ad saporem, supplens quod non sufficit atque derivans quod excedit; et sapiens princeps comedens id, exinde confortabit suum spiritum. Princeps ministerque etiam ita : princeps quod dicit bonum, si subsit improbandum, minister referet quod improbatur, ut perficiatur quod probandum; et princeps quod dicit malum, si subsit bonum, minister significabit quod bonum, ad removendum illud malum; et ex hoc regimen æquum erit atque nihilo aberrabit, populusque carebit oppositionis animo. Unde Carmen ait (2) : « quasi esset conditum jusculum jam provisum jamque temperatum, tractantur magna sine loquela, et usque nulla fit oppositio. » Priores reges temperabant quinque sapores et concordabant quinque sonos, ad attemperandum suum animum atque perficiendum suum regimen. Musica etiam sicut sapores : unicus aer, duæ formæ, tria genera, quaternæ res, quinque soni, sex moduli, septem toni, octo flatus, et novem cantiones, ut conjunctim formetur (3); et clarum surdumque, parvum magnumque, breve longumque, rapidum lentumque, flebile lætumque, durum et molle, tardum acceleratumque, altum et imum, erumpens et regrediens, plenum rarumque,

---

Carminum Mores, Decorum et Præconia : quaternæ res, seu quatnor regionum instrumenta : septem toni, additis nimirum duobus hemitoniis : octo flatus, ut in narratione 35ª; et novem cantiones, de quibus tertium Annalium caput.

Digitized by Google

入、周疏、以相濟也、君子聽之、以平其心、心平德和、故詩曰、德音不瑕、今據不然、君所謂可、據亦曰可、君所謂否、據亦曰否、若以水濟水、誰能食之、若琴瑟之專壹、誰能聽之、同之不可也如是、飲酒樂、公曰、古而無死、其樂若何、晏子對曰、古而無死、則古之樂也、君何得焉、昔爽鳩氏始居此地、季萴因之、有逄伯陵因之、蒲姑氏因之、而後大公因之、古若無死、爽鳩氏之樂、非君所願也、

吳入郢 定公四年

伍員爲吳行人、以謀楚、楚之殺郤宛也、伯氏之族出、伯州犂之孫嚭、爲吳大宰、以謀楚、楚自昭王卽位、無歲不有吳師、蔡侯因之、以其子乾、與其大夫之子、爲質於吳、冬、蔡侯、吳子、唐侯、伐楚、舍舟於淮汭、自豫章與楚夾漢、左司馬戌謂子常曰、子沿漢而與之上下、我悉方城外以毀其舟、還塞大隧、直轅、

萴, Tché, nomen medicinæ : nomen proprium.

郢 Yng, locus in Hou pé, metropolis olim regni T'chou.

嚭 P'i, magnus : nomen proprium. R. 30.

(1) Illa sunt veluti materia, qua formatur musica; hæc sunt modulationes, quibus conficitur harmonia.

(2) Si antiqui non fuissent mortui, tu non haberes istum principatum.

Digitized by Google

ut mutuo temperetur (1) : et sapiens vir auditis his, exinde temperat suum animum, animoque temperato virtus fit æquabilis : unde Carmen ait : virtutis harmonia caret nævo. Nunc Kiu non ita : princeps quod dicit bonum, Kiu item ait bene; princeps quod dicit malum, Kiu item ait male; si cum aqua condiatur aqua, quis poterit sorbere illam? et si cythara et lyra tantum univocæ, quis poterit audire eas? Consensio non bene est, eodem pacto. — Bibens vinum oblectatus, regulus ait : antiqui nisi mortui fuerint, eorum gaudium quale? Yen tse respondens ait : antiqui si exempti morte, tunc antiquorum gaudium foret, tu quomodo obtinuisses (2)? Olim ab accipitre cognominatus cœpit habitare hic loci; Ki tché subsecutus eum, tenens Fong Comes Ling subsecutus hunc, P'ou kou regulus subsecutus istum, et postea T'ai Dux subsecutus ipsum (3) : antiqui si nondum mortui, ab accipitre cognominati gaudium, non esset tui votum jam.

---

47. OU INGREDITUR YNG.

Ou yun agebat Ou regni cursorium præfectum, ut machinaretur in T'chou; et a T'chou interfecto toparcha Hi wan, et Pé familiæ consanguinitate egressa (4), Pé tcheou li illius nepos, P'i, agebat Ou regni summum ministrum, ut machinaretur in T'chou : T'chou, ex quo Tchao rex tenuit solium, nullo anno non habebat Ou regni militem. T'sai regulus propter hoc, sumpto suo filio K'ien cum sui toparchæ filio, fecerat obsides apud Ou (5); et hieme, T'sai Marchio, Ou Vicecomes et T'ang Marchio impetivere T'chou. — Relictis navibus ad Hoai fluvii septentrionem, ex Yu tchang regione cum T'chou medium-tenuere fluvium Han. Sinixtimus belli præfectus Siu, allocutus summum administratorem Tse t'chang, ait : tu secundum Han cum illis progreditor vel recede, ego totus *Quadratam urbem* ultra, ut destruam eorum cymbas, revertensque obstruam Ta soei,

---

(3) Chao hao per varia volucrum genera distinguens novem gradus præfectorum civilium, ab accipitre vocavit criminalem judicem 司寇 : sub Chao hao igitur criminalis judex primus habitavit T'si regnum; subsecutus Ki tché inter Choen et Yu ætatem regulus; dein Fong regni Comes, Ling, sub Yn dynastia; tum Pou kou inter Yn et Tcheou dynastiam regulus.

(4) Hi wan interfecto, tota familia Pé, quæ ei adhæserat, aufugere debuit, ex qua erat Pé tcheou li.

(5) T'sai usque a T'chou steterat; ideo ab eo desciscens, obsides dare debuit.

Digitized by Google

冥隘、子濟漢而伐之、我自後擊之、必大敗之、既謀而行、武城黑謂子常曰、吳用木也、我用革也、不可久也、不如速戰、史皇謂子常、楚人惡子而好司馬、若司馬毀吳舟於淮、塞城口而入、是獨克吳也、子必速戰、不然、不免、乃濟漢而陳、自小別至於大別、三戰、子常知不可、欲奔、史皇曰、安求其事、難而逃之、將何所入、子必死之、初罪必盡說、十一月、庚午、二師陳於柏舉、闔廬之弟夫槩王、晨請於闔廬曰、楚瓦不仁、其臣莫有死志、先伐之、其卒必奔、而後大師繼之、必克、弗許、夫槩王曰、所謂臣義而行、不待命者、其此之謂也、今日我死、楚可入也、以其屬五千、先擊子常之卒、子常之卒奔、楚師亂、吳師大敗之、子常奔鄭、史皇以其乘廣死、吳從楚師、及清發、將擊之、夫槩王曰、困獸猶鬭、況人乎、若知不免、而致死、必敗我、若使先濟者知免、後者慕之、蔑有鬭心矣、半濟而後可擊也、從之、又敗之、楚人爲食、吳人及之、奔、食而從之、敗諸雍澨、五戰及郢、己卯、楚子取其妹季芈畀我、以出、涉睢、鍼尹

'芈 Mei, balare : cognomen regni T'chou.

(1) Sic tres arctissimi aditus ad Han fluvii orientem vocabantur, communi vocabulo *Oppidi fauces* 城口 nominati.

Digitized by Google

Tche yuen et Min ngo (1); et tu trajecto Han impetes illos, et ego e retro percutiam illos, et certo egregie profligabimus illos. Cum deliberaverint, profecti sunt; et Ou urbis toparcha Ho allocutus Tse t'chang ait : Ou utitur ligneis, nos utimur coriaceis (2), non poterunt perdurare, nil potius ac ocyus pugnare; et Se hoang toparcha allocutus Tse t'chang ait : T'chou cives detestantur te, amant vero belli præfectum; si belli præfectus, destructis Ou navibus in Hoai, obstruat Oppidi fauces sicque ingrediatur, ita solus vicerit Ou : tu debes ocyus pugnare, secus haud salvaberis. Tunc trajecto Han, instruxit acies a minore Pié ad majorem Pié montem, trinoque conflictu Tse t'chang conscius impotentiæ volebat aufugere : at Se hoang ait : quomodo exactor publicæ rei, in difficultate jam aufugies inde? eris quo loco receptus? tibi necesse mori hîc, et pristinum peccatum certe omnino eliquabitur (3). Undecima luna, cycli septima, duo exercitus explicati in Pé kiu regione : Ou regis-Ho liu frater, Fou kai princeps, mane petens ab Ho liu ait : T'chou regni Tse t'chang, Wa, haud humanus; ejus subditorum nullus habet moriendi animum : prior aggrediar illum, ejus milites certo aufugient, tunc vero vis exercitus prosequetur rem, et certa victoria. Non annuit : Fou kai princeps ait : quod dicitur, *subditi æqua actio non expectat mandatum*, id præsentis explicatio est; hodierna die ego moriar, et T'chou poterit perrumpi jam : et cum sibi subjectis quinque millibus, prior appetiit Tse t'chang copias. Tse t'chang copiis fugatis, T'chou exercitus confusus, et Ou milites magnopere profligarunt illum; Tse t'chang aufugit in Tcheng, et Se hoang super illius *Vectore amplo* mortuus est (4). Ou persequens T'chou copias adusque T'sing fa fluvium, volebat impetere illos; Fou kai princeps ait : angustata bellua etiam eluctatur, quanto magis homines? Si conscii nullius effugii, jam prodigent vitam, certo debellabunt nos : at si facies priores trajicientes persuasos effugii, posterioresque aspirantes ad ipsum, nullum habere eluctandi animum, media trajectione tunc vero poteris appetere. Suffragatus rei, iterum prostravit illos. T'chou homines præparabant cibum, Ou milites assecuti illos; fugientes, pransi insecuti illos, profligarunt eos ad Yong che regionem, et quinto conflictu attigerunt Yng. — Cycli decima sexta, T'chou Vicecomes, assumpta sua sororcula, minore Mei pi ngo, ad evadendum, trajecit Tsiu fluvium :

(2) Illi lignea armatura, nos coriaceâ, puta in galeâ, lorica, essedis.

(3) Cupiditatis reus habebatur.

(4) *Vector amplus*, prætorii essedi, quo Tse t'chang utebatur, nomen.

Digitized by Google

固與王同舟、王使執燧象、以奔吳師、庚辰、吳入郢、以班處宮、子山處令尹之宮、夫槩王欲攻之、懼而去之、夫槩王入之、左司馬戌及息而還、敗吳師於雍澨、傷、初、司馬臣闔廬、故恥爲禽焉、謂其臣曰、誰能免吾首、吳句卑曰、臣賤、可乎、司馬曰、我實失子、可哉、三戰皆傷、曰、吾不可用也已、句卑布裳、到而裹之、藏其身、而以其首免、楚子涉睢、濟江、入於雲中、王寢、盜攻之、以戈擊王、王孫由于以背受之、中肩、王奔鄖、鍾建負季芈以從、由于徐蘇而從、鄖公辛之弟懷、將弒王、曰、平王殺吾父、我殺其子、不亦可乎、辛曰、君討臣、誰敢讎之、君命、天也、若死天命、將誰讎、必犯是、余將殺女、鬬辛與其弟巢、以王奔隨、吳人從之、謂隨人曰、周之子孫、在漢川者、楚實盡之、天誘其衷、致罰於楚、而君又竄之、周室何罪、君若顧報周室、施及寡人、以奬天衷、君之惠也、漢陽之田、君實有之、楚子在公宮之北、吳人在其南、子期似王、逃王、而已

'到' KING, amputare caput.
'鄖' YUN, antiqua ditio in Hou pé, nunc 鄖陽 præfectura : antiqua 衞 regni regio : cognomen.

---

(1) Elephantem gladiis in capite armatum, tædisque in cauda flammantem, solebant in hostes immittere, ad terrorem incutiendum.

(2) Tuum meritum nondum agnoscens.

Digitized by Google

Tchen yn kou toparcham cum rege eadem cymba, rex misit adducere igniferum elephantem qui irrueret in Ou exercitum (1). — Cycli decima septima, Ou ingressi Yng, juxta ordines incoluere palatium; hæres Tse chan habitavit Summi administratoris palatium, at Fou kai principe volente impetere illum, exterritus abiit inde, et Fou kai princeps ingressus illud. — Sinixtimus belli præfectus Siu assecutus Si regionem, reversus est, profligavit Ou copias in Yong che et vulneratus est. Initio, belli præfectus servierat Ho liu regi; quapropter erubescens fieri præda, allocutus suos subditos ait : quis poterit salvare meum caput? Ou oriundus, Keou pei, ait : subditus vilis sum, an dignus? Belli præfectus ait : ego vere peccavi tibi (2), dignus proh! Tribus conflictibus æque vulneratus, ait : ego non sum usui jam. Keou pei cannabino limo, decollatum obvolvit illum, tumulatoque ejus trunco, sumpsit ejus caput salvavitque. — T'chou Vicecomes, vadato Tsiu trajectoque Han fluvio, intravit in Yun mong lacus medium : rex dormiebat, piratæ impetiverunt illum; cum sparo percutientes regem, regius nepos Yeou yu toparcha cum dorso excepit illos (3), et ictus scapula. Rex aufugit in Yun regionem, Tchong kien toparcha succollans Ki mei sic secutus, et Yeou yu paullatim reviviscens subsecutus est. Yun-reguli-Sin frater, Hoai, volebat occidere regem dicens : P'ing rex occidit meum patrem, et ego occidam illius filium, nonne quidem licito? Sin reponit : principem animadvertisse in subditum, quis audebit ulcisci id? principis numen, cœli scilicet; si mortuus cœli numine, fuisset quis ulturus? Si obstinate patrabis id, ego ero occisurus te. Teou sin cum suo altero fratre T'chao, assumpto rege, confugerunt Soei regnum : Ou gens persecuta illum, ad Soei regulum ait : Tcheou familiæ nepotes, adjacentes Han fluvio, T'chou vere exterminavit eos : Cœlum commotis suis intimis, adduxit pœnas in T'chou, et tu etiam occultas illum; Tcheou domus quid peccavit? Princeps si respiciens rependat Tcheou domum, largitioque attingat modicum virum, ad perficiendum cœli animum, principis beneficium erit, et Han septentrionales agros, princeps certe possidebit eos. T'chou Vicecomes incolebat regii palatii septentrionem, Ou gens inhabitabat ipsius austrum : Tse k'i (4) assimilabatur

---

(3) 王孫, affinesque, ut 王子 et 公子, dictiones, initio ipsam alicujus hominis conditionem designabant; sed longo dein usu, velut in alicujus familiæ cognomen aliquando transibant.

(4) T'chou regis frater major.

Digitized by Google

爲王、曰、以我與之、王必免、隨人卜與之不吉、乃辭吳、曰、以隨之辟小、而密邇於楚、楚實存之、世有盟誓、至於今未改、若難而棄之、何以事君、執事之患、不唯一人、若鳩楚寬、敢不聽命、吳人乃退、鑪金初宦於子期氏、實與隨人要言、王使見、辭曰、不敢以約爲利、王割子期之心、以與隨人盟、初、伍員與申包胥友、其亡也、謂申包胥曰、我必復楚國、申包胥曰、勉之、子能復之、我必能興之、及昭王在隨、申包胥如秦乞師、曰、吳爲封豕長蛇、以荐食上國、虐始於楚、寡君失守社稷、越在草莽、使下臣告急、曰、夷德無厭、若鄰於君、疆埸之患也、逮吳之未定、君其取分焉、若楚之遂亡、君之土也、若以君靈撫之、世以事君、秦伯使辭焉、曰、寡人聞命矣、子姑就館、將圖而告、對曰、寡君越在草莽、未獲所伏、下臣何敢卽安、立、依於庭牆而哭、日夜不絕聲、勺飲不入口、七日、秦哀公爲之賦無衣、九頓首而坐、秦師乃出、

鑪 Lou, ingnitabulum : vas in quo vinum calefit.

(1) Consuluit sortes, ut sciret quid opportunius esset, et oraculum tulit hominis traditionem fore sibi noxiam.

(2) Haud unum habes infensum, reguli plures sunt tibi hostes : potius ergo

Digitized by Google

regi; clam rege se faciens regem, ait : sumite me et tradite illis, et rex certo salvabitur. Soei gens sortitur traderetne eum; non faustum (1); tunc recusans Ou regi ait : cum Soei semotum parvumque arcte proximet ad T'chou, T'chou vere conservavit illud, et jugiter extitit fœderis jusjurandum, usque in præsens nunquam immutatum; si angustatum deseram ipsum, in quo serviverim principi? Tuæ Dominationis vexator non tantum unus princeps (2) : si tranquilles T'chou confinia, ausim non obsequi mandatis? Ou gens tunc recessit. Lou king, initio præfectum sub Tse k'i familia, serioque cum Soei gente paciscenda locutum, rex jussit conventum (3); recusans ait : non audeo ex pactione ducere lucrum (4). Rex, inciso Tse k'i fratris pectore, inde cum Soei gente fœderavit. — Initio, Ou yun cum Chen pao siu toparchâ familiaris, dum aufugeret, ad Chen pao siu dixerat : ego certe subvertam T'chou regnum (5); et Chen pao siu responderat : enitaris id; tu si poteris subvertere illud, ego certe potero relevare ipsum. Quando Tchao rex erat in Soei, Chen pao siu ivit T'sin postulare militem, dicens : Ou est magnus aper longusque serpens, ut passim devoret superiora regna; feritate incepta a T'chou, meus princeps amisit servare patrios penates, nunceque jacens in campestri rure, misit me infimum subditum significare angustias, aitque : barbari ingenium haud explebile; si approximabit ad vos, confinium regionum calamitas erit : dum Ou nondum constiterit, tu ipse assume partem; et si T'chou statim pereundum, tui terra erit; quod si cum tua majestate favebis illi, jugiter inde serviet tibi. T'sin Comes misit excusare dicens : modicus vir intellexit mandatum; tu interim adi hospitium, moxque deliberabit ad respondendum. Reponens ait : meus princeps nunc in campestri rure, nondum obtinuit quo delitesceret; infimus ego quî ausim adire quietem? Et stans, innixus ad aulæ murum plorabat, dieque noctuque non intermisit ejulatum, haustumque potus nec immisit ori. Septima die, T'sin Ngai regulus pro ipso cecinit *Carentem vestibus* (6) : novies prostravit caput, atque sedit, et T'sin exercitus tum exivit.

---

amicum tibi fac T'chou regnum.

(3) Lou king, Soei civis, ut videtur, multum sategerat ut T'chou rex servaretur, qui proinde eum alloqui petierat.

(4) Rex volebat illum fœderis arbitrum eligere.

(5) 復 valet 報. Alii ulciscendi sensu explicant.

(6) Carminum oda (I. 183.), qua se simul impetiturum hostes promittit.

Digitized by Google

秦師救楚 定公五年

申包胥以秦師至、秦子蒲、子虎、帥車五百乘以救楚、子蒲曰、吾未知吳道、使楚人先與吳人戰、而自稷會之、大敗夫槩王於沂、秋、九月、秦師又敗吳師、吳師居麇、子期將焚之、子西曰、父兄親暴骨焉、不能收、又焚之、不可、子期曰、國亡矣、死者若有知也、可以歆舊祀、豈憚焚之、焚之而又戰、吳師敗、又戰於公壻之谿、吳師大敗、吳子乃歸、楚子入於郢、賞鬬辛、王孫由于、王孫圉、鍾建、鬬巢、申包胥、王孫賈、宋木、鬬懷、子西曰、請舍懷也、王曰、大德滅小怨、道也、申包胥曰、吾爲君也、非爲身也、君既定矣、又何求、且吾尤子旗、其又爲諸、遂逃賞、王將嫁季芈、季芈辭曰、所以爲女子、遠丈夫也、鍾建負我矣、以妻鍾建、以爲樂尹、王之在隨也、子西爲王輿服以保路、國於脾洩、聞王所在、而後從王、王使由于城麇、復命、子西問高厚焉、弗知、子西曰、不能、如辭城不知高厚小大、何知、對曰、固辭不能、子使余也、人各有能有不能、王遇盜於雲中、余受其戈、其所猶在、袒

(1) Tsi, I, Kiun, Kong si, Pei si, quinque T'chou regni loca.

(2) Eo loci, T'chou milites magnam ab Ou cladem accoperant, ut cadavera

Digitized by Google

48. T'SIN EXERCITUS SALVAT T'CHOU.

Chen pao siu cum T'sin exercitu advenit, T'sin ducibus Tse p'ou et Tse hou ducentibus quingentas quadrigas ad liberandum T'chou. Tse p'ou ait : nos nondum novimus Ou strategiam; jussitque T'chou gentem prius cum Ou gente pugnare, ut ex Tsi congrederetur istam, egregieque profligavit Fou kai principem in I (1). Autumno, nona luna, T'sin exercitus iterum debellavit Ou copias, et Ou copias immorantes in Kiun, Tse ki volebat incendere eas. Summas Tse si ait : patrum fratrumque ipsa insolantur ossa, quin possint colligi; etiam comburere illa, non licet (2). Tse ki ait : regnum perit jam, mortui si habent intelligentiam, futurum ut fruantur antiquis oblationibus, qui indignabuntur cremari? Cremavit ea, atque iterum pugnavit, et Ou exercitus profligatus; rursusque pugnatum ad Kong si torrentem, et Ou copiis magnopere cæsis, Ou Vicecomes tunc repatriavit. — T'chou Vicecomes ingressus in Yng, remuneravit Teou sin, regium nepotem Yeou yu, Wang suen Yu, Tchong kien, Teou t'chao, Chen pao siu, regium nepotem Kia, Song mou et Teou hoai. Tse si ait : peto excludas Teou hoai; rex ait : magnum beneficium obruere parvam simultatem, axioma est. Chen pao siu ait : ego pro principe quidem, haud pro meipso sane; princeps cum stabilitus jam, ultra quid petam? Immo ego objurgabam Tse k'i (3), et ipse rursus faciam id? Statimque declinavit præmium. — Rex volebat maritare minorem Mei; minor Mei se excusans ait : in hoc est nubilis puella, disjungitur viro scilicet; at Tchong kien succollavit me jam. Sumpsit maritavitque toparchæ Tchong kien, adeoque fecit musicæ præsidem. — Rege immorante Soei, Tse si finxerat regis currum vestitumque ad conservandos fugientes (4), metropoli in Pei si : audito rex ubi esset, tunc vero secutus regem. Rex jusserat Yeou yu mœniis instruere Kiun; reddito commisso, Tse si scitatur altitudinem et spissitatem : nequedum scienti, Tse si ait : si non aptus, potius excusaveris; mœnium neque sciens altitudinem et spissitatem quantam, quid scis? Respondens ait : obnixe excusaveram impotentiam, et tu jussisti me. Hominum quisque aliquid potest, aliquid non potest : rege obvio latronibus in Yun medio, ego recepi ejus sparum, cujus locus

---

carnerint usque adhuc sepultura.

(3) Tse k'i, illius Teou sin pater, olim in principem benemeritus, multa dein petessebat, ut princeps importunum fastidiens, morte sustulerit; ait ergo : præmia quæritantem olim reprobavi, et nunc in eamdem incidam culpam?

(4) Occultata sic principis absentia, ad dispersionem evitandam.

Digitized by Google

而示之背、曰、此余所能也、脾洩之事、余亦弗能也、

公會齊侯于夾谷 定公十年

夏、公會齊侯于祝其、實夾谷、孔丘相、犂彌言于齊侯曰、孔丘知禮而無勇、若使萊人以兵劫魯侯、必得志焉、齊侯從之、孔丘以公退、曰、士兵之、兩君合好、而裔夷之俘、以兵亂之、非齊君所以命諸侯也、裔不謀夏、夷不亂華、俘不干盟、兵不偪好、于神爲不祥、于德爲愆義、于人爲失禮、君必不然、齊侯聞之、遽辟之、將盟、齊人加于載書曰、齊師出竟、而不以甲車三百乘從我者、有如此盟、孔丘使茲無還揖對曰、而不反我汶陽之田、吾以共命者、亦如之、齊侯將享公、孔丘謂梁丘據曰、齊魯之故、吾子何不聞焉、事既成矣、而又享之、是勤執事也、且犧象不出門、嘉樂不野合、饗而既具、是棄禮也、若其不具、用秕稗也、用秕稗君辱、棄禮名惡、子盍圖之、夫享、所以昭德也、不昭、不如其已也、乃不果享、齊人來歸鄆讙龜陰之田、

鄆 Yun, locus in Chan tong. | 讙 Hoan, clamores : lætum nuntium.

(1) Confucius jubet regios satellites arma opponere Lai tribus hominibus, qui barbari, captivi, confines habebantur, alte indignatus quod hujusmodi homines ausint impetere regulum, sinensem, regnicolam, fœdus ineuntem.

Digitized by Google

adhuc restat; nudatumque ostendit ei dorsum, dicens : en ego quod possum; Pei i negotio, ego equidem haud par.

---

49. INTERJECTÆ VALLIS CONVENTUS.

Æstate, Lou regulus convenit T'si Marchionem in Tchou k'i, scilicet *Interjecta valle*, Confucio ministro. Li mi toparcha loquens ad T'si Marchionem ait : Confucius scit ritus, at caret strenuitate; si jubeas Lai tribus homines cum armis vim inferre Lou Marchioni, certo assequeris propositum. T'si Marchio assensit illi : Confucius, facto regulum recedere, ait : laterones, arma opponite illis : duobus principibus jungentibus fœdus, confinium barbarorumque captivos cum armis perturbare eos, non est T'si princeps cum quo imponit regulis sane : confinibus haud impetendus regnicola, barbaris haud perturbandus sinensis, captivis haud violandum fœdus, armatis haud cogenda pax; quoad Spiritus esset haud faustum, quoad virtutem esset lædere æquitatem, quoad homines esset deficere ritibus, princeps certe non ita (1). T'si Marchio, auditis his, statim removit illos; facturaque fœdus, T'si gens addidit in fœderis syngrapha quod, T'si exercitu transgrediente confinia, nisi cum armatis curribus tercentis sequamini nos, incurretis hujusmodi imprecationes (2). Confucius misit toparcham Tse ou siuen salutare et responso dicere : vos nisi reddatis nobis ad Wen septentrionem agros, nos ut offeramus jussa, etiam ita. T'si Marchio volebat epulari regulo : Confucius alloquens Leang k'ieou kiu, ait : T'si et Lou antiqua-statuta, mi domine, quomodo non audivisti? re jam conclusa, adhuc epulari illi, est molestare præpositum tuum : et præterea bovinus elephantinusque crater non egreditur porta, festivaque musica haud ruri consonat (3); convivio si sint præsto, erit abjicere ritum, et si hujusmodi non suppetant, apponere lobas et avenam erit : apponendo lobas et avenam princeps dedecoratur, abjiciendo ritum fama deturpatur; domine quidni perpendas istud? Hujusmodi convivia, per quæ illustratur virtus scilicet; nisi illustretur, potius illa omittenda jam. Exinde haud effectum convivium, et T'si gens venit reddere Yun, Hoan, et Koei yng agros.

---

(2) Scriptura fœderis imponebatur bovi, ideo appellatur 載書. Fœderis scriptura continebat imprecationes a fœdifrago incurrendas, ideo ait 有如此盟.

(3) 犧尊 et 象尊, crateres, haud soliti extra metropolim efferri : 嘉樂, campanam et chalcophonum habens.

Digitized by Google

吳許越成 哀公元年

吳王夫差敗越於夫椒、報檇李也、遂入越、越子以甲楯五千、保於會稽、使大夫種、因吳大宰嚭以行成、吳子將許之、伍員曰、不可、臣聞之、樹德莫如滋、去疾莫如盡、昔有過澆、殺斟灌、以伐斟鄩、滅夏后相、后緡方娠、逃出自竇、歸於有仍、生少康焉、爲仍牧正、惎澆能戒之、澆使椒求之、逃奔有虞、爲之庖正、以除其害、虞思於是妻之以二姚、而邑諸綸、有田一成、有衆一旅、能布其德、而兆其謀、以收夏衆、撫其官職、使女艾諜澆、使季杼誘豷、遂滅過戈、復禹之績、祀夏配天、不失舊物、今吳不如過、而越大於少康、或將豐之、不亦難乎、句踐能親而務施、施不失人、親不棄勞、與我同壤、而世爲仇讎、於是乎克而弗取、將又存之、違天而長

檇 Tsoei, tundere : nomen loci.
楯 Choen, Juen, clathri. 盾, scutum.
澆 Kiao, rigare : stillare : cognomen. 澆 Yao, nomen proprium.
斟 Tchen, haurire : transfundere : deliberare : cognomen.
鄩 Sin, nomen loci, urbis, familiæ.
娠 Chen, 娠 Tchen, prægnans.
惎 Ki, docere : venenum.
姚 Yao, cognomen posterorum imperatoris Choen : formosus.
諜 Tié, explorare : diploma.
豷 Hi, nomen proprium.

---

(1) Yué, in sua regione Tsoei li, profligaverat Ho liu, qui pede vulneratus exinde mortuus fuerat. Hinc hujus filius nunc vicem reddit in Ou regione Fou tsiao, et Yué regem Keou tsien magna clade confecit.

Digitized by Google

50. OU CONCEDIT YUÉ PACEM.

Ou rex Fou t'cha concidit Yué in Fou tsiao, ultus Tsoei li (1), statimque ingressus Yué. Yué Vicecomes cum loricatis scutatisque quinque mille protectus in Koei ki monte, misit toparcham Tchong interponere Ou summum administratorem, P'i, ad efficiendam pacem. Ou Vicecomes volebat concedere rem; Ou yun ait : non bene. Ego audivi quod plantandæ virtuti nil sicut fecundare, et abjiciendo morbo nil sicut exterminare : olim tenens Kouo ditionem Yao, occiso Tchen koan indeque impetito Tchen sin regulis, extinxit Hia regem Siang : regina Min tunc prægnans, aufugiens exivit ex foramine, et reversa ad tenentem Jeng, peperit Chao k'ang (2). Qui agens Jeng pastorum caput, toxico habens Yao, scivit cavere illum; Yao misit ministrum Tsiao quærere illum, sed aufugiens adivit tenentem Yu, egitque ipsius culinæ caput, ad declinandas hujusmodi insidias : Yu regulus, Se, ex hoc conjunxit illum cum duabus Yao, atque feudavit ex civitate Luen (3) : et habens agri unum actum, habensque hominum unam cohortem (4), potuit propagare sua beneficia atque incipere suum molimen, in colligendo Hia populum et mulcendo ipsius fungentes munere : missoque Jou ngai ministro explorare Yao, missoque Ki chou filio insidiare Hi (5), statim extinxit Kouo et Kou, restauratoque magni Yu merito, sacrificavit suis Hia, adhæsit Cœlo, non amisit antiquam possessionem. Nunc Ou neque valet Kouo, et Yué major quam Chao k'ang; si velis amplificare illum, nonne quidem difficultates? Keou tsien scit se impendere, atque studet largitioni; largiendo non amittit homines, seque impendens non rejicit labores : cum nobis communicat territorio, et hæreditarius est infensus inimicus : unde fit ut vicisse nec tamen capere, velle vero conservare illum,

---

(2) Yao, regni Kouo dynasta, filius illius Han tsou, qui T'i siang, quinti Hia dynastiæ imperatoris, usurpavit solium, cum imperatrix Min, e regni Jeng dynastâ oriunda, filii, qui postea Chao k'ang imperator fuit, prægnans, fugâ se et fetum sospitavit.

(3) Yu ditionis dynasta, e Choen prognatus, cognomine Yao, nuptui dedit illi suas duas filias.

(4) Decem stadia 里 in quadrum constituunt actum, quingenti homines constituunt cohortem.

(5) Hi, regni Kou dynasta, minor ipsius Yao frater.

Digitized by Google

寇讎、後雖悔之、不可食已、姬之衰也、日可俟也、介在蠻夷、而長寇讎、以是求伯、必不行矣、弗聽、退而告人曰、越、十年生聚、而十年教訓、二十年之外、吳其爲沼乎、三月、越及吳平、吳入越、不書、吳不告慶、越不告敗也、

楚子軫卒 哀公六年

秋、七月、楚子在城父、將救陳、卜戰、不吉、卜退、不吉、王曰、然則死也、再敗楚師、不如死、棄盟逃讎、亦不如死、死一也、其死讎乎、命公子申爲王、不可、則命公子結、亦不可、則命公子啓、五辭、而後許、將戰、王有疾、庚寅、昭王攻大冥、卒於城父、子閭退曰、君王舍其子而讓羣臣、敢忘君乎、從君之命、順也、立君之子、亦順也、二順、不可失也、與子西子期謀、潛師閉塗、逆越女之子章、立之而後還、是歲也、有雲如衆赤鳥、夾日以飛、三日、楚子使問諸周大史、周大史曰、其當王身乎、若禜之、可移於令尹司馬、王曰、除腹心之疾、而寘諸股肱、

禜 Yng, Yong, sacrificium montium fluviorumque Spiritibus oblatum ad siccitatem pestemve depellendam.

---

(1) Regni Ou familia, eodem ac Tcheou dynastia cognomine, Ki.

(2) Cur non memoretur hæc res in Confucii chronicis, rationem dat.

Digitized by Google

contradicat cœlo atque augeat noxium hostem : postea licet pœniteat facti, non poteris resumere jam. Ki familiæ ruina, prope diem poterit expectari (1); interjecta inter australem occiduumque barbarum, adhuc auget noxium hostem : per hæc velle fieri Archon, næ non succedet jam. Non ascultavit. Recedens monuit alios dicens : Yué decem annos procreet et cumulet, atque decem annos educet instituatque, et viginti annos post, Ou istud erit lacuna, oh! — Tertia luna, Yué atque Ou pacificati. Ou invasisse Yué non inscriptum (2), Ou non significavit successum, et Yué non significavit cladem scilicet.

---

51. T'CHOU VICECOMES TCHEN MORITUR.

Autumno, septima luna, T'chou Vicecomes erat in T'cheng fou, volens salvare T'chen (3). Consultavit sortes de pugna; non fausta : consultavit de recessu; non faustus. Rex ait : ita vero moriendum scilicet; rursus atterere T'chou copias, non valet mori, et abjecto fœdere fugere inimicum, æque non valebit mori; moriendum item est, potius mori ab hoste, oh! Jussit principem Chen in regem; non assensit : tunc jussit principem Kié, itemque non assensit : tunc jussit principem K'i, et quinquies recusato, tunc vero annuit (4). Sub pugnam, rex cepit infirmitatem : cycli vigesima septima, Tchao rex impugnans Ta ming regionem, obiit in T'cheng fou. Tse liu recedens ait : nostrum regem, relictis suis filiis, cessisse turbæ ministrorum; et ausim oblivisci principis? Obsequi principis mandato, rationabile fuit, et instituere principis filium, item rationabile est; utrique rationabili haud fas deesse. Et cum Tse si atque Tse k'i deliberato, occultatis excubiis obstructaque via, occurrerunt Yué subnubæ filio, Tchang, evectoque ipso tunc vero repatriarunt. — Ipso anno, fuerant nubes, velut plures rubræ aves stipantes solem sicque provolantes, tribus diebus. T'chou Vicecomes miserat scitari a Tcheou summo cancellario, et Tcheou summus cancellarius dixerat, rem attinere regis personam oh!, et si deprecaretur eam, posse transferri ad summum administratorem bellique præfectum. Rex subjunxerat : depellere viscerum cordisve morbum, ut collocetur in cruribus

---

(3) T'cheng fou, regni T'chen regio, quod tunc Ou regnum impetiverat.

(4) 申 scilicet 子 西, 結 scilicet 子 期, 啟 scilicet 子 閭, tres Tchao regis, qui Tchen appellabatur, majores fratres.

Digitized by Google

Digitized by Google

brachiisve, quid emolumenti? haud frugi si non habeo magnam culpam, cœlum ipsum præcidit hujusmodi; et si habens crimen recipio pœnam, rursus ad quid transferre illam? exindeque non deprecatus. Incipiente Tchao rege habere morbum, divinus dixerat : fluvii agunt monstra, et rex nec litaverat; et toparchis rogantibus litare in confiniis, rex dixerat : tribus dynastiis præscribentibus lararia, sacrificia non transgrediuntur prospectum (1); Kiang, Han, Tsiu et Tchang, T'chou quos prospicit scilicet, et infelicitatis felicitatisque immissio, haud hos extra est : non frugi licet nullius virtutis, fluvii non sunt quibus fecerim offensionem; indeque non sacrificavit. Confucius ait : T'chou regni Tchao rex intellexit magnum jus quidem : eum non amisisse regnum, decuit sane!

---

52. OU ITURUS IMPETERE T'SI.

Ou ituro impetere T'si, Yué Vicecomes adduxit suum comitatum ad obsalutandum, regemque atque varios præfectos simul fecit donis affectos. Ou homines omnes gavisi, solus Tse siu expavit (2), aitque : id, pascere Ou scilicet! admonensque ait : Yué subsistens, nostro corde visceribusque morbus est; territorio communicat, atque habet appetentiam de nobis : ista tam molli subjectione, quærit perficere suum desiderium scilicet; nil potius ac mature aggredi opus : compos voti in T'si, tamen obtinebis calculosum agrum, nulla re utilem; at Yué nondum facto lacuna, Ou ipse destruetur : committens medico extirpare morbum, tamenque dicens necesse relinquere speciem, nondum is extitit. P'an keng mandatum (3) ait : «qui sunt subversores et refractarii, equidem denasabo, extinguam, nullumque relinquam viventem, ut ne transferant semen in istam urbem;» et en Chang ex quo floruerit : nunc tu immutas hæc, visque exinde quærere amplitudinem, nonne etiam difficile? Non auscultavit. — Missum in T'si, commisit suum filium Pao familiæ, factum Wang suen cognomine (4). Reversa expeditione, rex audivit rem, misitque tradere ei *continenter insculptum* ut moreretur (5). Jam moriturus ait : plantate meo sepulchro catalpam; catalpa facta materie, Ou jam perierit oh!, et tribus annis, ipsum incipiet attenuari; plenum debere atteri, cœli lex est.

---

(4) Clam misit suum filium in Pao familiam, illius cognomine in Wang suen immutato.

(5) 屬鏤 *tchou liu*, gladii nomen.

Digitized by Google

衞侯會吳于鄖 哀公十二年

吳徵會於衞、初、衞人殺吳行人且姚、而懼、謀於行人子羽、子羽曰、吳方無道、無乃辱吾君、不如止也、子木曰、吳方無道、國無道、必棄疾於人、吳雖無道、猶足以患衞、往也、長木之斃、無不摽也、國狗之瘈、無不噬也、而況大國乎、秋、衞侯會吳于鄖、公及衞侯、宋皇瑗盟、而卒辭吳盟、吳人藩衞侯之舍、子服景伯謂子貢曰、夫諸侯之會、事旣畢矣、侯伯致禮、地主歸餼、以相辭也、今吳不行禮於衞、而藩其君舍以難之、子盍見大宰、乃請束錦以行、語及衞故、大宰嚭曰、寡君願事衞君、衞君之來也緩、寡君懼、故將止之、子貢曰、衞君之來、必謀於其衆、其衆或欲或否、是以緩來、其欲來者、子之黨也、其不欲來者、子之讐也、若執衞君、是墮黨而崇讐也、夫墮子者、得其志矣、且合諸侯而執衞君、誰敢不懼、墮黨崇讐、而懼諸侯、或者難以霸乎、大宰嚭說、乃舍衞侯、衞侯歸、效夷言、子之尙幼、曰、君必不免、其死於夷乎、執焉、而又說其言、從之固矣、

瘈 Ki, ferus, stultus : canis rabidus.

(1) 墮 hic legitur *hoei* 隳, at idem est sensus.

Digitized by Google

53. WEI MARCHIO CONVENIT OU IN YUN.

Ou advocat conventum Wei regulum ; initio, Wei gens occiderat Ou cursorium præfectum Tsiu yao; adeoque timens, consiliatur cum suo cursorio præfecto Tse yu. Tse yu ait : Ou incepit carere lege, an non hinc offensabit nostrum principem? melius est supersedere. At toparcha Tse mou ait : Ou incepit carere lege; regnum sine lege, omnino rejicit mala in alios : Ou licet sine lege, adhuc par ad molestandum Wei; eas porro. Procera arbor proruens nemini parcit ictum, et mœnium canis rabidus neminem eximit morsu, quanto magis magnum regnum? Autumno, Wei Marchio convenit Ou in Yun : sed Lou regulus atque Wei Marchio et Song toparcha Hoang yuen fœderarunt, et postremo recusarunt Ou fœdus. Ou gens stipavit Wei Marchionis hospitium. Lou toparcha Tse fou king pé allocutus Tse kong ait : quoad regulorum conventum, negotium jam finitum est; Marchio et Comes obtulerunt dona, et loci dominus retribuit viaticum ad mutuo valedicendum : et en Ou non agit rite cum Wei, sed stipavit hujus principis hospitium, ad incommodandum illi : tu quidni visites summum administratorem? Tum petito fasciculo sericorum, exinde ivit; et sermone attingente Wei negotium, summus administrator P'i ait : meus princeps volebat subservire Wei principi, sed Wei principe perveniente serius, meus princeps timuit, adeoque voluit continere illum. Tse kong ait : Wei principis adventus debuit deliberari cum suo concilio, cujus concilii aliqui volebant, aliqui non, et propter hoc serius venit : qui volebant venientem, vestrûm fautores scilicet, et qui non volebant adveniret, vestrûm adversarii nempe; si detineatis Wei principem, erit prosternere fautores et elevare adversarios, sicque eversores vestrûm assequentur suum votum (1). Et præterea congregantem regulos ad detinendum Wei principem, quis audebit non timere? Deprimere fautores, elevare adversarios, et deterrere regulos, an non forte difficultas pro archonte erit? Summo administratori P'i placuit, statimque dimisit Wei Marchionem. — Wei Marchio reversus, didicit barbarum sermonem : Tse tche, adhuc adolescens ait (2) : princeps certe non servabitur; is morietur a barbaro, oh! : detentus, adhuc amat illius linguam! sequi illum obstinat scilicet.

---

(2) Barbarum sermonem, nempe regni Ou linguam : Tse tche, scilicet Kong suen mi meou.

Digitized by Google

會于黃池 哀公十三年

夏、公會單平公、晉定公、吳夫差、于黃池、六月、丙子、越子伐吳、爲二隧、疇無餘、謳陽、自南方先及郊、吳大子友、王子地、王孫彌庸、壽於姚、自泓上觀之、彌庸見姑蔑之旗、曰、吾父之旗也、不可以見讐而弗殺也、大子曰、戰而不克、將亡國、請待之、彌庸不可、屬徒五千、王子地助之、乙酉、戰、彌庸獲疇無餘、地獲謳陽、越子至、王子地守、丙戌、復戰、大敗吳師、獲大子友、王孫彌庸、壽於姚、丁亥、入吳、吳人告敗於王、王惡其聞也、自剄、七人於幕下、秋、七月、辛丑、盟、吳晉爭先、吳人曰、於周室、我爲長、晉人曰、於姬姓、我爲伯、趙鞅呼司馬寅、曰、日旰矣、大事未成、二臣之罪也、建鼓整列、二臣死之、長幼必可知也、對曰、請姑視之、反曰、肉食者無墨、今吳王有墨、國勝乎、大子死乎、且夷德輕、不忍久、請少待之、乃先晉人、吳申叔儀、乞糧於公孫有山氏、曰、佩玉繫兮、余無所繫之、旨酒一盛兮、余與禍之父晛之、

繫 JOEI, pendere, pendulus.

(1) Illius pater a Yué gente captus olim fuerat.

(2) Absente rege, ipse custodiebat metropolim.

Digitized by Google

54. CONVENTUS AD FLAVAM PISCINAM.

Æstate, Lou regulus convenit Chan ditionis P'ing dynastam, Tsin regni Ting regulum et Ou regni Fou tcha ad *Flavam piscinam* : et sexta luna, cycli decima tertia, Yué Vicecomes oppugnavit Ou, initis duabus viis. T'cheou ou yu et Ngeou yang toparchæ, ex meridionali via priores attigerunt suburbana; et Ou regni hærede principe Yeou, regioqne filio Ti, regioque nepote Mi yong, et Cheou yu yao, e Hong fluvio super prospicientibus illos, Mi yong conspexit Kou mié regionis vexillum, aitque : mei patris vexillum scilicet, haud fas visum inimicum haud occidere (1). Hæres princeps ait : pugnare et non vincere, erit ruinæ regno; velis supersedere rem. Mi yong non annuit, congregatisque peditum quinque millibus, regioque filio Ti adjuvante ipsum, cycli vicesima secunda pugnavit, et Mi yong cepit T'cheou ou yu, et Ti cepit Ngeou yang. Yué Vicecomes advenit, regius filius Ti propugnabat (2); cycli vicesima tertia renovata pugna, acriter cæsus Ou exercitus, capti hæres princeps Yeou, regius nepos Mi yong, et Cheou yu yao, et vicesima quarta perrupta urbs. Ou gens nuntiavit cladem ad regem; rex ægre ferens rem patescere, ipsemet obtruncavit septem homines sub tentorio (3). — Autumno, septima luna, cycli trigesima octava, fœderatum; et Ou et Tsin contendebant primas, Ou gente dicente : in Tcheou domo, nos sumus primogeniti; et Tsin homine dicente : e Ki cognomine, ego sum Comes (4). Tsin toparcha Tchao yang compellans præfectum belli Yn ait : sol inclinat jam, magnumque negotium nondum finivisse, amborum ministrorum peccatum est; erecto tympano ordinata acie, ambo nos immoriamur his, et major minorque næ poterit constare jam. Respondens ait : rogo, interim inspiciam rem. Et reversus ait : carnes qui comedunt, haud nigricant : nunc Ou rex habet nigrorem; metropolis devictane, an hæres filius obiverit? Præterea barbari ingenium leve, haud sustinet diu; rogo paullum expectes id : statimque primæ fuerunt Tsin homini. — Ou toparcha Chen chou i rogavit annonam a ducali nepote Yeou chan, Lou toparcha, dicens : succinctæ gemmæ defluunt, et mihi nihil quod suspendam; exquisiti vini tota lagena est, et ego cum a laneto gente limis aspecto illum (5).

(3) Nuntios scilicet.

(4) Ou principatus a primogenito T'ai pé, Wen regis patruo, fundatus, Vicecomitis dignitate fruebatur.

(5) De Ou rege conqueritur.

Digitized by Google

對曰、粱則無矣、饘則有之、若登首山以呼曰、庚癸乎、則諾、

楚白公之亂 哀公十六年

楚大子建之遇讒也、自城父奔宋、又辟華氏之亂於鄭、鄭人甚善之、又適晉、與晉人謀襲鄭、乃求復焉、鄭人復之、如初、晉人使諜於子木、請行而期焉、子木暴虐於其私邑、邑人訴之、鄭人省之、得晉諜焉、遂殺子木、其子曰勝、在吳、子西欲召之、葉公曰、吾聞勝也、詐而亂、無乃害乎、子西曰、吾聞勝也、信而勇、不爲不利、舍諸邊竟、使衞藩焉、葉公曰、周仁之謂信、率義之謂勇、吾聞勝也、好復言、而求死士、殆有私乎、復言、非信也、期死、非勇也、子必悔之、弗從、召之、使處吳竟、爲白公、請伐鄭、子西曰、楚未節也、不然、吾不忘也、他日又請、許之、未起師、晉人伐鄭、楚救之、與之盟、勝怒曰、鄭人在此、讐不遠矣、勝自厲劍、子期之子平見之、曰、王孫何

---

(1) 饘 T'sou, crassus, rudis, oryza crassior : remotus.

---

(1) Toparcha nequibat annonam distrahere; ait ergo : si magna premaris necessitate, e compacto hoc dabis mihi signum, et tunc concedam. 庚 et 癸, seu 庚辛 et 壬癸, designant partem occidentalem et borealem, uti initialis 甲乙 orientalem, 丙丁 australem, 戊己 mediam.

(2) Ut antea bene tractarunt.

(3) Tse mou, scilicet Kien : condicere diem aggrediendi Tcheng.

(4) Tcheng regulus urbem etiam dederat ingrato Kien, qui in ipsius cives

Digitized by Google

Respondens ait : mundam quidem non habeo, crassam vero habeo illam; si conscenso Cheou monte, exinde inclames dicens occiduam et borealem oh!, tunc concedam (1).

---

55. T'CHOU PÉ URBIS PRÆFECTI SEDITIO.

T'chou regni hæres princeps, Kien, nactus calumniam, a T'cheng fou aufugerat in Song, rursusque declinans Hoa toparchæ seditionem adiverat Tcheng, et Tcheng homines egregie tractarunt illum. Tum adivit Tsin, et cum Tsin gente molitus adoriri Tcheng, statim petiit reduci; et Tcheng homines, reducto illo, æmulati priora (2). Tsin homines misso exploratore ad Tse mou, rogarunt agere atque condicere diem (3). Tse mou crudeliter sæviebat in sua privata urbe; urbis cives denuntiarunt id (4) : Tcheng homines examinarunt rem, nactique Tsin exploratorem, statim occiderunt Tse mou. Hujus filius appellatus Cheng, erat in Ou; Tse si volebat revocare eum : Ché urbis præfectus ait (5) : ego audivi Cheng quidem fallacem atque turbulentum; nullumne erit damnum? Tse si ait : ego audivi Cheng sincerum atque fortem, non agere vacua emolumento; collocatum ad confinium limites, faciam defensionis sepem. Ché præfectus ait : adhærens humanitati dicitur sincerus, sequensque justitiam dicitur fortis : ego audivi Cheng amare patrare dicta (6), et quærere impavidos bellatores; an forte subsit dolus? Patrator dictorum non est sincerus, et certus mori non est fortis; dominum certe pœnitebit facti. Non acquievit, revocavit illum, jussitque immorari Ou confiniis, et gerere Pé urbis præfectum. Petenti impetere Tcheng, Tse si ait : T'chou nondum regulare est; secus, egomet non oblitus fuerim. Alia die, rursus petenti concessit rem : at nondum conflato milite, Tsin gens impetiit Tcheng, et T'chou, liberato eo, cum ipso fœderavit. Cheng iratus ait : Tcheng homo est hic, inimicus haud abest jam (7) : et Cheng ipse acuere gladium. Tse k'i filius, P'ing, vidit hoc, aitque : regius

---

crudele exercebat regimen. Ex odio igitur cives ad regulum exploratoris adventum denuntiarunt.

(5) Ché urbis præfectus, 沈諸梁, nomine 子高, vir egregius. Tunc temporis in T'chou regno, etiam præfecti, 公 nomine appellabantur.

(6) Dictum semel emissum, æquum necne, omnino facessere.

(7) Tse si, qui ita favit mei patris occisori, ipse est mihi, ut alter Tcheng, inimicus.

Digitized by Google

自厲也、曰、勝以直聞、不告女、庸爲直乎、將以殺爾父、平以告子西、子西曰、勝如卵、余翼而長之、楚國第、我死、令尹司馬、非勝而誰、勝聞之、曰、令尹之狂也、得死、乃非我、子西不悛、勝謂石乞曰、王與二卿士、皆五百人當之、則可矣、乞曰、不可得也、曰、市南有熊宜僚者、若得之、可以當五百人矣、乃從白公而見之、與之言、說、告之故、辭、承之以劒、不動、勝曰、不爲利諂、不爲威惕、不洩人言、以求媚者、去之、吳人伐慎、白公敗之、請以戰備獻、許之、遂作亂、秋七月、殺子西子期于朝、而劫惠王、子西以袂掩面而死、子期曰、昔者吾以力事君、不可以弗終、抉豫章以殺人、而後死、石乞曰、焚庫弑王、不然、不濟、白公曰、不可、弑王不祥、焚庫無聚、將何以守矣、乞曰、有楚國而治其民、以敬事神、可以得祥、且有聚矣、何患弗從、葉公在蔡、方城之外皆曰、可以入矣、子高曰、吾聞之、以險徼幸者、其求無饜、偏重必離、聞其殺齊管修也、而後入、

抉, Kiué, excavare.

(1) E regia familia seliguntur summi ministri, T'chou juxta familiæ gradus eligit ministros.

(2) Hominem laudat, quod nec lucro nec terrore moveatur, nec fiat susurro ad gratiam aucupandam.

(3) Belli prædam offerret T'chou regni regi, qui rem concessit.

Digitized by Google

nepos cur ipse acuit? Respondit : Cheng cum apertus dictiter, nisi moneam te, quomodo sim apertus? utar ad occidendum tuos patres. P'ing id monuit Tse si, Tse si ait : Cheng quasi ovum, ego fovi atque dilatavi illum : T'chou regnum gradibus utitur (1); me mortuo, summus administrator bellique præfectus, nisi Cheng, quis erit? Cheng, auditis his, ait : summus administrator stultescit; si naturaliter morietur, jam non ero ego. Tse si necdum immutato, Cheng compellans conspirantem Che k'i, ait : regi cum duobus primariis ministris, simul quingenti homines opponantur illis, jamque satis erunt. K'i respondit : non poterit effici. Ait : ad fori austrum est Hiong i liao ille; si obtineamus eum, poterit valere quingentos homines : statimque secutus Pé præfectum, inviserunt illum. Facto ei sermone, gavisus est; significata ei re, recusavit; prosequuntur illum cum gladio, nullusque movetur. Cheng ait : non a lucro inescatur, non a terrore perterretur, nec effutit aliorum verba ut aucupetur gratiam is (2); et abierunt inde. — Ou gens impugnavit Chen, T'chou territorium : Pé præfectus devicit illam, petiitque ut belli prædam offerret (3); concessa re, statim incepit seditionem. Autumni septima luna, occidit Tse si et Tse k'i in regia, atque abripuit Hoei regem : Tse si cum manica obvelans faciem mortuus est; Tse k'i ait : antehac ego cum viribus servivi principi, haud fas ita non finire; evulsoque magno ligno (4), inde occidit hominem et postea mortuus est. — Che k'i ait : incendendum ærarium, occidendusque rex; secus, deficiet successus. Pé præfectus ait : non licet; occidere regem non faustum, et combusto ærario deerit annona, afferemus quid ad servationem? K'i ait : habito T'chou regno componendo ejus populum, indeque reverenter serviendo Spiritibus, poterit obtineri faustum, et præterea habebitur annona jam, ad quid angi? Non acquievit. — Ché præfectus erat in T'sai urbe (5) : *quadratam urbem* ultra omnes dicebant : licet ingredi jam. Tse kao respondit : ego audivi quod, de periculosis qui fortunam sortiuntur, horum appetitus nunquam satiatur; oblique gravescens certo deseretur : auditoque illum occidisse T'si koan sieou, tunc vero ingressus est (6). — Pé præfec-

(4) 璩章, magni ligni nomen.

(5) Antiqua T'sai regni metropoli, quæ, illo alias translato, in T'chou devenerat ditionem.

(6) Oblique gravescens, in obliquum et in excessum brevi inclinabit, et sic ab omnibus deseretur, et tunc facile ego accurram. T'si koan sieou, sapiens toparcha, e celebri regni T'si ministro 管仲 prognatus.

Digitized by Google

白公欲以子閭爲王、子閭不可、遂劫以兵、子閭曰、王孫若安靖楚國、匡正王室、而後庇焉、敢之願也、敢不聽從、若將專利、以傾王室、不顧楚國、有死不能、遂殺之、而以王如高府、石乞尹門、圉公陽穴宮、負王以如昭夫人之宮、葉公亦至、及北門、或遇之、曰、君胡不胄、國人望君、如望慈父母焉、盜賊之矢若傷君、是絶民望也、若之何不胄、乃胄而進、又遇一人、曰、君胡胄、國人望君、如望歲焉、日日以幾、若見君面、是得艾也、民知不死、其亦夫有奮心、猶將旌君、以徇於國、而又掩面以絶民望、不亦甚乎、乃免胄而進、遇箴尹固帥其屬、將與白公、子高曰、微二子者、楚不國矣、棄德從賊、其可保乎、乃從葉公、使與國人以攻白公、白公奔山而縊、其徒微之、生拘石乞、而問白公之死焉、對曰、余知其死所、而長者使余勿言、曰、不言、將烹、乞曰、此事也、克則爲卿、不克則烹、固其所也、何害、乃烹石乞、王孫燕奔頯黃氏、沈諸梁兼二事、國寧、乃使寧爲令尹、使寬爲司馬、而老於葉、

頯 K'OEI, malarum os : Ou regni regio.

(1) Hoei regem ad matris palatium asportavit.

Digitized by Google

tus volebat ut Tse liu esset rex; Tse liu non annuit; statim arripuit cum armis; Tse liu ait: regius nepos si, pace tranquillato T'chou regno recteque composita regia domo, postea tuearis, K'i volo quidem, ausimque non obsecundare? At si velis solus lucrari in evertenda regia domo, nullo respectu T'chou regni, sit moriendum, non faciam. Statim occidit eum, et fecit regem adire *Altitudinis* ærarium, Che k'i præposito januæ : at toparcha Yu kong yang perforatis ædibus, succollavit regem, sicque adiit Tchao regis maritæ palatium (1). Ché præfectus item advenit; attingentem borealem portam, aliquis nactus eum ait : domine cur non galeatus? regni homines expectant te quasi expectarent benignum parentem; noxiorum latronum sagitta si feriverit te, esset abrumpere populi spem; et si hoc, cur non galeari? Tunc galeatus intravit, rursusque offendit alium hominum dicentem : dominus cur galeatus? regni homines expectant te, sicut expectatur fertilitas, et quotidie sic sperabant; si viderint tuam faciem, erit obtinere quietem, populusque sciens non mortuum, sic etiam ipse habebit conandi animum, quasi volens exemplarem te proponere in regno : sic vero obvelare faciem ad præcidendam populi spem, nonne quidem nimium? Tunc detracta galea ingressus est, offenditque Tchen yn kou toparcham ducentem sibi subjectos, coiturum cum Pé præfecto. Tse kao ait : nisi fuissent duo fratres illi (2), T'chou non regnum jam : abjecta virtute sequens rebellem, ipse poterisne servari? Tunc secutus Ché præfectum, missusque cum regni milite ad impugnandum Pé præfectum. Pé præfectus aufugit in montem et se strangulavit, ejusque sequaces occuluerunt eum. Vivus captus Che k'i, interrogatusque de Pé præfecti cadavere. Respondens ait : ego scio ejus mortis locum, at superior jussit me ne dicerem. Aiunt : nisi dicas, mox torreberis. K'i ait : hujusmodi facto, victor quidem fuissem minister, haud victor vero torreri, vere rei proprium est; quid mali? Tunc torruerunt Che k'i, et regius nepos Yen confugit ad K'oei, Ou regionis, Hoang familiam. Chen tchou leang simul gessit duas functiones, et regnum conquievit. Tunc jussit Ning gerere summum administratorem, jussitque K'oan gerere præfectum belli, atque consenuit in Ché (3).

---

(2) Tse si et Tse k'i scilicet.

(3) Yen, P'é præfecti minor frater. Duas functiones, summi administratoris et præfecti belli. Ning, occisi Tse si filius. K'oan, occisi Tse k'i filius.

Digitized by Google

越滅吳 哀公二十年

越圍吳、趙孟降於喪食、楚隆曰、若使吳王知之、若何、乃往、告於吳王曰、寡君之老無恤、使陪臣隆、敢展謝其不共、黃池之役、君之先臣志父、得承齊盟、曰、好惡同之、今君在難、無恤不敢憚勞、非晉國之所能及也、使陪臣敢展布之、王拜稽首曰、寡人不佞、不能事越、以爲大夫憂、拜命之辱、與之一簞珠、使問趙孟、曰、句踐將生憂寡人、寡人死之不得矣、王曰、溺人必笑、吾將有問也、史黯何以得爲君子、對曰、黯也、進不見惡、退無謗言、王曰、宜哉、二十二年冬、十一月、丁卯、越滅吳、請使吳王居甬東、辭曰、孤老矣、焉能事君、乃縊、越人以歸、

春王正月 隱公元年 公羊高

元年者何、君之始年也、春者何、歲之始也、王者孰謂、謂文王也、曷爲先言王、而後言正月、王正月也、何言乎王正月、大一統也、公何

黯 Ngan, Yen, obscurus, spissius niger.

---

(1) Tchao mong, seu Ou siu, Tsin regni toparcha, ob patris Tse fou mortem, tenui victu utebatur. Ad obsidionis nuntium, victum adhuc attenuavit, et in gradum adhuc inferiorem repressit. Quod studiosi animi indicium, ipsius mi-

Digitized by Google

56. YUÉ DELET OU.

Yué obsedit Ou, et Tchao mong detraxit e lugubri victu (1). Ejus minister T'chou long ait : si faciamus Ou regem scire hoc, quomodo? Statimque ivit, significavitque Ou regi dicens : mei principis senior Ou siu, misso dupliciter vassallo Long, audet explicare excusareque suum non opitulari. *Flavæ piscinæ* expeditione, tuus defunctus vassallus Tse fou obtinuit excipere concinnum fœdus, habens *amores et odia communia erunt :* nunc te versante in difficultatibus, Ou siu non audet timere labores, sed non est Tsin regnum quo attingat (2), missoque dupliciter vassallo, audet explicare et exponere rem. Rex salutans prostrato capite, ait : modicus vir minime habilis, haud scivi servire Yué, ut fuerim toparchæ sollicitudini; gratias missionis dignationi : deditque illi unam capsulam unionum, jussitque salutare Tchao mong, dicens : Keou tsien vult vivum cruciare modicum me, modicusque vir mortem haud invenio. Rex subjunxit : submersus homo necessario ridiculus; ego velim aliquid interrogare, cancellarius Ngan ex quo obtinuit haberi sapiens (3)? Respondens ait : Ngan quidem, promotus non suscipit invidiam; absistens, caret malignis sermonibus. Rex ait : merito sane! — Vicesimo secundo anno, hieme, undecima luna, cycli quarta, Yué delevit Ou, invitavitque Ou regem incolere Yong tong (4) : recusans ait : dejectus senui jam, qui valeam servire principi? Tunc se strangulavit, et Yué gens asportans repatriavit.

---

57. VERIS REGIA PRIMA LUNA.

Primus annus quid? principis primordius annus. Ver, quid? anni initium. Rex, quis dicitur? dicitur Wen rex. Ad quid prius ait *rex*, et postea ait *prima luna?* regis est prima luna. Quare dicitur quod regis sit prima luna? magnificat totam administrationem scilicet (5). Regulus quare non

---

nister, adeoque dupliciter vassallus (陪臣), Ou regi voluit significare.

(2) Ob distantiam scilicet.

(3) Iete Tsin regni summus cancellarius olim prædixerat, ante quadraginta annos Ou regnum fore interiturum. Ideo rex nunc de homine interrogat, insinuatque se rem minime necessariam interrogare.

(4) Orientalis maris insula.

(5) Rex, novam fundans dynastiam, anni mutat initium, et totum imperium mutationem recipit.

Digitized by Google

以不言卽位、成公意也、何成乎公之意、公將平國而反之桓、曷爲反之桓、桓幼而貴、隱長而卑、其爲尊卑也微、國人莫知、隱長又賢、諸大夫扳隱而立之、隱于是焉而辭立、則未知桓之將必得立也、且如桓立、則恐諸大夫之不能相幼君也、故凡隱之立、爲桓立也、隱長又賢、何以不宜立、立適以長、不以賢、立子以貴、不以長、桓何以貴、母貴也、母貴、則子何以貴、子以母貴、母以子貴、

宋人及楚人平 宣公十五年

censebit me nescire inservire dominæ? Ejus mater suspirans ait : Lou jam perditum est! qui fecit insipientem fungi magistratu, quin adhuc eruditus fuerit? Sed ego dicam tibi. Olim sancti reges collocantes populum, seligebant macrum solum et constituebant ei, defatigabant suum populum et exercebant illum; ideoque diu dominabantur imperio. Populus defatigatus, tunc considerat; considerat, tunc boni sensus enascuntur : otiosus, tunc diffluit; diffluens jam obliviscitur boni, et obliviscenti bonum jam mali sensus oboriuntur. Opimæ terræ populus non est industrius, quod otio diffluit : exilis soli populus, nullus non tendit in æquitatem, quod laboriosus est. Hac de causa, imperator solemni ornatu vernæ-audientiæ die, cum tribus Summatibus novemque Ministris solet cognoscere soli virtutem : die medio examinat regimen, et omnium præfectorum administrationem; toparcharum caput, varios administros, provinciarum gubernatores, regnique ministros, riteque ordinat populi negotia : secundario vestitu (1), autumnali vespere, cum summo præside et præfectis astronomiæ reverenter observat cœlorum leges : sole abeunte, examinat novem antistitas, ut munde offerant Cœli Tellurisque sacrificii fruges, et postea vero quiescit. Reguli mane suscipiunt imperatoris de rebus mandata, meridie examinant sui regni munera, vespere consulunt ejus statuta, nocte monent omnes præfectos ut ne pigrescentes diffluant, et postea vero quiescunt. Primarii ministri mane examinant sua munera, meridie edisserunt de universa administratione, vespere ordinant suas res, nocte componunt suæ familiæ negotia, et postea vero cubant. Administri mane quidem suscipiunt pensum, meridie vero discutiunt res, vespere autem exercent pertractationem, nocte demum supputant defectus; et si nihil sit pœnitendum, tunc demum cubant. A privatis civibus et infra, lucente quidem die agunt, vesperascente vero quiescunt, nec dies est quo pigrescant. Regina suis manibus texit tiaræ redimicula : regulorum uxor addit his pilei vittas et fornicem : ministrorum uxor agit magnam zonam, toparcharum uxor conficit sacrificii vestes, variorum præfectorum uxor auget hæc per aulicas vestes; a cunctis litteratis ad populum, omnes vestiunt suos maritos. Verno quidem sacrificio ordinatur opus, hiemali autem præsentatur opus, mares et fœminæ urgent opus, et qui deficit jam habebit pœnam : en antiquorum lex. Princeps vir fatigat animum, vulgaris homo exercet vires, en priorum regum documentum. A superioribus ad inferiores, quis audet relaxare mentem, parcere viribus? Nunc ego vidua sum, et tu adhuc tenes inferiorem dignitatem : mane et vespere occupati rebus, adhuc timendum ne obliviscamur majorum incep-

Digitized by Google

忘先人之業、況有怠惰、其何以避辟、吾冀而朝夕修我曰、必無廢先人、爾今曰、胡不自安、以是承君之官、余懼穆伯之絕祀也、仲尼聞之曰、弟子志之、季氏之婦不淫矣、

叔向賀貧

叔向見韓宣子、宣子憂貧、叔向賀之、宣子曰、吾有卿之名、而無其實、無以從二三子、吾是以憂、子賀我何故、對曰、昔欒武子、無一卒之田、其官不備、其宗器、宜其德行、順其憲則、使越於諸侯、諸侯親之、戎狄懷之、以正晉國、行刑不疚、以免於難、及桓子、驕泰奢侈、貪欲無藝、略則行志、假貨居賄、宜及於難、而賴武之德、以沒其身、及懷子、改桓之行、而修武之德、可以免于難、而離桓之罪、以亡于楚、夫郤昭子、其富半公室、其家半三軍、恃其富寵、以泰于國、其身尸于朝、其宗滅于絳、不然、夫八郤、五大夫、三卿、其寵大矣、一朝而滅、莫之哀也、惟無德也、今吾子有欒武子之貧、吾以爲能其德矣、是以賀、若不憂德之不建、而患貨之不足、將弔不暇、何賀之有、宣子拜、稽

(1) Han siuen tse et Loan ou tse, ambo regni Tsin ministri. 卒 est centum

tum; quanto magis si accedat pigritia? ita quî eximemur pœna? Ego sperabam quod tu mane et vespere incitares me dicens : omnino nolimus deesse majoribus; et tu nunc dicis : quare non te das quieti? cum hoc suscipere principis magistratum, ego timeo Mou pé defuncto defuturum sacrificium. Confucius audiens hæc ait : filioli rememoramini hoc, Ki familiæ matrona non erat deses.

---

5. CHOU HIANG GRATULATUR PAUPERIEM.

Chou hiang invisit Han siuen tse : Siuen tse dolebat pauperiem suam, Chou hiang gratulatus est. Siuen tse ait : Ego habeo ministri titulum, quin habeam ejus emolumenta, deest quo amice prosequar meos hospites : ego ideo mœreo, tu gratularis mihi qua de causa? Respondens ait : Olim Loan ou tse nec habebat unius centuriatûs agros (1), ejusque hierophanta nec comparare valebat parentalium utensilia. Prodiens suas virtutes, et obsecundans suis legibus, fecit ut proderetur apud regulum; regulus dilexit illum, barbari amarunt illum, eo ut reformarit Tsin regnum, et servarentur leges sine defectu, et sic exemit se ab infortuniis. Quoad filium Hoan tse, superbus et prodigus, cupidus sine modo, neglectis legibus exequebatur intentum, commodatisque opibus domi congerebat lucra : evulgatus pervenit ad calamitatem, at innixus est patris virtute ut finiret suam vitam. Quoad nepotem Hoai tse, abjecit patris Hoan agendi modum, et redintegravit avi Ou virtutem; debuisset eximi ab infortunio : at implicatus patris crimine, exinde aufugit in T'chou (2). Et ille Tsin minister Hi tchao tse; ejus divitiæ dimidium æquabant reipublicæ, ejus familia dimidium æquabat trium legionum : confisus suis divitiis et honoribus superbivit in regno; ejus cadaver jacuit ante regiam, ejusque prosapia destructa fuit in antiqua metropoli, Kiang. Et tamen, illi octo cognomine Hi, quinque erant toparchæ, tres ministri; ejus favor magnus erat : uno mane autem destructa est, nec ullus doluit; nonnisi quod deerat virtus. Nunc meus dominus habet Loan ou tse pauperiem, et ego censeo pollere illius virtute; ideoque gratulatus sum. Quod si non doleas virtutem minus assurgere, et mœres opes non sufficere, jam condolere neque vacabit, quî erit congratulandi locus?

---

hominum cœtus; unius centuriatus agri continent ergo duodecim tessellas 井.

(2) [illegible] valet [illegible].

Digitized by Google

首焉、曰、起也將亡、賴子存之、非起也敢專承之、其自桓叔以下、嘉吾子之賜、

王孫圉論楚寶

王孫圉聘於晉、定公饗之、趙簡子鳴玉以相、問於王孫圉曰、楚之白珩猶在乎、對曰、然、簡子曰、其爲寶也幾何矣、曰、未嘗爲寶、楚之所寶者、曰、觀射父、能作訓辭、以行事于諸侯、使無以寡君爲口實、又有左史倚相、能道訓典、以敘百物、以朝夕獻善敗于寡君、使寡君無忘先王之業、又能上下說乎鬼神、順道其欲惡、使神無有怨痛于楚國、又有藪曰、雲連徒洲、金木竹箭之所生也、龜珠齒角、皮革羽毛、所以備賦用、以戒不虞者也、所以共幣帛、以賓享於諸侯者也、若諸侯之好、幣具、而導之以訓辭、有不虞之備、而皇神相之、寡君其可以免罪于諸侯、而國民保焉、此楚國之寶也、若夫白珩、先王之玩也、何寶焉、圉聞國之寶六而已、聖能制議百物、以輔相國家、則寶之、玉足以庇蔭嘉穀、使無水旱之災、則寶之、龜足以憲臧否、則寶之、

(1) Regni T'chou toparcha.

Siuen tse salutavit prostrato capite, et ait : Ego K'i jam periturus, per te servatus sum : neque ego ausim solus recipere hoc; sed mei, ab avo Hoan chou et infra, commendabunt mei domini donum.

---

6. WANG SUEN YU EXPLANAT REGNI T'CHOU THESAUROS.

Wan suen yu (1) attulit dona ad regnum Tsin : Ting regulo convivante illi, toparcha Tchao kien tse strepentibus lapillis venit ad comitandum. Petens a Wang suen yu ait : T'chou regni albi lapilli adhucne sunt? Respondens ait : ita. Kien tse subdit : hujusmodi pretiosa quanti valent? Respondit : nondum habita sunt in pretio. T'chou quod pretio habet, est toparcha Koan i fou, qui valet componere suasoria verba, quibus agat res cum regulis, ut ne sumant modicum meum principem in oris fabulam : præterea est secundus cancellarius I siang, qui potest proferre instituentia documenta, quibus ordinat omnes res, quibusque mane et vespere deferat bonum et malum ad meum principem, ut is non obliviscatur priorum regum facinora; et etiam potest acceptus in superos inferosque Deos, facere satis illorum desideriis et aversionibus, ut Spiritus non habeant offensionem in regnum T'chou : insuper est lacus dictus Yun adjunctus T'ou continenti (2), unde metalla, ligna, bambusæ, cannulæ producuntur, et emydes, et uniones, et ebur, et os, et pelles, et coria, et pennæ atque pili; quibus comparatur militum stipendium ad præcavenda non opinata, quibusque præsto sunt serica ad hospitalia munera pro regulis. Si reguli concupiscant, serica præsto sunt, eaque insinuabuntur per suasoria verba; si accidat inopinum quid, præcautum est, et summi Spiritus rei favebunt : meus princeps sic poterit vitare offensionem in regulos, et regni populus servabitur. En T'chou regni thesauri : quoad istos albos lapillos, priorum regum nugæ scilicet, qui pretio erunt? Yu audivi regni pretiosa sex esse omnino : ut sapiens possit componere et discutere omnes res, ad suppetias ferendas reipublicæ, id quidem pretio habetur; ut piaculares gemmæ sufficiant ad protegendam bonam messem, ne sit inundationum vel siccitatis calamitas, id quidem pretio habetur; ut emys sufficiat ad testandum bonum vel malum, id quidem pretio habetur; ut amuleta gemmea potis sint ad amoliendum

---

(2) 雲 scilicet 雲夢.

Digitized by Google

珠足以禦火災、則寶之、金足以禦兵亂、則寶之、山林藪澤、足以備財用、則寶之、若夫譁囂之美、楚雖蠻夷、不能寶也、

諸稽郢行成於吳

吳王夫差、起師伐越、越王句踐、起師逆之江、大夫種乃獻謀曰、夫吳之與越、唯天所授、王其無庸戰、夫申胥、華登、簡服吳國之士於甲兵、而未嘗有所挫也、夫一人善射、百夫決拾、勝未可成、夫謀必素見成事焉、而後履之、不可以授命、王不如設戎、約辭行成、以喜其民、以廣侈吳王之心、吾以卜之於天、天若棄吳、必許吾成、而不吾足也、將必寬然有伯諸侯之心焉、既罷弊其民、而天奪之食、安受其燼、乃無有命矣、越王許諾、乃命諸稽郢、行成于吳曰、寡君句踐、使下臣郢、不敢顯然布幣行禮、敢私告于下執事曰、昔者越國見禍、得罪于天王、天王親趨玉趾、以心孤句踐、而又宥赦之、君王之于越也、繄起死人而肉白骨也、孤不敢忘天災、其敢忘君王之大賜乎、今句踐申禍無良、草鄙之人、敢忘天王之大德、而思邊陲之小怨、以重

陲 TCHOEI, periculum : confinia.

incendii periculum, id quidem pretio habetur; ut metalla sufficiant ad arcendas militares turbationes, id quidem pretio habetur; ut silvæ et lacus sufficiant ad comparandas opes, id quidem pretio habetur. Quoad vero istas perstrepentes phaleras, T'chou licet barbarum, non potest pretio habere.

---

7. TCHOU KI YNG AGIT CONCLUSIONEM PACIS CUM OU.

Regni Ou rex, Fou t'cha, eductis copiis impetivit regnum Yué : Yué rex, Keou tsien, instructo milite occurrit illi ad Amnem. Toparcha Tchong tunc exhibens consilium ait : res Ou cum Yué non alia quam cœlum dabit; regem vero nihil attinet pugnare. Illi Chen siu et Hoa teng (1), exercuerunt Ou regni milites in armis, et haud dum habuerunt aliquod damnum : si unus vir peritus jaculandi, centum viri utuntur digitali et brachiali; victoria non potest affirmari. Porro consilium exigit ut prius constet successus rei, et tunc postea executioni mandandum; non expedit prodigere vitam. Regi præstabit se munire præsidio, et humilibus verbis peragere conclusionem, ad recreandum suum populum et ad late inflandum Ou regis cor. Ego ideo auguria petam a cœlo : si cœlum rejicit Ou, profecto permittet nos concludere, nec de nobis satis habebit, sed futurum profecto ut ampliter habeat dominandi regulis animum : cumque defatigaverit suum populum, tunc cœlum auferet ipsi censum; nos tranquille recipiemus ejus reliquias, et sic non habebit jam imperium. Yué rex annuit, adeoque jussit toparcham Tchou ki yng agere conclusionem apud Ou, dicendo : meus princeps Keou tsien mittens infimum subjectum Yng, non audet aperte exhibere serica et conferre munera, audet clam dare nuntium ad inferiores rerum administros dicens : olim Yué regnum nactum infortunium fecit injuriam cœlesti regi (2), qui ipsemet admovit pretiosa vestigia, cum animo perdendi Keou tsien; et tamen deinde pepercit illi : princeps pro Yué est suscitator defuncti hominis et carnem inducens dealbatis ossibus. Pupillus non audet oblivisci e cœlo calamitatem; audebit is oblivisci principis amplum beneficium? Nunc Keou tsien iterum angustatur, ipse non bonus : algâ vilior homo, auderetne oblivisci summum in orbe beneficium, et considerare parvam aggrediendi confinia injuriam, ad graviter inferendam

---

(1) Chen siu scilicet 伍子胥, cui Ou rex dedit Chen territorium : Hoa teng, belli præfecti filius, e Song regno aufugerat in Ou, ibique factus toparcha.

(2) Vulneravit Ou regem 闔廬.

Digitized by Google

得罪於下執事、句踐用帥二三之老、親委重罪、頓顙于邊、今君王不察、盛怒屬兵、將殘伐越國、越國固貢獻之邑也、君王不以鞭箠使之、而辱軍士使寇令焉、句踐請盟、一介嫡女、執箕帚以晐姓於王宮、一介嫡男、拳槃匜以隨諸御、春秋貢獻、不解於王府、天王豈辱裁之、亦征諸侯之禮也、夫諺曰、狐埋之而狐搰之、是以無成功、今天王既封殖越國、以明聞于天下、而又刈亡之、是天王之無成勞也、雖四方之諸侯、則何實以事吳、敢使下臣盡辭、唯天王秉利度義焉、

申胥諫許越成

吳王夫差、乃告諸大夫曰、孤將有大志于齊、吾將許越成、而無拂吾慮、若越既敗、吾又何求、若其不敗、反行、吾振旅焉、申胥諫曰、不可許也、夫越、非實忠心好吳也、又非懾畏吾甲兵之彊也、大夫種、勇而善謀、將還玩吳國于股掌之上、以得其志、夫固知君王之蓋威以好勝也、故婉約其辭、以從逸王志、使淫樂于諸夏之國、以自傷也、使吾甲兵鈍弊、民人離落、而日以憔悴、然後安

Digitized by Google

injuriam in inferiores rerum administros? Keou tsien ideo eduxit duos aliquos tresve seniores, qui in seipsis portantes grave crimen, prosternerent frontem in confiniis. Nunc princeps non examinans rem, valde iratus eduxit milites, jam perditurus Yué regnum : Yué regnum revera est tributaria civitas; et rex non cum scutica mandat illi, sed incommodavit suis copiis indicens in hostes signum. Keou tsien peto fœdus : una legitima filia tenebit fiscellam et scopas ad dandum nomen in regis palatio, et unus legitimus puer sistet pollubrum ad sequendos omnes pedisequos, et vere autumnoque tributi oblatio non tardabit in regia urbe. Cœlestis princeps qui dignaretur hæc perpendere? is scilicet mulctandi vassallos mos est. Proverbium ait : vulpes quod inhumat, vulpes effodit; ideo non perficitur opus : nunc cœlestis princeps cum erexerit Yué regnum ut aperte innotuerit in imperio, si adhuc succidat illud, ita cœlestis princeps non perficiet suum opus; vel quatuor regionum reguli jam quomodo fident ut serviant Ou? Ausim mittere infimum subjectum totam exponere rem : at cœlestis princeps librabit utilitatem et perpendet æquitatem.

---

8. CHEN SIU DEHORTATUR CONCEDERE REGNO YUÉ PACEM.

Ou rex, Fou t'cha, tunc monens omnes toparchas ait : pupillus mox habebo magnum intentum contra regnum T'si, ego volo concedere regno Yué pacem; nemo ergo adversetur meo consilio. Si Yué jam resipuit, ego quid amplius quæram? Si illud non resipiscat, redux itinere, ego movebo copias. Chen siu dehortans ait : non expedit concedere. Istud Yué non est quod sincero et fideli corde amet Ou, nec est quod timens formidet nostrorum militum fortitudinem : toparcha Tchong strenuus est atque boni consilii, vult in gyrum agere ad lusum Ou regnum super crus et palmam, ut obtineat suum intentum. Is probe noscit te regem cooperiri majestate sicque amare victoriam : ideo belle depressit sua verba, ad assentatorie oblectandum regis animum, ut voluptatibus affluat in Sinarum regno, sicque ipse sibi noceat; utque nostri milites hebetati fatiscant, populique homines dispersim dejecti in diem squalore deficiant; tuncque demum tranquille

---

(箠) Tchoei, scutica.
(搰) Kou, Hou, excavare. 搰搰, exerere vires.
(懾) Tché, se subjicere : metuere, pavere. Ché, 懾慴, timere, 儸.
(婉) Wan, obsequens : bonus, pulcher.

受吾燼、夫越王好信以愛民、四方歸之、年穀時熟、日長炎炎、及吾猶可以戰也、爲虺弗摧、爲蛇將若何、吳王曰、大夫奚隆於越、越曾足以爲大虞乎、若無越、則吾何以春秋曜吾軍士、乃許之成、將盟、越王又使諸稽郢辭曰、以盟爲有益乎、前盟口血未乾、足以結信矣、以盟爲無益乎、君王舍甲兵之威、以臨使之、而胡重于鬼神、而自輕也、吳王乃許之、荒成不盟、

晉獻公殺世子申生　檀弓

晉獻公將殺其世子申生、公子重耳謂之曰、子蓋言子之志於公乎、世子曰、不可、君安驪姬、是我傷公之心也、曰、然則蓋行乎、世子曰、不可、君謂我欲弑君也、天下豈有無父之國哉、吾何行如之、使人辭於狐突曰、申生有罪、不念伯氏之言也、以至於死、申生不敢愛其死、雖然、吾君老矣、子少、國家多難、伯氏不出而圖吾君、伯氏苟出而圖吾君、申生受賜而死、再拜稽首、乃卒、是以爲恭世子也、

(1) Gratiosæ subnubæ Li ki calumnia imbutum. Chen cheng erat reginæ filius; T'chong eul ex alia matre ejus frater; Li ki filius adhuc parvus, nomine 齊奚.

(2) Aperta calumnia, dilecta subnuba occidenda foret scilicet.

Digitized by Google

percipiant nostras ruinas. Ille Yué rex amat sinceritatem sicque amat populum, omnesque regiones suspiciunt illum; annuales fruges semper maturescunt, et in diem alescit cum splendore. Dum nobis adhuc possibile est bellare, si anguiculum non perstringis, facto serpenti quid es facturus? Ou rex ait : toparcha ut quid tam largus in Yué? Yué qui unquam dignum tanta sollicitudine? Si deesset Yué, tunc ego undenam vere et autumno ostentarem meas copias? Hinc concessit illi pacem. In procinctu ineundi fœderis, Yué rex iterum misit Tchou ki yng recusatum, dicendo : putasne fœdus usui futurum? superioris fœderis labrorum sanguis nondum siccatus satis est ad jungendam fidem : putasne fœdus nulli usui futurum? rex dimissa armorum majestate, sic accedat mihi mandaturus; cur jam tantum pondus attribuis Spiritibus, et teipsum deprimis? Ou rex tunc annuit illi, gratisque conventa pax sine fœdere.

---

9. TSIN HIEN REGULUS OCCIDIT HÆREDEM FILIUM CHEN CHENG.

Tsin regni Hien regulo volente occidere suum hæredem filium Chen cheng (1), principis filius T'chong eul compellans istum ait : tu quidni explices tuum animum coram regulo? Hæres filius ait : non bene; principe conquiescente in Li ki, foret me convulnerare principis animum jam (2). Instat : ita, tunc quidni abeas? Hæres filius ait : non licet; principe dicente me velle occidere principem, in imperio ubi erit sine patre regnum? ego qui ibo uspiam? Et misit qui valediceret apud Hou t'ou (3) dicens : Chen cheng habet peccatum, haud considerasse Pé viri verba, ut devenerit ad mortem. Chen cheng haud audet deplorare ipsum moriturum; at licet ita, noster princeps senuit jam, filiusque parvus; res publica affluet difficultatibus. Pé vir non egredietur ut cogitet de nostro principe (4)? Pé vir si egredietur ut cogitet de nostro principe, Chen cheng recepto beneficio morietur. Bis adoravit prostrato capite, atque finivit : et propterea factus *Obsequiosus hæres filius* (5).

---

(3) Hou t'ou toparcha, ejus avunculus et magister, nomine Pé; is suaserat olim ei, ut aufugeret.

(4) Magistro suadet ut summum ineat magistratum, principi suppetias laturus.

(5) Cum se strangulasset, sicque patrem filii occisorem fecisset, non decoratus post mortem pii, sed tantum obsequiosi filii nomine.

Digitized by Google

曾子易簀　檀弓

曾子寢疾病、樂正子春坐於牀下、曾元曾申、坐於足、童子隅坐而執燭、童子曰、華而睆、大夫之簀與、子春曰、止、曾子聞之、瞿然曰、呼、曰、華而睆、大夫之簀與、曾子曰、然、斯季孫之賜也、我未之能易也、元起易簀、曾元曰、夫子之病革矣、不可以變、幸而至於旦、請敬易之、曾子曰、爾之愛我也不如彼、君子之愛人也以德、細人之愛人也以姑息、吾何求哉、吾得正而斃焉斯已矣、舉扶而易之、反席未安而沒、

有子之言似夫子　檀弓

有子問於曾子曰、聞喪於夫子乎、曰、聞之矣、喪欲速貧、死欲速朽、有子曰、是非君子之言也、曾子曰、參也聞諸夫子也、有子又曰、是非君子之言也、曾子曰、參也與子游聞之、有子曰、然、然則夫子有爲言之也、曾子以斯言告於子游、子游曰、甚哉、有子之言似夫子也、昔者夫子居于宋、見桓司馬自爲石槨、三年而不成、夫子曰、若是其靡也、死不如速朽之愈也、死之欲速朽、爲桓司

Digitized by Google

10. TSENG TSE MUTAT STOREAM.

Tseng tse decumbebat, morbusque ingravatus : discipulus Yo tcheng tse t'choen sedebat ad lecti extremum, filii Tseng yuen et Tseng chen sedebant ad pedes, et parvus puer angulo sedens tenebat facem (1). Puellus ait : florida atque lenis, nonne toparchæ storea est ? Tse t'choen ait : cessa. Tseng tse audivit id, commotique instar ait : quid? Respondit : florida atque lenis, toparchæ storea? Tseng tse ait : ita; hæc, Ki suen illius donum est, et ego nondum eam potui immutare : Yuen, surge, muta stoream. Tseng yuen ait : senioris domini morbus extremus est (2), haud fas moveri : feliciter pervenerimus ad auroram, cum venia reverenter mutabo illam. Tseng tse ait : tuus amor mei non æquat illum (3); sapiens vir amat alios juxta virtutem, tenuis homo amat alios juxta temporarium commodum : ego quid quæram jam? ego tenens rectum moriar, et sic satis jam. Erectum sustinentes mutarunt eam : reclinatus storeæ nondum commode, jamque finivit.

---

11. YEOU TSE SERMO REFERT MAGISTRUM.

Yeou tse scitatus a Tseng tse ait : audistine de abdicato a magistro (4)? Ait : audivi id quidem; abdicatus velis quantocyus pauperari, mortuus velis citius marcescere. Yeou tse ait : hujusmodi non est sapientis viri sermo. *Tseng* tse ait : Chen quidem audivi a magistro sane; Yeou tse rursus ait : hujusmodi non est sapientis viri sermo. Tseng tse ait : Chen cum Tse yeou audivi rem. Yeou tse ait : bene, si ita tunc magister habuit motivum dicendi hoc. Tseng tse deferens hoc verbum nuntiavit ad Tse yeou; Tse yeou ait : egregie sane; Yeou tse sermo refert magistrum jam ! Olim magister versatus in Song, vidit Hoan belli præfectum (5) sibi facere lapideum conditorium, tribusque annis nondum absolutum; et magister dixit : si talis hujusmodi prodigentia, mortuum potius ocyus marcescere præstabit : *mortuus velis citius marcescere,* pro Hoan belli præfecto dixit hoc. Aus-

---

(1) Nox erat.
(2) 苟 valet 亟.
(3) Non æquat puelli amorem.
(4) Abdicatus magistratu dicitur 喪.
(5) Scilicet 桓魋.

Digitized by Google

馬言之也。南宮敬叔反。必載寶而朝。夫子曰。若是其貨也。喪不如速貧之愈也。喪之欲速貧。爲敬叔言之也。曾子以子游之言告於有子。有子曰然。吾固曰。非夫子之言也。曾子曰。子何以知之。有子曰。夫子制于中都。四寸之棺。五寸之椁。以斯知不欲速朽也。昔者夫子失魯司寇。將之荆。蓋先之以子夏。又申之以冉有。以斯知不欲速貧也。

公子重耳對秦客　檀弓

晉獻公之喪。秦穆公使人弔公子重耳。且曰。寡人聞之。亡國恒于斯。得國恒於斯。雖吾子儼然在憂服之中。喪亦不可久也。時亦不可失也。孺子其圖之。以告舅犯。舅犯曰。孺子其辭焉。喪人無寶。仁親以爲寶。父死之謂何。又因以爲利。而天下其孰能說之。孺子其辭焉。公子重耳對客曰。君惠弔亡臣重耳。身喪父死。不得與於哭泣之哀。以爲君憂。父死之謂何。或敢有他志。以辱君義。稽顙而不拜。哭而起。起而不私。子顯以致命於穆公。穆公曰。仁夫公子重耳。夫稽顙而不拜。則

(1) Is, Nan yong scilicet, Confucii discipulus, posthumo nomine (謚) King chou, *australe palatium* habitans.

(2) Magistratu dejectus, donis emere tentavit.

Digitized by Google

tralis palatii King chou (1) reversus, omnino transvectis pretiosis petivit regiam (2); Magister dixit : si tanti hujusmodi emptio, abrogatum potius citius pauperari præstabit : *abrogatus velis citius pauperari,* pro King chou dixit hoc. Tseng tse hæc Tse yeou verba nuntiavit ad Yeou tse; Yeou tse ait : ita; ego affirmate dicebam non esse magistri verba. Tseng tse ait : tu ex quo novisti hoc? Yeou tse ait : magister sancivit in centrali metropoli quatuor unciarum sandapilam et quinque unciarum conditorium; ex hoc scitur haud voluisse rapidum marcorem : et olim magister, amissa Lou criminum præfectura, volens adire King regnum, scilicet prælusit rei per Tse hia, rursusque institit rei per Jan yeou (3); ex hoc scitur non voluisse promptam pauperiem.

---

12. PRINCEPS T'CHONG EUL RESPONDET T'SIN REGNI MISSO.

Tsin Hien reguli funere, T'sin Mou regulus misit qui comploraret principi T'chong eul (4), simulque diceret : modicus vir audivi quod amittitur regnum passim in tali tempore, et acquiritur regnum passim in tali tempore; licet meus filiolus religiose maneat lugubres inter vestes, dejectio tamen non debet perennari, et occasio etiam non debet falli : parvus filiolus ipse perpendat rem. Re delata avunculo Fan, avunculus Fan ait : parvus filiolus velit recusare; dejectus vir privus thesauro, pietatem parentum habet pro thesauro : patris mors at dicenda qualis! et tamen uti ut sit lucro, jam in imperio quis poterit excusare hoc? parvus filiolus velit recusare. Princeps T'chong eul respondens hospiti ait : regulus benigne comploravit fugitivo vassallo T'chong eul; et meæ dejectioni patre commortuo, non obtinens interesse in lacrymarum luctu, hinc fui regulo ægritudini. At patris mors dicenda qualis! ecquis ausim habere alienum consilium quo deturpem reguli sensum (5)? Et prostrato fronte non adoravit, flevit et surrexit, cumque surrexerit abstinuit privata (6). Tse hien his reddidit responsum ad Mou regulum, et Mou regulus ait : pius oh princeps T'chong eul! Is prostrato fronte non adoravit, quod nondum factus hæres scilicet,

---

(3) Duos discipulos in regnum T'chou præmisit, ad tentandum utrum esset magistratum obtinendi locus.

(4) Is tunc, vitæ suæ fugâ prospiciens, apud exteros morabatur.

(5) Recuperandi thronum consilium, complorandi afflicto sensum.

(6) De suo recuperandi thronum negotio nihil dixit misso toparchæ Tse hien.

Digitized by Google

未爲後也、故不成拜、哭而起、則愛父也、起而不私、則遠利也、

杜蕢揚觶　檀弓

知悼子卒、未葬、平公飲酒、師曠李調侍、鼓鐘、杜蕢自外來、聞鐘聲、曰、安在、曰、在寢、杜蕢入寢、歷階而升、酌曰、曠飲斯、又酌、曰、調飲斯、又酌、堂上北面坐飲之、降、趨而出、平公呼而進之曰、蕢、曩者爾心或開子、是以不與爾言、爾飲曠、何也、曰、子卯不樂、知悼子在堂、斯其爲子卯也大矣、曠也、太師也、不以詔、是以飲之也、爾飲調、何也、曰、調也、君之褻臣也、爲一飲一食忘君之疾、是以飲之也、爾飲、何也、曰、蕢也、宰夫也、非刀匕是共、又敢與知防、是以飲之也、平公曰、寡人亦有過焉、酌而飲寡人、杜蕢洗而揚觶、公謂侍者曰、如我死、則必毋廢斯爵也、至於今、既畢獻、斯揚觶、謂之杜舉、

晉獻文子成室　檀弓

晉獻文子成室、晉大夫發焉、張老曰、美哉輪焉、美哉奐焉、歌於斯、

觶 Tche, ananeæon, pœnale poculum : vacuum poculum.

---

(1) Tsin regni toparcha, cognomine Tche, posthumo nomine Tao tse.

(2) 坐 valet 跪.

(3) Duo dies 乙卯 et 甲子, quibus duo tyranni Kié et Tcheou mortui

Digitized by Google

ideo non perfecit salutationem : lacrymatus surrexit, quod amaret patrem scilicet : erectus tacuit privata, quod abesset lucro scilicet.

---

13. TOU K'OAI ELEVAT POCULUM.

Toparcha Tche tao tse defuncto necdum sepulto (1), P'ing regulus bibebat vinum, musico K'oang et familiari Li t'iao assistentibus, et pulsabantur campanæ. Archimagirus Tou k'oai de foris veniens, audito campanæ sono, ait : ubinam loci? Responsum : in diæta. Tou k'oai ingressus diætam, per gradus ascendit, cyathissat et ait : K'oang, bibe hoc; rursusque cyathissat et ait : T'iao, bibe hoc; rursusque effusum, aulam super septentrioni obversus genuflexus epotat illud, descendensque properus exit (2). P'ing regulus inclamans reducit illum, aitque : K'oai, modo tuum animum videbaris aperturus mihi, propterea haud tecum locutus : tu cyathissasti K'oang ad quid? Respondit : prima et quinquagesima die vacat musica, et Tche tao tse jacente in æde, jam iste est feralis dies magis sane (3) : K'oang quidem summus musicus est, nec id admonuit, propterea poculo mulctavi illum. Et tu cyathissasti T'iao, cur? Respondit : T'iao, principis adstrictus minister quidem; et pro uno potu unoque esu oblitus fuit principi funesta, propterea poculo mulctavi illum. Et tu bibisti ad quid? Respondit : K'oai, archimagirus est; non culter et cochleare quæ administravit, ausus vero se intermiscere curæ defensionis (4), propterea poculo mulctavi ipsum. P'ing regulus ait : modicus vir etiam habet culpam, effunde et mulcta modicum virum. Tou k'oai abluit et elevavit anancæon; et regulus allocutus assistentes ait : si ego moriar, tunc oportebit non abrogare hujusmodi poculum : et usque in præsens, post absolutam oblationem (5), statim elevatur anancæon, diciturque Tou elevatio.

---

14. TSIN TOPARCHA HIEN WEN TSE ABSOLVIT DOMUM.

Tsin regni Hien wen tse (6) absolvente domum, Tsin toparchæ largiri dona. Tchang lao ait : egregie sane excelsa, belle quidem ornata! Celebreris

---

fuerunt, dicti sunt funesti 疾日, adeoque in his princeps abstinet musica. Cum vero minister toparcha moritur, usque ad sepulturam, princeps abstinet carnibus, et usque ad finem næniarum abstinet musica.

(4) Curæ principem admonendi, ut ab omni errato se defendat.

(5) In conviviorum fine.

(6) 趙武 toparchæ nomen posthumum.

Digitized by Google

哭於斯、聚國族於斯、文子曰、武也、得歌於斯、哭於斯、聚國族於斯、是全要領、以從先大夫於九京也、北面再拜稽首、君子謂之善頌善禱、

蘇秦以連橫說秦國策

蘇秦始將連橫、說秦惠王、曰、大王之國、西有巴蜀漢中之利、北有胡貉代馬之用、南有巫山黔中之限、東有殽函之固、田肥美、民殷富、戰車萬乘、奮擊百萬、沃野千里、蓄積饒多、地勢形便、此所謂天府、天下之雄國也、以大王之賢、士民之衆、車騎之用、兵法之教、可以并諸侯、吞天下、稱帝而治、願大王少留意、臣請奏其效、秦王曰、寡人聞之、毛羽不豐滿者、不可以高飛、文章不成者、不可以誅罰、道德不厚者、不可以使民、政教不順者、不可以煩大臣、今先生儼然不遠千里而庭教之、願以異日、蘇秦曰、臣固疑大王之不能用也、昔者神農伐補遂、黃帝伐涿鹿、而禽蚩尤、堯伐驩兜、舜伐三苗、禹伐共工、湯伐有夏、文王伐崇、武王伐紂、齊桓任戰而霸天下、由此觀之、惡有不戰者乎、古

(1) 歌, designat musicam in sacrificiis; 哭, ploratum in funere.

(2) Ad lumbos secantur insignes rei, decollantur minus noxii. 京 cum 原 confunditur: *novem fontes* vocabatur Tsin toparcharum cœmeterium. Laudatur hic ingeniosa laudis in sui demissionem conversio, qua sibi nonnisi summorum

Digitized by Google

in ea, comploreris in ea, colligas regulos et consanguineos in ea (1). Wen tse ait : Ou quidem posse celebrari in ea, complorari in ea, colligere regulos et consanguineos in ea, erit integris lumbis colloque sic sequi defunctos toparchas ad *novem fontes* (2). Et septentrioni obversus bis adoravit prostrato capite. — Sapientes viri dicunt eos egregium gratulatorem egregiumque precatorem.

---

15. SOU T'SIN DE CONCILIATIONE TRANSVERSO SUADET T'SIN REGI.

Sou t'sin aggressurus de conciliatione transverso suadere T'sin Hoei regi (3), ait : magni regis regnum, ad occidentem habet Pa et Chou et Han medii proventum, ad boream habet Hou melium et Tai equorum lucra, ad austrum habet Ou montis et K'ien urbis intermedios limites, ad orientem habet Hiao montis et Han claustri munimen ; agri pingues et pulchri, populus frequens et dives, bellici currus decem mille, strenui pugnare centum myriades, opimi campi ad mille stadia, reconditi proventus affatim multi, terræ conditio et situs commodus; utique quod dicitur cœli regio, imperiique præstans regnum scilicet. Cum tanti principis sapientia, militum populique frequentia, curruum equitumque copia, militarisque artis exercitatione, poteris collectis regulis absorbere imperium, dici imperator et regnare. Volens magnus rex nonnihil attendat animo, ego, si vis, proponam rei effectionem. T'sin regulus ait : exilis homo audivi, quod pennis non abunde plenus nequeat sublime evolare, militaribus legibus non peritus nequeat plectens punire, virtute non provectus nequeat ducere populum, regiminis non bene gerens nequeat molestare magnos præfectos : nunc tu, domine, serio non formidasti mille stadia ut venires ad aulam docere me, velim in alium diem. Sou t'sin ait : ego valde suspicor regem non usurum opera mea. At olim Chen nong impetivit regnum Pou soei, Hoang ti impetivit regionem Tchou lou et cepit rebellem T'che yeou, Yao impetivit Hoan teou, Choen impetivit San miao, Yu impetivit præfectum operum, T'ang impetivit tenentem Hia, Wen rex impetivit regnum T'chong, Ou rex impetivit Tcheou, T'si regulus Hoan fungens bello archon factus imperii : ex quo perspicere est, quis unquam fuit qui non bellaret? Anti-

---

suppliciorum effugium precatur.

(3) T'sin regnum dicebatur transversum, cetera dicebantur recta. Hæc invicem distracta conciliare regno T'sin, dicebatur *conciliare transverso* 連 横; simul sociare contra regnum T'sin, dicebatur *consociare recta* 合 從.

Digitized by Google

者使車轂擊馳言語相結天下爲一約從連橫兵革不藏文士並飾諸侯亂惑萬端俱起不可勝理科條既備民多僞態書策稠濁百姓不足上下相愁民無所聊明言章理兵甲愈起辯言偉服戰攻不息繁稱文辭天下不治舌敝耳聾不見成功行義約信天下不親於是乃廢文任武厚養死士綴甲厲兵効勝于戰場夫徒處而致利安坐而廣地雖古五帝三王五霸明主賢君常欲坐而致之其勢不能故以戰續之寬則兩軍相攻迫則杖戟相撞然後可建大功是故兵勝于外義强於內威立于上民服于下今欲并天下凌萬乘詘敵國制海內子元元臣諸侯非兵不可今之嗣主忽于至道皆惛于教亂于治迷于言惑于語沉于辯溺于辭以此論之王固不能行也說秦王書十上而說不行黑貂之裘敝黃金百斤盡資用乏絕去秦而歸羸縢履蹻負書擔囊形容枯槁面目黧黑狀有愧色歸至家妻不下紝

貂 Tiao, mustela zibelina.

縢 T'eng, ligare : glomerare : 行縢, fascia, qua crus a pede ad genus obvolvitur.

蹻 Kio, stramineus calceus : superbus. 蹻 K'iao, pedes attollere, 蹻蹻 Kiao, 蹻蹻, strenuus.

黧 Li, niger.

紝 Jen, texere : stamen.

Digitized by Google

quiores faciebant ut currus invicem impingentes excurrerent (1), sermonesque ultro citroque internecterentur ut imperium fieret unum, unirentur regna recta posita, et connecteretur regnum transversum : at copiis non recedentibus, litteratisque præfectis simul perorantibus, reguli confusione turbabantur, et mille turbæ simul exurgebant, plures quam ut possent componi : tractatus conditiones cum præparabantur, populorum crescebant falsæ species, libelli et scriptiones multæ et turbidæ ; plebs non erat contenta, superiores et inferiores invicem indignabantur, populus non habebat cui fideret. Clarebant sermones, splendebant rationes, et arma magis concitabantur : disceptabatur, indutis litterariis togis, et belli certamina non cessabant; multiplicabantur eloquentiæ verba, et imperium non continebatur : linguæ imponebant, aures surdescebant, nec apparebat rei exitus; agebantur fœdera, promittebatur fides, et imperium non uniebatur. Tunc vero abjectis sermonibus, usurpata sunt bellica; bene educari mori parati duces, contexere loricas et acuere arma, ut decideretur victoria in martis campo. At desidi vita comparare lucra, tranquilleque sedendo dilatare territorium, licet antiquitus quinque imperatores, tres reges, quinque archontes, perspicaces dynastes sapientesque principes, usque voluissent sedendo ea procurare, eorum vires non valuerunt : ideo per bellum suppleverunt iis, eminusque quidem duo exercitus invicem congrediebantur, cominus vero hastæ et lanceæ simul impetebantur; et tunc demum poterant perpetrare magna facinora. Hac de causa, milites vincebant foris, justitia vigebat intus; majestas assurgebat in alto, et populus subdebatur in imo. Nunc vero si vis conjungere imperium, impetere decem mille quadrigas, subdere hostilia regna, componere maribus contenta, filium reddere ingenuum populum, subditos facere omnes regulos, sine armis non poteris. Hodierni hæreditarii domini inconsiderati super potissima doctrina, omnes caligant in institutione, turbantur in regimine, cæcutiunt in verbis, hallucinantur in sermone, obruuntur in disputatione, hærent in loquela : juxta hoc disserendo, rex profecto nequit effici. — At suadentes T'sin regi libellos decies obtulit, et suasio non profecit; e nigra marte vestes attritæ sunt, auri centum libræ exhaustæ; materia sumptui deficiente, reliquit T'sin ad repatriandum : circumligato tibiali, calceatoque stramine, portans libros ferensque peram, vultu squalido et facie nigrescente, ore habens verecundiæ speciem, rediens pervenit domum : uxor non destitit texere, fratria non pro ipso coquina-

(1) Ob multitudinem.

Digitized by Google

嫂不爲炊、父母不與言、蘇秦喟然嘆曰、妻不以我爲夫、嫂不以我爲叔、父母不以我爲子、是皆秦之罪也、乃夜發書、陳篋數十、得太公陰符之謀、伏而誦之、簡練以爲揣摩、讀書欲睡、引錐自刺其股、血流至足、曰、安有說人主、不能出其金玉錦繡、取卿相之尊者乎、期年、揣摩成、曰、此眞可以說當世之君矣、於是乃摩燕烏集闕、見說趙王於華屋之下、抵掌而談、趙王大說、封爲武安君、受相印、革車百乘、錦繡千純、白璧百雙、黃金萬鎰、以隨其後、約從散橫、以抑强秦、故蘇秦相于趙、而關不通、當此之時、天下之大、萬民之衆、王侯之威、謀臣之權、皆欲決於蘇秦之策、不費斗糧、未煩一兵、未戰一士、未絕一弦、未折一矢、諸侯相親、賢於兄弟、夫賢人在而天下服、一人用而天下從、故曰式于政、不式于勇、式于廊廟之內、不式于四境之外、當秦之隆、黃金萬鎰爲用、轉轂連騎、炫煌於道、山東之國、從風而服、使趙大重、且夫蘇秦、特窮巷掘門、桑戶棬樞之士耳、伏軾撙銜、橫歷天下、庭說諸侯之主、杜左右之口、天下莫之伉、將

篋, K'IÉ, cista oblonga et quadrangula pro supellectili.
錐 TCHOEI, subula.
炫 HIUEN, collucere.
煌 HOANG, splendens, 煌.
撙 TSUEN, compendifacere: moderari.

vit, genitores non fecerunt verbum : Sou t'sin suspirans ingemuit et dixit : uxor non habet me pro marito, fratria non me habet pro leviro, genitores non me habent pro filio : hoc totum mea est culpa. Unde nocte eduxit libros, exposuitque capsarum aliquot decades; nactusque T'ai Ducis militaris artis stratagemata, incumbens perlegit ea, selectaque retractabat ut ad rem pensitaret. Studendo libris volens obdormire, admota subula ipsemet pungebat suum crus, sanguisque defluebat adusque pedem ; aiebat : qui factum ut suasor principum non potueris elicere eorum aurum et onyches et plumatiles vestes, nec accipere regii ministri dignitatem ? Evoluto anno, ruminatione absoluta ait : nunc vere possum affari præsentis ævi principes. Et exinde radens Yen ou tsi kiué terram (1), invisit allocuturus Tchao regni principem ad splendidæ domus calcem, et collidens palmas disseruit : Tchao rex valde lætatus est; creavit urbis Ou ngan principem, donavitque ministri sigillum, bellicas rhedas centum, plumatilis serici mille volumina, albarum onychum centum paria, auri decies mille sesquilibras, quæ recedentem sequerentur ; pactus unionem recta positorum, dissolvit conciliationem transversi, ut deprimeret potentem T'sin. Ideo Sou t'sin ministro apud Tchao, claustra regnorum non communicabant cum T'sin. Per id tempus, imperium tam vastum, populus tam frequens, reguli tantæ majestatis, consiliarii præfecti tantæ auctoritatis, omnes volebant decernere juxta Sou t'sin consilium : non est absumptus modialis commeatus, non fatigatus unus miles, non conserta una acies, non abruptus unus nervus, non amissa una sagitta, et reguli invicem se amabant plusquam fratres germani. Sic sapiente viro præsente imperium se subdidit, uno viro adhibito imperium obsecutum est; ideoque dicitur : agendum in regimine, non agendum in militia; agendum in ædium intimis, non agendum in quatuor confiniorum extimis. Dum T'sin regnum florebat, auri decies mille sesquilibræ erant usui, gyrantes currus et non interrupti equites emicabant in viis (2), et ad montis orientem regna, audita fama, se subdiderunt, ita ut Tchao multum æstimaretur. Porro iste Sou t'sin nonnisi pauperis compiti, habens foramen pro porta, ex moro fenestram, et e ligni spira cardines litteratus erat. Et en subnixus fulcro regens habenas, transversum peragrat imperium, ad aulam alloquitur regulorum caput (3), obstruit circumstantium ora, et in

(1) Yen ou, Tchao regni confinium.

(2) Sou t'sin, nomine 季子, eo opulentiæ nobilitatisque ascendit, licet tunc infensum T'sin regnum maxime floreret.

(3) Tchao rex erat recta positorum regnorum societatis caput.

Digitized by Google

說楚王、路過洛陽、父母聞之、清宮除道、張樂設飲、郊迎三十里、妻側目而視、側耳而聽、嫂蛇行匍伏、四拜自跪而謝、蘇秦曰、嫂、何前倨而後卑也、嫂曰、以季子位尊而多金、蘇秦曰、嗟乎、貧窮則父母不子、富貴則親戚畏懼、人生世上、勢威富厚、蓋可以忽乎哉、

司馬錯論伐蜀 國策

司馬錯、與張儀、爭論於秦惠王前、司馬錯欲伐蜀、張儀曰、不如伐韓、王曰、請問其說、對曰、親魏善楚、下兵三川、塞轘轅緱氏之口、當屯留之道、魏絕南陽、楚臨南鄭、秦攻新城宜陽、以臨二周之郊、誅周主之罪、侵楚魏之地、周自知不救、九鼎寶器必出、據九鼎、按圖籍、挾天子以令天下、天下莫敢不聽、此王業也、今夫蜀、西僻之國、而戎狄之長也、敝兵勞衆、不足以成名、得其地、不足以爲利、臣聞爭名者于朝、爭利者于市、今三川周室、天下之市朝也、而王不爭焉、顧爭於戎狄、去王業遠矣、司馬錯曰、不然、臣聞之、欲富國者務

轘 (1) Hoan, hominem curribus alligatum in diversum discerpere.

轅 Yuen, temo.
緱 Keou, ensis capulus.

---

(1) Se ma t'sou, e regno T'sin; Tchang i, e regno Wei 魏.

Digitized by Google

imperio nemo obsistit. Volens alloqui T'chou regem, itinere pertransiit Lo yang : genitores id audientes mundarunt ædes, straverunt vias, pararunt musicam, instruxerunt convivium, et extra urbem obviam iverunt ad triginta stadia : uxor obliquis oculis suspiciebat, demissis auribus audiebat; fratria reptabunda adrepens, quater adoravit, genibusque innixa petiit veniam. Sou t'sin ait : fratria, quare antea arrogans et postea humilis? Fratria respondit : quia Ki tse dignitas excelsa, et multum auri. Sou t'sin ait : mirum proh! pauperem quidem, parentes nec filium agnoscunt; divitem vero nobilemque cognati reformidant : homini viventi super terram, auctoritas et opulentia, qui porro negligenda erunt?

---

16. SE MA T'SOU PROPONIT EVERSIONEM REGNI CHOU.

Se ma t'sou cum Tchang i concertantes disputabant in T'sin Hoei regis conspectu (1) : Se ma t'sou volebat impugnare Chou, Tchang i ait : potius erit aggredi Han. Rex ait : vellem audire hanc explanationem. Respondens ait : conjungamur Wei, bene simus cum T'chou, deducamus exercitum in terram San t'choan; obstruamus Hoan yuen keou che ostium, impediamus T'oen lieou viam, Wei deleat Nan yang, T'chou potiatur Nan tcheng, T'sin impugnet Sin t'cheng et I yang, ut occupet duplicis Tcheou territorium, plectat Tcheou principis peccatum, et invadat T'chou et Wei terras (2). Tcheou ultro sciet sibi deesse salutem, novem tripodum pretiosa vasa profecto prodibunt, nosque confisi novem tripodibus, juxta mappam et catalogum (3), innitemur imperatore ad dominandum imperio, et imperii nemo audebit non obedire : en regnandi modus. Illud vero Chou est occidentis semotum regnum, atque babarorum caput : attenuatis militibus, fatigatisque populis, non sufficit ad comparandum nomen, obtentaque ea terra, non est cur censeatur lucrum. Ego audivi concertari de nomine, in regia; contendi de lucro, in foro : nunc San t'choan et Tcheou domus, imperii forum et regia sunt, et rex non contendit, sed concertat de barbaris; distat a regnandi medio longe sane. Se ma t'sou ait : non ita. Ego audivi quod

---

(2) San t'choan, Han regni terra : Hoan yuen keou che, difficilis transitus in Ho nan : T'oen lieou, 潼州 districtus : Nan yang, Han regni terra : Nan tcheng, Honanense Tcheng : Siu t'cheng, pertinens ad Ho nan : I yang, Han regni urbs : duplex Tcheou, orientale et occidentale.

(3) Terrarum regionumque mappa, hominum censuumque catalogus.

Digitized by Google

廣其地、欲强兵者務富其民、欲王者務博其德、三資者備、而王隨之矣、今王之地小民貧、故臣願從事于易、夫蜀、西僻之國也、而戎狄之長也、而有桀紂之亂、以秦攻之、譬如使豺狼逐羣羊也、取其地、足以廣國也、得其財、足以富民、繕兵不傷衆、而彼已服矣、故拔一國、而天下不以爲暴、利盡西海、諸侯不以爲貪、是我一舉而名實兩附、而又有禁暴止亂之名、今攻韓、劫天子、劫天子、惡名也、而未必利也、又有不義之名、而攻天下之所不欲、危、臣請謁其故、周、天下之宗室也、韓、周之與國也、周自知失九鼎、韓自知亡三川、則必將二國并力合謀、以因乎齊趙、而求解乎楚魏、以鼎與楚、以地與魏、王不能禁、此臣所謂危、不如伐蜀之完也、惠王曰、善、寡人聽子、卒起兵伐蜀、十月取之、遂定蜀、蜀主更號爲侯、而使陳莊相蜀、蜀既屬、秦益强、富厚、輕諸侯、

范雎說秦王　國策

范雎至、秦王庭迎范雎、敬執賓主之禮、范雎辭讓、是日見范雎見者、無不變色易容者、秦王屏左右、宮中虛無人、秦王跪而進曰、先生何以幸教寡人、范

Digitized by Google

volens ditare regnum, nititur dilatare ejus terram; volens roborare militiam, satagit ditare suum populum; volens regnare, curat amplificare suam virtutem: tria requisita cum præsto sunt, jam regnare subsequetur ea. Nunc regis terra angusta populusque pauper: ideo ego vellem auspicari rem a faciliore. Istud Chou est occidentis semotum regnum, atque est barbarorum caput, atque habet Kié et Tcheou tyrannidem: cum T'sin impugnare illud, erit sicut mittere lupos persequi aliquot oves: capiendo ejus terram, sufficiet ad ampliandum regnum; potiri ejus opibus sufficiet ad locupletandum populum: instructis militibus, quin feriatur multitudo, illud jam se subdet. Quapropter tolletur unum regnum, et tamen imperium non id habebit tyrannidem; lucrabimur totam occidentalem plagam, nec reguli habebunt aviditati: ita nobis uno actu et nomen et res simul adhærebunt, atque insuper habebimus coercendi tyrannidem cessandique turbationem famam. Nunc vero si aggrediamur Han, erit compilare imperatorem; compilare imperatorem male audiet, neque certus est successus; præterea habebimus iniquitatis famam, et prosequemur quod imperium non amat; periculosum: ego velim exponere rei causas. Tcheou est imperii principalis domus; Han est Tcheou conjunctum regnum. Tcheou se sciet amissurum novem tripodes, Han se sciet amissurum San t'choan; hinc profecto fiet ut duo regna conjungant vires et consocient consilia, ut per T'si et Tchao petant liberationem a T'chou et Wei; et tripodas dabunt T'chou et terras dabunt Wei, nec tu rex poteris impedire: en quod ego voco periculosum. Non erit sicut impugnare Chou perfectum. Hoei rex ait: *bene: ego* ausculto tibi. Tandem eductis militibus aggressus Chou: decem *mensibus* cepit illud; statim composuit Chou, ejusque dominum mutato titulo *fecit* regulum, misitque T'chen tchoang administrare Chou. Chou jam *subjecto*, T'sin magis roboratum, divitiisque affluens parvifaciebat omnes *regulos*.

---

17. FAN TSIU ALLOQUITUR T'SIN REGEM.

Fan tsiu advenit (1): T'sin rex in aula obviam ivit Fan tsiu, et reverenter servavit hospitum ritus; Fan tsiu recusavit ex modestia. Ea die videntes Fan tsiu visitationem, nemo quin immutato colore concideret vultu. T'sin rex dimisit adstantes, et palatio vacuo nullo præsente, T'sin rex genuflectens invitavit dicens: magister quam rem dignaris docere me minimum

(1) 魏 Wei regni sapiens.

Digitized by Google

雎曰、唯唯、有間、秦王復請、范雎曰、唯唯、若是者三、秦王跽曰、先生不幸教寡人乎、范雎謝曰、非敢然也、臣聞昔者呂尙之遇文王也、身爲漁父、而釣于渭陽之濱耳、若是者交疏也、已一說而立爲太師、載與俱歸者、其言深也、故文王果收功于呂尙、卒擅天下、而身立爲帝王、嚮使文王疏呂望、而弗與深言、是周無天子之德、而文武無與成其王也、今臣、羈旅之臣也、交疏于王、而所願陳者、皆匡君臣之事、處人骨肉之閒、願以陳臣之陋忠、而未知王心也、所以王三問而不對者是也、臣非有所畏而不敢言也、知今日言之於前、而明日伏誅於後、然臣弗敢畏也、大王信行臣之言、死不足以爲臣患、亡不足以爲臣憂、漆身而爲厲、被髮而爲狂、不足以爲臣恥、五帝之聖而死、三王之仁而死、五霸之賢而死、烏獲之力而死、奔育之勇而死、死者、人之所必不免、處必然之勢、可以少有補於秦、此臣之所大願也、臣何患乎、伍子胥橐載而出昭關、夜行而晝伏、至於菱夫、無以餬其口、坐行蒲伏、乞食於吳市、卒興吳國、闔閭爲

(1) 太公望 scilicet.

(2) Intima spectat hominis.

Digitized by Google

hominem? Fan tsiu ait: bene, bene. Facto intervallo, T'sin rex iterum rogavit; Fan tsiu ait: bene, bene. Et ita ter. T'sin rex genuflexus ait: magister non dignaris instituere me? Fan tsiu se excusans ait: non ausim ita. Ego audivi, primis temporibus, cum sapiens Liu chang (1) offendit Wen regem, ipsemet erat piscator, qui hamo utebatur ad Wei yang ripam: cum ita esset, necessitudo nulla intercesserat. At is ut locutus, promotus fuit in magnum præceptorem, unaque advecto simulque revertentibus, ejus verba profunda. Ideo Wen rex veram accepit operam a Liu chang, demumque capessivit imperium et evasit imperator. Olim si Wen rex recessisset a Liu wang et cum eo non profunda locutus, tunc Tcheou caruisset imperatoria virtute, atque Wen et Ou non habuissent quicum conficerent suam monarchiam. Nunc ego sum peregrinus subditus, necessitudine sejunctus a rege, et quod volo exponere, totum est reformandi principem et subditos negotium, et inest hominis ossa intra et carnem (2). Cupio patefacere meam fidelitatem, necdum cognosco regis animum: hinc, quod regi ter interroganti non responderim, fuit. Non est quod ego quid timeam adeoque non audeam dicere: scio hodie me dicere hoc in conspectu, et cras subiturum supplicium a tergo; at ego non audeo timere. Si magnus rex fidem præstans exequatur mea dicta, mors non tanti est ut ego angar, exilium non tanti ut ego mœream, picato corpore fieri leprosus (3), sparsis capillis agere amentem, non est tanti ut ego verecunder. Quinque imperatores tam sancti, adhuc mortui sunt; tres reges ita humani, etiam mortui sunt; quinque archontes tam scientes, adhuc mortui sunt; Ou houo ita robustus, etiam mortuus est; Pen et Yu tam strenui, adhuc mortui sunt: mors, ea est quam homo profecto non vitabit (4). Positus in hujusmodi necessitatis conditione, si possim tantillum afferre utilitatis regno T'sin, illa est quam ego valde exopto; qui ego angerer? Ou tse siu sacco invectus excessit Tchao claustra (5), noctu incedebat et interdiu latebat; cum pervenit ad terram Ling fou, non habuit quo cibaret suum os; sedens ibat (6) manibusque reptans mendicabat cibum in Ou regni foro. Denique elevavit Ou regnum, et Ho liu factus est archon.

---

(3) 厲 cum 癩 confunditur.

(4) 烏 獲, T'sin Ou regis fortissimus miles: 孟 奔, e regno T'si, juxta alios e regno Wei, et 夏 育, æque regni Wei 衛 civis, robore celebres.

(5) Ita vocabantur regni T'chou claustra, ex quibus Ou tse siu clam egressus aufugit in regnum Ou.

(6) Aliqui dicunt 膝 行, genibus repens.

Digitized by Google

霸、使臣得進謀如伍子胥、加之以幽囚、不復見、是臣說之行也、臣何憂乎、箕子接輿、漆身而爲厲、被髮而爲狂、無益于殷楚、使臣得同行于箕子接輿、可以補所賢之主、是臣之大榮也、臣又何恥乎、臣之所恐者、獨恐臣死之後、天下見臣盡忠而身歷也、因以杜口裹足、莫肯卽秦耳、足下上畏太后之嚴、下惑姦臣之態、居深宮之中、不離保傅之手、終身闇惑、無與照奸、大者宗廟滅覆、小者身以孤危、此臣之所恐耳、若夫窮辱之事、死亡之患、臣弗敢畏也、臣死而秦治、賢于生也、秦王跪曰、先生是何言也、夫秦國僻遠、寡人愚不肖、先生乃幸至此、此天以寡人慰先生、而存先王之廟也、寡人得受命于先生、此天所以幸先王、而不棄其孤也、先生奈何而言若此、事無大小、上及太后、下至大臣、願先生悉以教寡人、無疑寡人也、范雎再拜、秦王亦再拜、

鄒忌諷齊王納諫　國策

鄒忌修八尺有餘、而容貌昳麗、朝服衣冠、窺鏡、謂其妻曰、我孰與城北徐公美、其妻曰、君美甚、徐公何能及君也、城北徐公、齊國之美麗者也、忌不自信、

Digitized by Google

Si ego obtinerem insinuare consilium sicut Ou tse siu, infligi mihi tenebrosum carcerem, nec iterum admitti ad invisendum, si ita mea dicta effectui mandarentur, ego cur dolerem? Ki tse et Tsi yu picato corpore habiti sunt leprosi, sparsis capillis habiti sunt amentes, nec profuit ad Yn et T'chou : si mihi daretur idem agendo ac Ki tse et Tsi yu, posse juvare quem veneror dominum, id mea esset magna gloria, qui contra verecundarer? At ego quod timeo, nonnisi timeo, ne meam post mortem imperium videns me functum fidelitate vitam perdidisse, exinde obstructo ore et obligato pede nemo velit appropinquare T'sin. Tu, domine, hinc times reginæ severitatem, inde hallucinaris perversorum præfectorum specie : habitans intimi palatii medio, non dimittis tutricum magistrarumque ulnas : si tota vita caliges, nec detur perspicere iniquitatem, quod majus erit, majorum fana subvertentur; et si minus, ipse manebis solus in discrimine. En quod ego timeo : quoad illos paupertatis ludibriique effectus, mortis exiliique calamitates, ego non audeo formidare; me mori ut T'sin ordinetur, pluris est quam vivere. T'sin rex genuflectens ait : magister quid ita loqueris? T'sin regnum semotum et dissitum est, ego bardus et degener; et magister tamen dignatus est venire huc : scilicet Cœlum propter me attenuat magistrum, ut conservet antecessorum regum fana. Me obtinuisse recipere documenta a magistro, id est quo Cœlum favet prioribus regibus, et non abjicit eorum pupillum : magister qui fit ut loquaris in hunc modum? Res indiscriminatim magnas et parvas, sursum attingentes reginam, infra attingentes magnos ministros, cupio magister omnes edoceat me; ne dubitet de me. Fan tsiu bis salutavit, T'sin rex etiam bis salutavit.

---

18. TSEOU KI CARPENS T'SI REGEM INGERIT ADMONITIONEM.

Tseou ki (1), procerus octo pedibus et amplius, forma vultuque radiabat pulchritudine. Mane indutus vestibus et pileo consulebat speculum, compellansque suam uxorem dicebat : me inter et ex urbis septentrione Siu dominum, quis pulchrior? Ejus uxor ait : sponsus pulchrior valde : Siu dominus qui valet assequi te? At ex urbis septentrione Siu dominus erat T'si regni formosissimus : Ki non sibi fidens, iterum interrogavit

---

歷, 蹶, Kiué, cadere. 蹶 Koei, properare.

貌 Mao, exterior figura, 貌.

昳, Tié, sol occidens.

---

(1) Tseou ki, T'si regni præfectus.

Digitized by Google

而復問其妾曰、吾孰與徐公美、妾曰、徐公何能及君也、旦日、客從外來、與坐談、問之、吾與徐公孰美、客曰、徐公不若君之美也、明日、徐公來、熟視之、自以爲不如、窺鏡而自視、又弗如遠甚、暮、寢而思之、曰、吾妻之美我者、私我也、妾之美我者、畏我也、客之美我者、欲有求於我也、於是入朝見威王曰、臣誠知不如徐公美、臣之妻私臣、臣之妾畏臣、臣之客欲有求於臣、皆以美于徐公、今齊地方千里、百二十城、宮婦左右、莫不私王、朝廷之臣、莫不畏王、四境之內、莫不有求於王、由此觀之、王之蔽甚矣、王曰、善、乃下令、羣臣吏民、能面刺寡人之過者、受上賞、上書諫寡人者、受中賞、能謗譏於市朝、聞寡人之耳者、受下賞、令初下、羣臣進諫、門庭若市、數月之後、時時而間進、朞年之後、雖欲言、無可進者、燕趙韓魏聞之、皆朝于齊、此所謂戰勝于朝廷、

顏斶說齊王　國策

齊宣王見顏斶、曰、斶前、斶亦曰、王前、宣王不說、左右曰、王、人君也、斶、人臣也、王曰斶前、斶亦曰王前、可乎、斶對曰、夫斶前爲慕勢、王前爲趨士、與使斶爲

Digitized by Google

suam subnubam dicens : ego collatus Siu domino, quis pulchrior? Subnuba ait : Siu dominus qui valet comparari tibi? Crastina die, hospes ab extimis venit : simul sedens et confabulans interrogavit eum, me inter et Siu dominum quis venustior? Hospes ait : Siu dominus non sicut tu pulcher. Postera die Siu dominus venit; attente considerans illum, se sentit inferiorem : consulens speculum seipsum inspicit, rursusque non adæquat longe valde. Vespere, cubans id recogitat, et ait : mea uxor me facit venustiorem, quia private me amat; subnuba me venustiorem, quia timet me; hospes me venustiorem, quia vult aliquid petere a me; exinde ingressus regiam, invisens Wei regem, ait : subditus tuus probe noscit se non adæquare Siu domini pulchritudinem; at mea uxor private amans me, mea subnuba me timens, meus hospes volens aliquid petere a me, omnes faciunt pulchriorem quam Siu dominum. Nunc T'si territorium quadrato habet mille stadia et centum viginti urbes; palatii fœminæ atque assistentes, omnes private amant regem, aulæ ministri omnes timent regem, quatuor intra confinia nemo non habet petendum a rege. Ex hoc videre est, quod rex tenebris obducitur affatim. Rex ait : bene : tunc dedit edictum, omnes præfectos ducesque populi audentes coram compungere ejus defectus, recepturos primi ordinis præmium; oblatis libellis admonentes illum, recepturos secundi ordinis præmium; audentes carpere in plateis et aula, ut sic allabantur regis aures, recepturos tertii ordinis præmium. Edicto primum edito, omnes ministri dabant monita, et janua atque aula assimilabatur foro. Aliquot post menses, de die in diem interrumpebatur accessus; exacto post anno, licet vellent dicere, deerat quod inferrent. Yen, Tchao, Han et Wei regna, his auditis, omnia honoris causa miserunt ad T'si. En quod dicitur victoriam consequi in regia aula.

---

19. SAPIENS YEN T'CHOU ALLOQUITUR T'SI REGEM.

T'si Siuen rex videns Yen t'chou ait : T'chou, accede. T'chou item ait : rex, accede. Rex non fuit contentus; adstantesque dixerunt : rex est hominum princeps, T'chou est ejus subditus; rege vocante T'chou ad se, ut T'chou etiam advocet regem ad se, licetne? T'chou respondit : ut T'chou coram accedat, est amare potentiam; ut rex coram veniat, est accedere ad

---

屬, T'CHOU, nomen proprium, 斲, 蠋.

Digitized by Google

慕勢、不如使王爲趙士、王忿然作色曰、王者貴乎、士貴乎、對曰、士貴耳、王者不貴、王曰、有說乎、觸曰、有、昔者秦攻齊、令有敢去柳下季壟五十步而樵採者、死不赦、令曰、有能得齊王頭者、封萬戶侯、賜金千鎰、由是觀之、生王之頭、曾不若死士之壟也、宣王曰、嗟乎、君子焉可侮哉、寡人自取病耳、願請受爲弟子、且顏先生與寡人遊、食必太牢、出必乘車、妻子衣服麗都、顏觸辭去、曰、夫玉生于山、制則破焉、非弗寶貴矣、然太璞不完、士生乎鄙野、推選則祿焉、非不尊遂也、然而形神不全、觸願得晚食以當肉、安步以當車、無罪以當貴、清淨貞正以自虞、則再拜而辭去、君子曰、觸知足矣、歸眞反璞、則終身不辱、

馮煖客孟嘗君　國策

齊人有馮煖者、貧乏不能自存、使人屬孟嘗君、願寄食門下、孟嘗君曰、客何好、曰、客無好也、曰、客何能、曰、客無能也、孟嘗君笑而受之曰、諾、左右以君賤之也、食以草具、居有頃、倚柱彈其劍、歌曰、長鋏歸來乎、食無

---

[1] 壟 Long, tumuli sepulchrorum; loca eminentia in agris.

[2] 採 T'sai, decerpere, carpere.

[3] 鋏 Ké, ensis, pugio : capulus.

Digitized by Google

litteratum; potius quam ut T'chou sit amans auctoritatem, præstat ut rex faciat descensionem ad litteratum. Rex ad iram composito vultu ait : rex nobilior, an litteratus nobilior? Litteratus, inquit, nobilior; rex non ita nobilis. Rex ait : estne explicatio? Est, inquit. Olim T'sin impugnans T'si, edixit, si quis auderet procul Lieou hia ki sepulchrum quinquaginta passus lignari (1), morti non parciturum; aliud edictum dicebat : si quis poterit obtinere T'si regis caput, honorabitur decies mille familiarum principatu, et donabitur auri mille sesquilibris. Ex quo videre est vivi regis caput jam nec valere defuncti litterati sepulchrum. Siuen rex ait : heu! sapiens qui potest illudi? miser ego ipse mihi adscivi contumeliam. Rogo velis admittere in discipulum; imo Yen magister mecum obambulabit, victui non deerit triplex caro, exiens semper vehetur curru, uxor filiique vestientur eleganter. Yen t'chou recusans ait : onyx nascitur in monte; expolitur et tunc attenuatur : non quod amittat pretiosum valorem; sed primitivus lapillus non est integer. Litteratus natus in vili mapali, promotus quidem censu ditatur; nihilo non nobilis votique compos : attamen forma spiritusque non integer. T'chou optat ut serotina oryza locum teneat carnis, tranquillus incessus locum currus, innocentia sit vice nobilitatis, puritas et integritas sit sibi deliciis. Tunc iterato salutavit, et valedicens abiit. Sapientes aiunt : T'chou novit sibi sufficere : reversus est ad integritatem primigeniam, rediit ad onychis naturam; adeoque tota vita non passus injuriam.

---

20. FONG HIUEN HOSPITATUR APUD MONG T'CHANG KIUN.

E T'si civibus fuit Fong hiuen : inopia deperditus non poterat se sustentare; misit qui significaret ministro Mong t'chang kiun (2), se velle merere stipendia sub ipso. Mong t'chang kiun ait : hospes quid amat? respondit : hospes nil amat. Subdit : hospes quid callet? respondit : hospes nil callet. Mong t'chang kiun subrisit, et recepit eum, dicens : utique. Adjutores arbitrati dominum parvipendere illum, cibabant ex olitoriis ferculis. Moratus aliquo tempore, innixus columnæ pulsabat suum ensem, cantansque ait : producte capule, quidni redeamus domum? esui deest piscis. Domestici id

---

(1) E regno Lou 屡 禽, nomine 季, censum accipiens a Lieou hia. T'sin rex impugnans T'si regnum, per Lou regnum transibat.

(2) 田 文, regni T'si minister, feudo Sié donatus.

Digitized by Google

魚、左右以告、孟嘗君曰、食之、比門下之客、居有頃、復彈其鋏、歌曰、長鋏歸來乎、出無車、左右皆笑之、以告、孟嘗君曰、爲之駕、比門下之車客、於是乘其車、揭其劍、過其友曰、孟嘗君客我、後有頃、復彈其劍鋏、歌曰、長鋏歸來乎、無以爲家、左右皆惡之、以爲貪而不知足、孟嘗君問馮公有親乎、對曰、有老母、孟嘗君使人給其食用、無使乏、於是馮煖不復歌、後孟嘗君出記、問門下諸客、誰習計會、能爲文收責於薛者乎、馮煖署曰、能、孟嘗君怪之曰、此誰也、左右曰、乃歌夫長鋏歸來者也、孟嘗君笑曰、客果有能也、吾負之、未嘗見也、請而見之、謝曰、文倦於是、憒於憂、而性懦愚、沉于國家之事、開罪於先生、先生不羞、乃有意欲爲收責於薛乎、馮煖曰、願之、於是約車治裝、載券契而行、辭曰、責畢收、以何市而反、孟嘗君曰、視吾家所寡有者、驅而之薛、使吏召諸民、當償者、悉來合券、券徧合、起、矯命、以責賜諸民、因燒其券、民稱萬歲、長驅到齊、晨而求見、孟嘗君怪其疾也、衣冠而見之、曰、責畢收乎、來何疾也、曰、收畢矣、以何市而反、馮煖曰、君云視吾家所寡有

憒 Koei, Hoei, corde turbari.

retulerunt; Mong t'chang kiun ait : nutrite illum, instar domus hospitum. Moratus aliquo tempore, iterum pulsabat suum capulum, cantansque ait : oblonge capule, an non redimus domum? egrediens non habeo currum. Domestici omnes irridentes illum, rem retulerunt. Mong t'chang kiun ait : pro illo sit currus, instar domus curulium hospitum. Exinde conscenso suo curru, accinctus suo ense, pertransiit apud suos amicos dicens : Mong t'chang kiun ut hospitem tractat me. Post aliquod tempus, iterum percutiens sui ensis capulum, cantans ait : longe capule, an non redibimus domum? deest quo curem familiam. Domestici omnes indignati hoc, habebant uti cupidum qui nesciret habere satis. Mong t'chang kiun petiit an dominus Fong haberet parentes : responderunt habere vetulam genitricem. Mong t'chang kiun misit qui suppeteret illi alimoniæ sumptus, ut ne egeret. Exinde Fong hiuen non amplius cantavit. Postea Mong t'chang kiun edidit monitum, petens an e domus omnibus hospitibus quis calleret supputationem, possetque pro se Wen colligere debita in regno Sié : Fong hiuen subscripsit se posse (1). Mong t'chang kiun rem miratus ait : quis est iste? Domestici dixerunt : scilicet qui canebat illud «longe capule revertamur». Mong t'chang kiun subridens ait : hospes certe habet habilitatem : ego injuriam feci illi, nondum invisens : invitavit atque invisens illum, se excusavit dicens : ego Wen fatigatus in tantis, turbatus a curis, atque natura debilis et rudis, obrutus a reipublicæ negotiis, commisi peccatum in magistrum ; magistrum non puduit, et vero bono animo vult pro me recipere debita in Sié, nonne? Fong hiuen ait : volo quidem. Exinde instruxit currum, composuit sarcinas, advexit syngraphas et abiit. Valedicturus ait : debitis complete receptis, cum qua merce redeam? Mong t'chang kiun ait : vide quid mea domus minus habeat. Properavit et pervenit Sié : jussit magistratus accersere populares, ut qui debeant solvere, omnes adveniant conferre syngraphas. Syngraphas undique collaturi advenerunt. Ficto mandato, debita condonavit populo, adeoque combussit illorum syngraphas. Populus acclamavit decemmille annos. Tractim currens pervenit T'si, et summo adhuc mane petiit invisere. Mong t'chang kiun miratus illius celeritatem, cum toga et pileo visens illum, ait : debita omninone collegisti? quomodo celer venisti? Respondit : collegi totum. Et cum qua merce rediisti? Fong hiuen ait : dominus dixerat «vide quid mea domo minus

---

(1) Diurna supputatio dicitur 要, annualis dicitur 會. Dare libellum proprio nomine subscriptum dicitur 署.

Digitized by Google

者、臣竊計君、宮中積珍寶、狗馬實外廐、美人充下陳、君家所寡有者以義耳、竊以爲君市義、孟嘗君曰、市義奈何、曰、今君有區區之薛、不拊愛子其民、因而賈利之、臣竊矯君命、以責賜諸民、因燒其券、民稱萬歲、乃臣所以爲君市義也、孟嘗君不說、曰、諾、先生休矣、後朞年、齊王謂孟嘗君曰、寡人不敢以先王之臣爲臣、孟嘗君就國於薛、未至百里、民扶老攜幼、迎君道中、終日、孟嘗君顧謂馮煖、先生所爲文市義者、乃今日見之、馮煖曰、狡兔有三窟、僅得免其死耳、今有一窟、未得高枕而臥也、請爲君復鑿二窟、孟嘗君予車五十乘、金五百斤、西遊於梁、謂梁王曰、齊放其大臣孟嘗君于諸侯、先迎之者、富而兵强、於是梁王虛上位、以故相爲上將軍、遣使者、黃金千斤、車百乘、往聘孟嘗君、馮煖先驅、誡孟嘗君曰、千金、重幣也、百乘、顯使也、齊其聞之矣、梁使三反、孟嘗君固辭不往也、齊王聞之、君臣恐懼、遣太傅齎黃金千斤、文車二駟、服劍一、封書、謝孟嘗君曰、寡人不祥、被於宗廟之祟、沉於諂諛之臣、開罪於君、寡人不足爲也、願君顧先王之宗廟、姑反國、統萬人乎、馮煖誡孟嘗君曰、

Digitized by Google

suppetat;» ego tacite reputabam in domini palatio coacervari pretiosa, canes equosque replere exteriora equilia, pulchras mulieres implere inferiores ordines, dominique domo quod minus exstaret, esse justitiam (1) : apud me cogitavi pro domino coemere justitiam. Mong t'chang kiun ait : emisti justitiam quo pacto ? Respondit : nunc dominus possidens parvum territorium Sié, non fovet amore uti filium suum populum, adeoque mercatur lucrum ab ipso. Ego furtim simulato domini jussu, debita condonavi populo, proindeque combussi eorum syngraphas, populusque acclamavit decemmille annos : en id quo ego pro domino emi justitiam. Mong t'chang kiun non contentus, ait : bene; magister quiescat. Postea, evoluto anno, T'si rex compellans Mong t'chang kiun ait : modicus ego non audeo uti antecessoris regis ministro pro ministro. Mong t'chang kiun adivit feudum in Sié : antequam perveniret, ad centum stadia, populus fulciens senes adducensque pueros, obviam ivit ei media via per totum diem. Mong t'chang kiun conversus dicit suo Fong hiuen : magister quam pro Wen emit justitiam, en hodie conspicitur. Fong hiuen ait : callidus lepus habens tres caveas, tunc solum potest vitare mortem. Nunc habes unicam caveam; nondum poteris elato cervicali conquiescere; sine, pro domino adhuc excavem duas caveas. Mong t'chang kiun dedit currus quinquaginta, auri quingentas libras, ut ad occidentem excurreret in Leang. Affatus Leang regem ait : T'si propellit suum magnum ministrum Mong t'chang kiun ad regulos : qui prior excipiat eum, ditabitur atque milite pollebit. Ex hoc Leang rex evacuavit primam sedem, antiquo ministro creato supremo duce, misitque qui cum auri mille libris, centumque quadrigis, iret invitatum Mong t'chang kiun. Fong hiuen prior accurrit, et compescens Mong t'chang kiun ait : mille pondium auri est insigne donum, centum quadrigæ sunt patens missus : T'si ille resciet hoc. Leang missus ter rediit, Mong t'chang kiun obstinate recusans non ivit. T'si rex, re audita, princeps et ministri timuerunt; misitque regium præceptorem offerre auri mille libras, ornati currus duas quadrigas, regium ensem unum, obsignatamque epistolam, qua se excusans illi aiebat : modicus vir male fortunatus, subii a majorum Manibus calamitatem, et pessumdatus ab assentatoribus ministris, admisi culpam contra te. Ego nulli valeo usui; velim tu respicias antecessoris regis Manes, si forte redeas ad regnum gubernesque totum populum (2). Fong hiuen compescens Mong t'chang kiun ait :

(1) 以 valet 爲.

(2) Secunda cavea, redire ad T'si ministerium : tertia erit obfirmare Sié possessionem.

Digitized by Google

願請先王之祭器、立宗廟于薛、廟成、還報孟嘗君曰、三窟已就、君姑高枕爲樂矣、孟嘗君爲相數十年、無纖介之禍者、馮煖之計也、

趙威后問齊使　國策

齊王使使者問趙威后、書未發、威后問使者曰、歲亦無恙耶、民亦無恙耶、王亦無恙耶、使者不說、曰、臣奉使使威后、今不問王、而先問歲與民、豈先賤而後尊貴者乎、威后曰、不然、苟無歲、何有民、苟無民、何有君、故有問、舍本而問末者耶、乃進而問之曰、齊有處士曰鍾離子、無恙耶、是其爲人也、有糧者亦食、無糧者亦食、有衣者亦衣、無衣者亦衣、是助王養其民者也、何以至今不業也、葉陽子無恙乎、是其爲人、哀鰥寡、卹孤獨、振困窮、補不足、是助王息其民者也、胡以至今不業也、北宮之女嬰兒子無恙耶、撤其瓊瑱、至老不嫁、以養父母、是皆率民而出於孝情者也、何爲至今不朝也、此二士弗業、一女不朝、何以王齊國、子萬民乎、於陵子仲尚存乎、是其爲人也、上不臣於王、下不治其家、中不索交諸侯、此率民而出於無用者、何爲至今不殺乎、

Digitized by Google

velim petas antecessorum regum sacrifica vasa, ad excitandam gentilitiam aulam in Sié. Aula absoluta, reversus monere Mong t'chang kiun ait: tres caveæ jam præsto sunt; dominus porro elato cervicali faciat sibi volupe. Mong t'chang kiun fuisse ministrum aliquot decades annorum, sine vel tantilla adversitate, Fong hiuen molimen fuit.

---

21. REGNI TCHAO, WEI REGINA, INTERROGAT T'SI REGNI LEGATUM.

T'si rex jussit legatum salutare Tchao Wei reginam (1). Litteris nondum resignatis, Wei regina interrogans legatum ait : annona quidem caretne difficultate? populus etiamne liber ægritudine? rex etiamne sine morbo? Missus non contentus, ait : ego, recepto mandato, allegatus fui ad Wei reginam : nunc nondum interrogavit de rege, et prius interrogavit de anno et populo : quomodo præponitur vilior et posthabetur nobilis? Wei regina respondet : non ita; si desit annona, quomodo erit populus? et si desit populus, quomodo erit princeps? Veteres facientes quæstionem, an omisso principali interrogabant de accessorio? Tum introducit atque interrogans illum ait : in T'si est privatus litteratus cognomine Tchong-li dominus; sospesne est? Ille talis est vir, qui habentes alimonium etiam nutrit, et non habentes escam æque cibat; præditos vestibus et expertes vestibus æque vestit; atque ita adjuvat regem nutrire suum populum : quomodo hucusque caret munere? Urbe Ché yang oriundus dominus, sospesne? Ille miseretur viduorum et viduarum, commiseratur pupillos et filiis orbatos, erigit oppressos, suppetit deficientibus; sicque adjuvat regem conservare suum populum : qui fit ut usque adhuc careat munere? Cognomine Pé-kong matrona Yng eul tse, sospesne? Depositis suis inauribus crotaliisque, ad senectutem non nupsit ut aleret genitores; hoc totum est adducere populum ad excellendum in pietatis affectu : quomodo hucusque non admissa in aula? Sic duo litterati carent munere, et una mulier non admissa in aula; quo pacto digeritur T'si regnum, et filius habetur totus populus? Et in Ou ling ille Tse tchong adhucne vivit? Hujusmodi homo, supra non servit suo regi, infra non regit suam familiam, medio non quærit consociari regulis : ita adducit populum ad excellendum in desidia; quomodo usque adhuc non perimitur?

---

(1) Scilicet 惠 文 reginam.

Digitized by Google

莊辛論幸臣 國策

臣聞鄙語曰、見兎而顧犬、未爲晚也、亡羊而補牢、未爲遲也、臣聞昔湯武以百里昌、桀紂以天下亡、今楚國雖小、絶長續短、猶以數千里、豈特百里哉、王獨不見夫蜻蛉乎、六足四翼、飛翔乎天地之間、俛啄蚤虱而食之、仰承甘露而飲之、自以爲無患、與人無爭也、不知夫五尺童子、方將調飴膠絲、加巳乎四仞之上、而下爲螻蟻食也、夫蜻蛉、其小者也、黃雀、因是以俯噣白粒、仰栖茂樹、鼓翅奮翼、自以爲無患、與人無爭也、不知夫公子王孫、左挾彈、右攝丸、將加巳乎十仞之上、以其類爲招、晝游乎茂樹、夕調乎酸鹹、倏忽之間、墜于公子之手、夫黃雀、其小者也、黃鵠、因是以游乎江海、淹乎大沼、俯噣鱔鯉、仰嚙蔆衡、奮其六翮、而淩清風、飄搖乎高翔、自以爲無患、與人無爭也、不知夫射者、方將修其碆盧、治其矰繳、將加巳乎百仞之上、被剸磻、引微繳、折清風而抗矣、故晝游乎江湖、夕

蜻蛉 Tsing ling, libellula.
蚤虱 Wen, culex.
鱔 Mong, muscæ.
蔆 Chan, anguillæ minores.
蔆衡 Ling, trapa bicornis.
翮, Ho, pennæ.
碆 Pouo, lapideus sagittæ mucro.
剸 Kien, acutus.
磻 P'an, 磻溪, fluvius in Chan kan. Pouo 碆, lapideus mucro.

Digitized by Google

22. TCHOANG SIN DISSERIT DE GRATIOSIS MINISTRIS.

Ego subditus audivi rusticum effatum dicens : viso lepore annuere cani, nondum tardius est; amissa ove restaurare caulam, nondum serius est (1). Ego audivi olim T'ang et Ou cum centum stadiis, præfuisse, Kié et Tcheou cum toto imperio, periisse. Nunc porro T'chou regnum licet parvum, resecando longiora ad extendenda breviora, adhuc perveniet ad aliquot millena stadia, qui tantum centum stadia? Rex, numquid non vidisti illam libellulam? sex pedibus et quatuor alis, volando vagatur in cœli terræque intermedio : cernua appetit culices eosque comedit, erecta recipit dulcem rorem eumque ebibit; se existimat liberam calamitate, cumque homine nil habere contendendum : nescit quod quinque palmorum adolescentulus mox temperato visco glutinabit filum, admovebit illi super quatuor octipedum altitudinem, et detrahet futuram formicarum escam. At libellula, ea exigua est. Chrysomitris (2), ex eo quod deorsum rostro figit alba granula, sursum insidet amœnis arboribus, quatit pennas, provocat alas, se putat vacuum periculo, et cum homine nil habere certandum : nescit quod nobiles adolescentes sinixtra tenentes manuballistam, dextra admoventes globulum, impacturi ei sint ad decem octipedum altitudinem, usuri ejus specimine in illicium : interdiu vagantes per florentes arbores, vespere condiuntur cum aceto et sale, momenti spatio, incidentes in principum adolescentium manus. At chrysomitris, is exigua res est. Flavus cycnus, innixus eo quod vagatur per flumen et mare, subnatat in magnis piscinis, subter capit anguillas et cyprinos, super carpit trapas et ligularias (3), contendensque suas sex pennas, transcendit puriorem aerem, et fluctuat in sublimi volatu; se putat immunem periculo, cumque homine nil habere contendendum : nescit quod sagittarius jam jam disponit spiculum pro nigro arcu, ordinatque suas reducibiles sagittas, moxque infiget illi ad centum octipedum altitudinem : ictus acuto mucrone, attractusque tenui filo, findit purum aerem et decidit; sic interdiu vagabatur super flumen et mare, vespere conditur in olla et

---

坛 Yun, sonitus : vincere ; evertere : cadere, 隕.

---

(1) T'chou 襄 regulus, rejectis ministri Tchoang sin verbis, fidebat gratiosis ministris, cum a T'sin 昭 regulo impetitus, iterum fidere priori coactus fuit.

(2) *Chrysomitris spinus*, e fringillarum seu carduelium genere.

(3) 衡 pro 蒡, ligularia.

Digitized by Google

調乎鼎鼐、夫黃鵠、其小者也、蔡靈侯之事、因是以南游乎高陂、北陵乎巫山、飲茹溪流、食湘波之魚、左抱幼妾、右擁嬖女、與之馳騁乎高蔡之中、而不以國家爲事、不知夫子發、方受命乎靈王、繫已以朱絲而見之也、蔡靈侯之事、其小者也、君王之事、因是以左州侯、右夏侯、輦從鄢陵君、與壽陵君、飯封祿之粟、而載方府之金、與之馳騁乎雲夢之中、而不以天下國家爲事、而不知夫穰侯、方受命乎秦王、塡鼒塞之內、而投已乎鼒塞之外、

觸讋說趙太后 國策

趙太后新用事、秦急攻之、趙氏求救於齊、齊曰、必以長安君爲質、兵乃出、太后不肯、大臣强諫、太后明謂左右、有復言令長安君爲質者、老婦必唾其面、左師觸讋願見、太后盛氣而揖之、入而徐趨、至而自謝曰、老臣病足、曾不能疾走、不得見久矣、竊自恕、恐太后玉體之有所郄也、故願望見、太后曰、老婦恃輦而行、

觸, T'CHOU, impetere.
讋, TCHÉ, difficili anhelitu verba proferre : timere : nomen viri.
郄, K'I, HI, rima, defectus, 隙.

---

(1) Scilicet 上蔡; a situs varietate distinguuntur loca.

(2) Lou 昭 reguli undecimo anno, T'chou regni Vicecomes per Tse fa voca-

Digitized by Google

cacabo. At flavus cycnus, id exiguum est : sit T'sai Ling marchionis factum : ex eo quod ad austrum vagabatur per altum aggerem, ad boream ascendebat Ou montem, ibique bibebat Jou rivuli lymphas, comedebatque Siang fluenti pisces ; lævorsum amplectens juniores subnubas, dextrorsum stipatus gratiosis fœminis, cum iis excurrebat per eminentioris T'sai (1) medium, quin rempublicam pensi haberet : nesciebat quod dux Tse fa interim recipiens mandatum a Ling rege, constricturus esset illum cum rubro funiculo, ut in conspectum sibi daretur (2). At T'sai Ling reguli factum, exiguum est : sit regis ipsius casus. Ex eo quod lævâ gratiosus Tcheou heou, dextrâ erat Hia heou, currumque sequebantur gratiosi Yen ling kiun et Cheou ling kiun (3), comedebatque publicorum stipendiorum censum, et onerabatur imperii æraríorum auro; cum iis excurrebat per lacum Yun mong medium, quin imperii rempublicam pensi haberet. Et nesciebat quod princeps Jang heou interim reciperet mandatum a regni T'sin rege (4), militibus impleret urbis Min sai spatium, et expelleret ipsum extra Min sai circuitum.

---

23. T'CHOU TCHÉ ALLOQUITUR TCHAO REGNI SENIOREM REGINAM.

Tchao regni augusta (5) recens administrante res, T'sin properabat aggredi illam. Tchao petiit liberari a T'si; T'si ait : necesse ut reginæ filius T'chang ngan princeps fiat obses (6), et milites tunc educentur. Augusta non volebat; summi præfecti urgebant consiliantes, augusta aperte dixit assidentibus : si quis iterum suadeat ut T'chang ngan princeps fiat obses, ego senior certe conspuam ejus faciem. Consiliarius T'chou tché voluit invisere; augusta severo vultu salutavit eum. Ingressus lente procedebat, cumque pervenerit se excusavit dicens : senior laboro pedibus, jam nequeo festinus incedere, nec potui invisere jam diu. Apud me meipsum excuso; at timens ne augustæ prætiosa persona laboraret aliquo morbo, ideo expetivi convisere. Regina reponit : ego senior vecta curru proce-

---

tum T'sai Marchionem occidit.

(3) Quatuor erant ministri sequaces.

(4) Jang heou, T'sin regni minister.

(5) Scilicet Wei regina seu 惠文 regina.

(6) Minor filius, 孝成 regis frater minor, T'chang ngan feudo donatus.

Digitized by Google

曰、日食飲得無衰乎、曰、恃鬻耳、曰、老臣今者殊不欲食、乃自強步、日三四里、少益嗜食和于身、曰、老婦不能、太后之色少解、左師公曰、老臣賤息舒祺、最少、不肖、而臣衰、竊愛憐之、願令補黑衣之數、以衞王宮、沒死以聞、太后曰、敬諾、年幾何矣、對曰、十五歲矣、雖少、願及未塡溝壑而託之、太后曰、丈夫亦愛憐其少子乎、對曰、甚於婦人、太后曰、婦人異甚、對曰、老臣竊以爲媼之愛燕后、賢于長安君、曰、君過矣、不若長安君之甚、左師公曰、父母之愛子、則爲之計深遠、媼之送燕后也、持其踵、爲之泣、念悲其遠也、亦哀之矣、已行、非弗思也、祭祀必祝之、祝曰、必勿使反、豈非計久長有子孫相繼爲王也哉、太后曰、然、左師公曰、今三世以前、至于趙之爲趙、趙王之子孫侯者、其繼有在者乎、曰、無有、曰、微獨趙、諸侯有在者乎、曰、老婦不聞也、此其近者禍及身、遠者及其子孫、豈人主之子孫、則必不善哉、位尊而無功、奉厚而無勞、而挾重器多也、今媼尊長安之位、而封以膏腴之地、多予之重器、而不及今令有功於國、一旦山

鬻, 粥 Yu, vendere: nutrire. Tchou, oryza liquida.

媼 Ngo, matronarum appellatio: spiritus qui terræ præest.

Digitized by Google

do. Ait : quotidianus esus potusque potuitne non imminui? Respondit : utor oryza liquida. Ait : senior administer in præsens omnino nil appeto cibum; at ipse conor ambulare, quotidie tria quatuorve stadia, et nonnihil sumo arridentes dapes, congruenter ad corpus. Respondit : ego senior non possum. Reginæ vultus nonnihil remisit; et magnus consiliarius ait : senioris abjectus filius Chou k'i minimus natu, et degener est; ego vero deficio : corde amo et miseror illum. Vellem ut impleat nigro vestitorum numerum in præsidium regii palatii, lacessensque mortem id significo (1). Regina ait : reverenter annuo : ætas quæ? Respondens ait : quindecim annorum; licet junior sit, cupio assequi, antequam repleam canales fossasque, tuto committere illum. Regina ait : viri etiamne tenere amant suos parvos filios? Respondit : magis quam fœminæ. Regina ait : fœminæ quam quæ maxime. Respondens ait : senior corde putabam Matronam amare regni Yen reginam (2), magis quam T'chang ngan principem. Ait : dominus errat : minus quam T'chang ngan principem longe. Magnus consiliarius ait : genitores cum deament filios, ideo pro ipsis moliuntur longe profunde : Matrona prosequens abeuntem filiam, insistebat ejus vestigiis, et pro ea plorabat; animo dolebat ejus dissidium, proindeque id plorabat : cum jam abiverit, non continuo non cogitat : sacrificans profecto illi apprecatur, precatur dicens; omnino ut ne redeat : et num non quod reputat diuturnitate temporis habituram filios nepotesque mutua successione regnaturos? Regina ait : ita. Consiliarius pergit : at tres abhinc generationes, quod attinet ad familiæ Tchao dynastiam, Tchao regum prognati reguli qui mutuo successerint, suntne superstites? Ait : non sunt. Pergit : nec tantum Tchao; e cunctis regulis suntne superstites? Ait : senior de nullo audivi. Scilicet, inquit, cominus, calamitas attingit personam; eminus attingit eorum nepotes : quis enim dicet dominantium nepotes, continuo absolute non esse bonos? Dignitas est nobilis, adeoque carent meritis; reditus opimi, adeoque non laborant; et possident pretiosam supellectilem multam nimis. Nunc Matrona elevat T'chang ngan dignitatem, et ditat cum opimis terris; multam dat ei pretiosam supellectilem, neque usque adhuc fecit eum benemereri de regno. Aliquando monte corruente (3), T'chang ngan princeps

(1) Nigra veste induebantur præsidiarii. Lacessens mortem, audacter scilicet, ut adeo mortem merear.

(2) Ipsius filiam, Yen regulo nuptam.

(3) Te mortua scilicet.

Digitized by Google

陵崩、長安君何以自託於趙、老臣以媼爲長安君計短也、故以爲其愛不若燕后、太后曰、諾、恣君之所使之、於是爲長安君約車百乘、質於齊、齊兵乃出、子義聞之曰、人主之子也、骨肉之親也、猶不能恃無功之尊、無勞之奉、以守金玉之重也、而況人臣乎、

魯共公擇言　國策

梁王魏嬰、觴諸侯於范臺、酒酣、請魯君舉觴、魯君興、避席擇言、曰、昔者、帝女令儀狄作酒而美、進之禹、禹飲而甘之、遂疏儀狄、絕旨酒、曰、後世必有以酒亡其國者、齊桓公夜半不嗛、易牙乃煎熬燔炙、和調五味而進之、桓公食之而飽、至旦不覺、曰、後世必有以味亡其國者、晉文公得南之威、三日不聽朝、遂推南之威而遠之、曰、後世必有以色亡其國者、楚王登强臺而望崩山、左江而右湖、以臨彷徨、其樂忘死、遂盟强臺而弗登、曰、後世必有以高臺陂池亡其國者、今主君之尊、儀狄之酒也、主君之味、易牙之調也、左白台而右閭須、南威之美也、前夾林而後蘭臺、

'嗛 K'IEN, simiæ genus : 嗛嗛 parvulus. 歉, sterilitas : deficere.

'謙. humilis. K'ié 慊, contentus, satisfactus.

undenam se fulciet in Tchao? Seniori videtur Matrona pro T'chang ngan principe prospicere cominus : ideo putabam illum amari minus quam Yen reginam. Augusta ait : esto; ad arbitrium tuum quocumque illum mitte. Exinde pro T'chang ngan principe instruxit centum quadrigas; factus obses in T'si, et T'si copiæ tunc eductæ sunt. Sapiens Tse i, hoc audito, ait : dominantium filii, carne sanguineque propinqui, adhuc non possunt inniti experta meritis dignitate, et vacuis labore reditibus, ad conservandum auri gemmarumque pondus; quanto ergo minus dominantium subditi?

---

24. LOU KONG REGULI SELECTA DOCUMENTA.

Metropolis Leang rex, Wei yn, dedit epulas omnibus regulis in Fan turri (1). Vino temulentus, invitavit Lou principem sumere anancæon. Lou princeps surrexit, relictaque sede, selecta edocuit dicens : olim Yao imperatoris filia cum jusserit I ti facere vinum, atque probaverit, obtulit illud Yu. Yu bibit, atque illi sapuit : statim removit I ti, prohibuitque generosum vinum, dicens : posterioribus sæculis certo erunt qui ob vinum perdent suum regnum. T'si hoan regulus, nocte media nondum esuriebat: I ya tunc elixans, frigens, torrens, assans, temperavit quinque sapores et obtulit illi : Hoan regulus comedit ea ad satietatem, et usque mane non est expergefactus : dixit : posteris sæculis certo erunt qui ob edulia amittent suum regnum. Tsin Wen regulus obtenta formosa Nan tche wei, tres dies non audivit convenientes aulam : statim repulit Nan tche wei, proculque amandavit eam dicens : posterioribus generationibus certo erunt qui ob voluptatem amittent suum regnum. T'chou rex (2) conscendit K'iang speculam, et prospexit altos montes, lævâque flumen, dextrâque lacum : quia imminens discurrebat, ita delectatus ut oblivisceretur mortis : statim juravit in K'iang speculam jam se non ascensurum, dicens : posterioribus sæculis certo erunt qui ob altas turres et marginatas piscinas perdent suum regnum. Nunc, dominator princeps, tui scyphi habent I ti ipsius vinum; tuæ dapes, ipsius I ya condimenta; hinc Pé t'ai et inde Liu siu, Nan wei illius pulchritudinem; coram Kia sylva et pone Lan turris, K'iang speculæ deli-

---

(1) Tunc temporis 魏 regni 惠 regem invalescentem, Lou et Wei et Song et Tcheng reguli obsalutare venerant.

(2) 莊王 scilicet.

Digitized by Google

强臺之樂也、有一於此、足以亡其國、今主君兼此四者、可無戒與、梁王稱善相屬、

唐雎說信陵君　國策

信陵君殺晉鄙、救邯鄲、破秦人、存趙國、趙王自郊迎、唐雎謂信陵君曰、臣聞之曰、事有不可知者、有不可不知者、有不可忘者、有不可不忘者、信陵君曰、何謂也、對曰、人之憎我也、不可不知也、我憎人也、不可得而知也、人之有德於我也、不可忘也、吾有德於人也、不可不忘也、今君殺晉鄙、救邯鄲、破秦人、存趙國、此大德也、今趙王自郊迎、卒然見趙王、願君之忘之也、信陵君曰、無忌、謹受教、

唐雎不辱使命　國策

秦王使人謂安陵君曰、寡人欲以五百里之地易安陵、安陵君其許寡人、安陵君曰、大王加惠、以大易小、甚善、雖然、受地於先王、願終守之、弗敢易、秦王不說、安陵君因使唐雎使於秦、秦王謂唐雎曰、寡人以五百里之地易安陵、

Digitized by Google

cias. Habere unum ex istis, sufficit ad perdendum suum regnum : nunc princeps simul habet ea quatuor, poteritne sibi non cavere? Leang rex laudavit convenientiam eique adhæsit.

---

25. T'ANG TSIU ALLOQUITUR SIN LING KIUN.

Sin ling kiun occiso duce Tsin pi, liberavit obsidione urbem Han tan, dispersit T'sin milites, atque servavit Tchao regnum (1). Tchao rex ab extimis confiniis obviam ivit. T'ang tsiu allocutus Sin ling kiun ait : subditus audivi dicere quod, res aliæ non debeant sciri, aliæ non debeant ignorari, aliæ non debeant obliterari, aliæ non debeant memorari. Sin ling kiun ait : quid significat? Respondens ait : alios odisse me, nequit ignorari; me odisse alios, nequit fieri notum; alios conferre beneficia in me, nequit obliterari; me contulisse beneficium in alios, nequit memorari. Porro tu occiso Tsin pi, liberasti Han tan, dispersisque T'sin copiis, servasti Tchao regnum : id magnum est beneficium. Nunc Tchao rex ab extimis confiniis venit obviam : semel ut aspexeris Tchao regem, velim te illud oblivisci. Sin ling kiun ait : ego Ou ki reverenter excipio documentum.

---

26. T'ANG TSIU NON DEDECORAT MISSIONEM DATAM.

T'sin regni rex misit hominem allocutum ditionis Ngan ling dynastam (2) sic : ego vellem cum quingentorum stadiorum territorio permutare Ngan ling : princeps, velim permittas mihi. Ngan ling dynastes ait : quod magnus rex conferens beneficium cum magno mutet parvum, summe egregium est : licet tamen ita, acceptam terram ab antecessoribus regibus, vellem in finem conservare illam; non audeo permutare. T'sin rex non fuit contentus : Ngan ling dynastes ideo misit T'ang tsiu legatum ad T'sin. T'sin rex affatus T'ang tsiu ait : ego volo quingentorum stadiorum terra mutare Ngan

---

邯 HAN, 鄲 TAN, } regni Tchao metropolis, in præsenti Tche li 廣平 præfectura.

---

(1) T'sin obsedit Han tan. 魏 eam liberaturus misit ducem, quem cunctantem regius filius occidit.

(2) Ngan ling, parva ditio regno 魏 subjecta. T'sin rex, 始皇 erat.

Digitized by Google

安陵君不聽寡人、何也、且秦滅韓亡魏、而君以五十里之地存者、以君爲長者、故不錯意也、今吾以十倍之地、請廣於君、而君逆寡人者、輕寡人與、唐雎對曰、否、非若是也、安陵君受地於先王而守之、雖千里不敢易也、豈直五百里哉、秦王怫然怒、謂唐雎曰、公亦嘗聞天子之怒乎、唐雎對曰、臣未嘗聞也、秦王曰、天子之怒、伏屍百萬、流血千里、唐雎曰、大王嘗聞布衣之怒乎、秦王曰、布衣之怒、亦免冠徒跣、以頭搶地耳、唐雎曰、此庸夫之怒也、非士之怒也、夫專諸之刺王僚也、彗星襲月、聶政之刺韓傀也、白虹貫日、要離之刺慶忌也、蒼鷹擊於殿上、此三子、皆布衣之士也、懷怒未發、休祲降于天、與臣而將四矣、若士必怒、伏屍二人、流血五步、天下縞素、今日是也、挺劍而起、秦王色撓、長跪而謝之曰、先生坐、何至於此、寡人喻矣、夫韓魏滅亡、而安陵以五十里之地存者、徒以有先生也、

樂毅報燕王書　國策

昌國君樂毅、爲燕昭王合五國之兵而攻齊、下七十餘城、盡郡縣之以屬燕、

ling, Ngan ling princeps non acquiescit mihi; quare? Eo magis quod T'sin destruxit Han delevitque Wei, dominus vero cum quinquaginta stadiorum terra permanet; de illo ample sensi, ideoque non posui in animo. Nunc ego per decuplo majorem terram vellem ampliare ejus dominium, et ipse se opponit mihi; an contemnit me? T'ang tsiu ait : minime : non est ita. Ngan ling dynastes, accepta terra ab antecessoribus regibus, eam servat : etiam mille stadiis non auderet mutare, qui tantum quingentis stadiis? T'sin rex atrabili percitus iratus est, compellansque T'ang tsiu ait : domine, an porro unquam audisti cœli filii iras? T'ang tsiu respondit : ego nondum audivi. Rex subdit : cœli filii ira prosternit cadavera centies millena, et fundit sanguinem mille stadiis. T'ang tsiu ait : magnus rex an unquam audivit tela indutorum iras? Rex ait : tela indutorum ira, scilicet abjicere pileum, exuere crepidas, cum capite impingere terram. T'ang tsiu ait : ista vulgaris hominis est ira, non est virorum ira. Ille Tchoan tchou jugulavit regem Leao, et comete offudit lunam : Nié tcheng confodit Han koei, et alba iris pertransiit solem : Yao li feriit K'ing ki, et cæruleus accipiter impegit in templi fastigium (1). Hi tres heroes, omnes tela induti viri : conceptam iram antequam emitterent, fausta omina simulque infausta descenderant e cœlo : cum me autem mox quatuor erimus. Si litteratus vir reapse irascitur, sternit occisos duos homines, effunditque sanguinem ad quinque passus, et imperium lugubria induit; hodie ita erit : exertoque ense insurgit. Rex vultu turbatus, diu genuflexus se illi excusat dicens : magister, sede : qui opus eo usque devenire? ego jam intellexi. Han et Wei deleta ceciderunt, et Ngan ling cum quinquaginta stadiorum terra servatur, nonnisi quia habet te.

---

27. DUX YO I RESCRIBIT YEN REGI EPISTOLAM.

T'chang kouo Baro Yo i pro Yen Tchao rege consociaverat quinque regnorum (2) arma, atque impugnaverat T'si : subjectis septuaginta plus urbibus, omnes effecerat præfecturas et subpræfecturas sub ditione Yen : tres urbes

---

'跣 SIEN, pedes nudi. 徧跣, in orbem gyrans.

'搶 T'SIANG, per vim auferre, abripere : impingere.

---

(1) 徠 erat Ou regni rex : 慶忌 ejus filius : Han koei, regni Han minister.
(2) 趙 et 楚 et 韓 et 魏 et 燕.

Digitized by Google

三城未下、而燕昭王死、惠王卽位、用齊人反間、疑樂毅、而使騎劫代之將、樂毅奔趙、趙封以爲望諸君、齊田單詐騎劫、卒敗燕軍、復收七十餘城以復齊、燕王悔、懼趙用樂毅、乘燕之敝以伐燕、燕王乃使人讓樂毅、且謝之曰、先王舉國而委將軍、將軍爲燕破齊、報先王之讎、天下莫不振動、寡人豈敢一日而忘將軍之功哉、會先王棄羣臣、寡人新卽位、左右誤寡人、寡人之使騎劫代將軍、爲將軍久暴露於外、故召將軍、且休計事、將軍過聽、以與寡人有隙、遂捐燕而歸趙、將軍自爲計則可矣、而亦何以報先王之所以遇將軍之意乎、望諸君乃使人獻書報燕王曰、臣不佞、不能奉承先王之教、以順左右之心、恐抵斧質之罪、以傷先王之明、而又害於足下之義、故遁逃奔趙、自負以不肖之罪、故不敢爲辭說、今王使使者數之罪、臣恐侍御者之不察先王之所以畜幸臣之理、而又不白於臣之所以事先王之心、故敢以書對、臣聞賢聖之君、不以祿私其親、功多者授之、不以官隨其愛、能當者處之、故察能而授官者、成功之君也、論行而結交者、立名之士也、臣以所學者觀之、先王之

Digitized by Google

nondum subjectæ fuerant, cum Yen Tchao rex mortuus est. Hoei rex successit throno; quia T'si homines converterant calumniam, suspicatus Yo i, jussit K'i kié loco illius fieri ducem. Yo i fugit in Tchao, Tchao creavit illum Wang tchou baronem. E T'si, T'ien tan decepit ducem K'i kié, et demum profligato Yen exercitu, iterum recepit septuaginta plus urbes, reddiditque T'si. Yen regem pœnituit : timuitque ne Tchao, usus opera Yo i, abuteretur Yen debilitate, ad illud invadendum ; rex ideo misit hominem arguere Yo i, simulque se illi excusare, dicens : pater meus totum regnum commiserat tibi; tu pro Yen profligasti T'si, et vindicasti defuncti regis injuriam, in imperio nemine non commoto. Ego qui ausim una die oblivisci ducis merita? Accidit ut pater reliquerit omnes præfectos (1), et ego recens occupaverim thronum : assistentes deceperunt me, et ego jussi K'i kié suffici tibi; quia tu diu objectus fueras rori foris, ideo advocavi te, ut interim supersederes curationi rerum : at tu male accipiens, putasti cum me habere dissidium, statimque relicto Yen adiisti Tchao. Quod tu tibi consulueris, hoc quidem bene : at vero quomodo retribuis illum, quo meus pater prosequebatur ducem, animum? Wang tchou Baro tunc misit qui offerret epistolam, et respondens Yen regi ait : Ego non sum habilis : nequivi excipere tui patris institutiones, quibus arriderem tuorum assistentium animo : timui ne subiens securis super truncum pœnam (2), inde deformarem tui patris prudentiam (3), atque etiam damnum afferrem tuæ æquitati; ideo fugam capiens contendi in Tchao : ipse alligatus contumaciæ crimine, ideo non audebam facere excusationis verba. Nunc rex misit legatum enumerare mea crimina; ego timeo ne assistentes regii non intelligant pater cur me amore foverit rationem, simulque non probe noverint quo ego servierim defuncto regi animum; ideo audeo per epistolam rescribere. Ego audivi sapientes principes non uti stipendiis ad gratificandum propinquis suis; quorum plura merita, iis dabant : nec uti muniis ad prosequendum sibi acceptos, sed pares muneri, eo fungebantur. Ideo qui vestigat habilitatem ut det munia, perficiens facinora princeps est; qui perpendit actiones ut coeat societatem, acquirens famam litteratus est. Ego juxta traditam doctrinam suspiciebam hominem; patris tui actio vitæ habebat exce-

---

(1) E vita excesserit.

(2) 鈇 est lignens truncus, super quem decollantur rei.

(3) Qui mihi summopere fidebat.

Digitized by Google

舉錯、有高世之心、故假節於魏王、而以身得察于燕、先王過舉、擢之乎賓客之中、而立之乎羣臣之上、不謀於父兄、而使臣爲亞卿、臣自以爲奉令承教、可以幸無罪矣、故受命而不辭、先王命之曰、我有積怨、深怨於齊、不量輕弱、而欲以齊爲事、臣對曰、夫齊、霸國之餘教、而驟勝之遺事也、閑於甲兵、習於戰攻、王若欲伐之、則必舉天下而圖之、舉天下而圖之、莫徑於結趙矣、且又淮北宋地、楚魏之所同願也、趙若許約、楚魏盡力、四國攻之、齊可大破也、先王曰、善、臣乃口受令、具符節、南使臣於趙、顧反命、起兵隨而攻齊、以天之道、先王之靈、河北之地、隨先王舉而有之於濟上、濟上之軍、奉令擊齊、大勝之、輕卒銳兵、長驅至國、齊王逃遁走莒、僅以身免、珠玉財寶、車甲珍器、盡收入燕、大呂陳於元英、故鼎反乎歷室、齊器設於寧臺、薊邱之植、植於汶篁、自五伯以來、功未有及先王者也、先王以爲順於其志、以臣爲不頓命、故裂地而封之、使之得比

薊 Ki, carduus : antiquum regnum in Pé tche li.

篁 Hoang, arundinetum : bambusa solida substantia et spissis articulis.

(1) Yo i fuerat a Wei 昭 rege ad Yen legatus missus, et tunc ita Yen regi placuit, ut ab eo muniis fuerit cumulatus.

Digitized by Google

dentem sæculum animum : ideo mutuatus testimonium a meo Wei rege (1), ipse potui pervenire in Yen. Defunctus rex nimis elevavit, admisit me in hospitum medium, et evexit me ad ceterorum præfectorum summum : non deliberavit cum patruis fratribusque, et jussit me esse secundarium ministrum. Ego mecum reputabam, recepto mandato et recepta institutione, me posse feliciter vacare culpa, ideoque accepi mandatum nec recusavi. Defunctus rex jussit me dicens : ego habeo diuturnum odium profundamque indignationem contra T'si : non considero meam debilitatem, et jam volo cum T'si habere rem. Ego respondi : in T'si, archontum regni superstes est institutio (2), atque subitæ victoriæ superant facta : exercitatum ad arma, maturum ad bellandum. Rex si velit aggredi illud, tunc necesse erit excitare imperium ad rem deliberandam. Excitandi imperium ad deliberandum nulla brevior via, quam colligari regno Tchao. Adde quod Hoai boreas et Song terra, sunt T'chou et Wei quas simul exoptant; Tchao si annuit fœderi, T'chou et Wei exerent vires (3) : quatuor regnis impetentibus illud, T'si poterit magnam subire cladem. Defunctus rex ait : bene : ego tunc ore accepi mandatum : dedit testantes litteras, et ad austrum misit me ad Tchao. Conversus retuli responsum : conflatoque exercitu, statim post invasimus T'si. Ex cœli favore, defunctique regis perspicacia, ad fluvii boream regionem, sequens regem uno conflictu tenui illam in Tsi ora; ex Tsi ora exercitus accepto mandato percussit T'si, et late vicit illud : expediti pedites acresque milites tractim currentes pervenerunt ad metropolim. T'si rex aufugiens cucurrit in urbem Kiu; tantum persona effugiit : uniones, gemmæ, gazaque pretiosa, currus, loricæ et pretiosa vasa, omnia collecta intrarunt Yen : Ta liu, exposita est in *Primigenia bacca;* antiquus noster tripus reversus ad *Temporum ædes;* T'si vasa patent in *Tranquillitatis* turri; metropolis Ki k'ieou plantatio, consita ex Wen fluenti bambusis (4). A quinque archontibus usque huc, facinus non extitit par defuncti regis isti. Defunctus rex, eo quod compos voti, et eo quod ego non pessumdederam mandatum, ideo dividens territorium donavit mihi, fecitque me parem parvæ ditionis

(2) T'si, regulorum fuerat archon.

(3) Hoai pé et Song ti, tunc T'si subjectæ regiones : T'chou pro illa et Wei pro ista exerent vires.

(4) T'si rex tunc erat 閔王. Ta liu, T'si campana vocabatur. Yuen yn et Li che, duo Yen palatia. Ning t'ai, Yen metropolis turris. Ki k'ieou, Yen regni metropolis.

Digitized by Google

乎小國諸侯、臣不佞、自以爲奉令承教、可以幸無罪矣、故受命而弗辭、臣聞賢明之君、功立而不廢、故著於春秋、蚤知之士、名成而不毀、故稱於後世、若先王之報怨雪恥、夷萬乘之强國、收八百歲之蓄積、及至棄羣臣之日、遺令詔後嗣之餘義、執政任事之臣、所以能循法令、順庶孽者、施及萌隸、皆可以教於後世、臣聞善作者不必善成、善始者不必善終、昔者伍子胥說聽乎闔閭、故吳王遠迹至於郢、夫差弗是也、賜之鴟夷而浮之江、故吳王夫差不悟先論之可以立功、故沉子胥而弗悔、子胥不蚤見主之不同量、故入江而不改、夫免身全功、以明先王之迹者、臣之上計也、離毀辱之非、墮先王之名者、臣之所大恐也、臨不測之罪、以幸爲利者、義之所不敢出也、臣聞古之君子、交絕不出惡聲、忠臣之去也、不潔其名、臣雖不佞、數奉教于君子矣、恐侍御者之親左右之說、而不察疏遠之行也、故敢以書報、唯君之留意焉、

李斯諫逐客書　秦文

秦宗室大臣、皆言秦王曰、諸侯人來事秦者、大抵爲其主游間於秦耳、請一

Digitized by Google

regulo. Ego non bonus quidem : at mecum reputavi me, accepto mandato et accepta institutione, posse feliciter vacare culpa; ideo exceptavi mandatum et non defugi. Ego audivi sapientes principes facinus peractum non abrumpere, adeoque celebrari in veris et autumni chronicis; prævidentes litteratos famam constitutam non deformare, et sic laudari in posterioribus sæculis : ita defunctus rex ultus hostes abluensque injuriam, æquavit solo decies mille quadrigarum potens regnum, recepitque octingentorum annorum cumulatos thesauros : ut vero devenit ad deserendi subditos diem, reliquit edocendis posteris superstites institutiones, fungentes administratione gerentesque negotia ministri quibus possent se conformare legibus; concordarentur omnes nothi, beneficiumque attingeret subjectos domesticos (1) : quæ omnia possunt instituere posteriores generationes. Ego audivi bene incipientem non certe bene perficere, bene exordientem non continuo bene finire. Olim Ou tse siu suadens auditus fuit ab Ho liu, et ideo Ou rex procul tulit vestigia usque ad regni T'chou metropolim Yng : illius filius Fou t'cha non item; donavit illi coriaceum saccum atque immersit in Amni. Ideo Ou rex Fou t'cha non intellexit priora consilia potuisse conficere merita, adeoque submersit Tse siu absque pœnitentia; Tse siu non mature perspexit dominum esse diversæ facultatis, adeoque ingressus Amnem quin immutaverit se (2). Servare vitam et servare meritum, ad illustrandum defuncti regis opus, en meum sublime consilium : incurrere ignominiæ crimen et pessumdare defuncti regis famam, en quod ego summopere vereor. Obnoxium immenso crimini, uti fortuna in lucrum, æquitas quod non audet tentare. Ego audivi antiquitatis sapientes, societate abrupta, non emittere detrahentia verba; fidelesque ministros abeuntes, non purgare suam famam (3). Ego licet non bonus, sæpe recepi documenta a sapiente. Timeo ne assistentes regii accedant propinquorum sermonibus, et non examinent dissitorum actiones; ideo ausim per litteras significare : verum tu, domine, consideres animo.

---

28. LI-SE DEHORTANTIS EXPELLERE ADVENAS LIBELLUS.

T'sin regiæ familiæ primarii ministri simul affati T'sin regem dixerunt : regulorum homines advenientes inservire T'sin, plerique pro suis dominis pervagantur exploratum in T'sin : rogamus ut omnes expellantur advenæ.

---

(1) 萌 valet 氓.

(2) Quin in spiritum immutatus aquas effugerit.

(3) Detrahendo de principe, a quo abierunt.

Digitized by Google

切逐客、李斯議亦在逐中、斯乃上書曰、臣聞吏議逐客、竊以爲過矣、昔穆公求士、西取由余於戎、東得百里奚於宛、迎蹇叔於宋、求丕豹公孫支於晉、此五子者、不產于秦、而穆公用之、幷國二十、遂霸西戎、孝公用商鞅之法、移風易俗、民以殷盛、國以富强、百姓樂用、諸侯親服、獲楚魏之師、舉地千里、至今治强、惠王用張儀之計、拔三川之地、西幷巴蜀、北收上郡、南取漢中、包九夷、制鄢郢、東據成皐之險、割膏腴之壤、遂散六國之從、使之西面事秦、功施到今、昭王得范雎、廢穰侯、逐華陽、彊公室、杜私門、蠶食諸侯、使秦成帝業、此四君者、皆以客之功、由此觀之、客何負於秦哉、向使四君却客而不納、疏士而不用、是使國無富利之實、而秦無强大之名也、今陛下致崑山之玉、有隨和之寶、垂明月之珠、服太阿之劍、乘纖離之馬、建翠鳳之旗、樹靈鼉之鼓、此數寶者、秦不生一焉、而陛下說之、何也、必秦國之所生然後

阿 Ngo, Wo, curvus collis : assentari : trabs : districtus ad T'si regni orientem. 太阿, celebris ensis nomen.

(1) Regni T'chou civis, in T'sin regno minister.

(2) Chang yang, e 衛 regno civis, cognomine 公孫.

Digitized by Google

Li-se (1) in deliberatione etiam erat inter expellendos : *Se* proinde obtulit libellum dicens : Ego audivi præfectos deliberasse expellere advenas : ego apud me censeo errasse. Olim Mou regulus exquisivit delectos viros : in occidente assumpsit Yeou yu a barbaris, ad orientem reperit Pé li hi in T'chou-regni Yuen, offendit Kien chou in Song, quæsivit P'ei pao et Kong suen tse in Tsin. Hi quinque viri non nati fuerant in T'sin, et Mou regulus usus illis univit regna viginti, statimque dominavit in occidentales barbaros. Hiao regulus potitus Chang yang illius arte (2), immutatis moribus transformavit sæculum, populus exinde frequens crevit, regnum exinde locupletatum convaluit, plebs libens mandabatur, reguli volentes subdebantur, occupavit T'chou et Wei copias, assumpsit terræ mille stadia, et usque adhuc regimine pollet. Hoei rex usus Tchang i ministri consilio, convellit San t'choan regionem, in occidente sibi univit Pa et Chou, in septentrione cepit Chang kiun, ad austrum cepit Han tchong, et complexus novem barbaros, dominatus est in Yen et Yng; ad orientem potitus T'cheng kao salebrosa regione, præcidit fertilissima arva, statimque dissolvens sex regnorum societatem, fecit ut ea ad occidentem conversa servirent regno T'sin, meritumque extenditur usque in præsens (3). Tchao rex assecutus Fan tsiu, dejecit Jang heou, expulitque Hoa yang (4), corroboravit regiam domum, obstruxit privatas factiones, more bombycum arrosit regulos, fecitque T'sin evadere imperatoriæ conditionis. Hi quatuor principes, omnes usi sunt advenarum meritis : ex quo videre est, an advenæ aliquo defraudaverint T'sin. Olim si quatuor principes ablegassent advenas quin admitterent, remotisque litteratis non fuissent usi, fuisset committere ut regnum privaretur opulentiæ commodis, et T'sin careret magni roboris fama. Nunc tua majestas accersit Koen montis gemmas, possidet Soei et Ho pretiosa, suspendit micantes ut luna uniones, accingit celebrem T'ai ngo ensem, conscendit dictum Sien li equum, erigit e plumatili phœnice vexillum, appendit e miro alligatore tympanum : ex his nonnullis pretiosis, T'sin nec producit *unum*; et tamen tua majestas his delectatur; quare? Si requiritur ut sit a regno T'sin aliquid productum, et tunc demum bene; jam eæ noctu mican-

---

(3) Tchang i, e 魏 regno civis. — Chang kiun complectebatur 魏 regni quindecim districtus : Han tchong continebat regni T'chou sexcentum stadia : novem barbarorum tribus atque Yen et Yng duæ urbes pertinebant ad regnum T'chou : T'cheng kao erat in Honan.

(4) Jang heou et Hoa yang, reginæ fratres.

Digitized by Google

可、則是夜光之璧、不飾朝廷、犀象之器、不爲玩好、鄭衞之女、不充後宮、而駿馬駃騠、不實外廐、江南金錫不爲用、西蜀丹青不爲采、所以飾後宮、充下陳、娛心意、說耳目者、必出於秦然後可、則是宛珠之簪、傅璣之珥、阿縞之衣、錦繡之飾、不進於前、而隨俗雅化、佳冶窈窕、趙女不立於側也、夫擊甕叩缶、彈箏搏髀、而歌呼嗚嗚、快耳目者、眞秦之聲也、鄭衞桑閒、韶虞武象者、異國之樂也、今棄擊甕而就鄭衞、退彈箏而取韶虞、若是者何也、快意當前、適觀而已矣、今取人則不然、不問可否、不論曲直、非秦者去、爲客者逐、然則是所重者在乎色樂珠玉、而所輕者在乎人民也、此非所以跨海內、制諸侯之術也、臣聞地廣者粟多、國大者人衆、兵强則士勇、是以泰山不讓土壤、故能成其大、河海不擇細流、故能就其深、王者不却衆庶、故能明其德、是以地無四方、民無異國、四時充美、鬼神降福、此五帝三王之所以無敵也、今乃棄黔首以資敵國、却賓客以業諸侯、使天下之士、退而不敢

駃騠 Kiué, T'i, } egregius equus : mulus.
珥 Eul, inaures.
甕 Wong, situlus.
箏 Tcheng, cithara 18 chordis constans.
髀 P'i, coxæ.
黔 K'ien, niger.

Digitized by Google

tes tesseræ non ornabunt regiam aulam, rhinocerotica et eburnea vasa non erunt ludi oblectamenta, Tcheng et Wei adolescentulæ non implebunt posticum palatium, atque generosi equi Kiué t'i non replebunt externum equile, Kiannanense aurum stamnumque non erunt usui, occidui Chou minium cæruleumque non efficient picturas. Si quicquid ornat posticum palatium, complet inferiores ordines (1), delectat animum et mentem, recreat auditum et visum, oportet producatur a T'sin, et tunc bene; jam istæ e Yuen regionis unionibus acus crinales, insertæ augulatis gemmis inaures, e Ngo urbis sericis vestes, sericati plumatiles collaris limbi, non afferentur in conspectum; atque juxta morem concinne compositæ, venusteque fucatæ segregatæ Tchao regni puellæ, non stabunt ad latus. Percutere situlum et pulsare testam, vellicare canneam cytharam et increpare ossa, atque canere et vocificare confusis sonis ad blandiendum auri et oculo, en proprii T'sin regni soni : Tcheng et Wei cantiones, *Concordia* Choen, et Ou chorea, aliorum regnorum musica sunt (2). Nunc dimissa percussione situli accedis ad Tcheng et Wei, remota pulsatione bambusæ assumis Choen musicam : at hujusmodi quid sunt? oblectant animum dum præsentia sunt, juvant visum et nil aliud. Jam si agitur de admittendis hominibus, tunc vero non ita; non quæris an habiles an secus, non curas an mali an boni; qui non sunt e T'sin abeant, qui sunt advenæ expellantur : si ita, jam quod magnifacis continetur in pulchritudine, musica, unione et gemma; quod vero parvipendis constat ex civibus et populo : hujusmodi non est quo subjugetur imperium et regantur reguli modus. Ego audivi territorium latum frugibus abundare, regnum vastum civibus affluere, cumque exercitus est fortis tunc duces esse strenuos. Ideoque T'ai mons non renuit terreos acervos, et sic potest effici tam magnus; flumina et mare non secernunt exilem rivulum, et sic possunt attingere talem profunditatem; rex non rejicit multitudinem, et sic potest illustrare suam virtutem. Quapropter terra non habet diversitatem locorum, in populo non est distinctio regnorum; quatuor tempora fertilitate prosperant, et varii Spiritus immittunt benedictiones : en quinque imperatores tresque reges unde carebant adversariis. Nunc vero amandas nigricoma capita ad suppetias ferendas inimicis regnis, amoliris advenas ad operandum regulis, ut imperii heroes recedant nec audeant ad

(1) Subnubarum explet numerum.

(2) 桑間之音, Tcheng et Wei regnorum musica.

Digitized by Google

西向、裹足不入秦、此所謂藉寇兵而齎盜糧者也、夫物不產於秦、可寶者多、士不產於秦、而願忠者衆、今逐客以資敵國、損民以益讎、內自虛而外樹怨於諸侯、求國之無危、不可得也、秦王乃除逐客之令、復李斯官、

卜居　楚詞

屈原既放、三年不得復見、竭智盡忠、而蔽障於讒、心煩慮亂、不知所從、乃往見太卜鄭詹尹曰、余有所疑、願因先生決之、詹尹乃端策拂龜曰、君將何以教之、屈原曰、吾寧悃悃款款、朴以忠乎、將送往勞來、斯無窮乎、寧誅鋤草茀、以力耕乎、將遊大人以成名乎、寧正言不諱、以危身乎、將從俗富貴以媮生乎、寧超然高舉以保眞乎、將哫訾慄斯、喔咿嚅唲、以事婦人乎、寧廉潔正直以自淸乎、將突梯滑稽、如脂如韋、以絜楹乎、寧昂昂若千里之駒乎、將汎汎若水中之鳧乎、與波上下、偷以全吾軀乎、寧與騏驥亢軛乎、將隨駑

齎 Tsi, offerre : viaticum : munus.
策 T'che, achilleæ virgulæ. Kie, bacilla ad comedendum.
媮 Yu, negligere : voluptatis amans : temere agere.
哫 Tchou, 哫訾, verbis adulari.
喔 Ou, Yo, vox gallinæ.
咿 咿 I, 喔咿, invite ridere.
嚅 Jou, 囁嚅, multum loqui : vix aperto ore tacere.

Digitized by Google

occidentem se convertere, obvolvant pedes nec ingrediantur T'sin : en quod dicitur adjuvare hostium militem, et providere prædonibus commeatum. Res haud productæ a T'sin quæ habendæ sunt pretio, multæ; litterati haud nati in T'sin, qui cupiunt fidelitatem exhibere, quamplurimi : nunc expellis advenas ut juves hostilia regna, minuis populum ut augeas inimicos, intus te exinanis et foris instituis simultates cum regulis; si quæris regnum vacare periculis, non poteris obtinere. — T'sin rex tunc abrogavit expellendi advenas edictum, et redintegravit Li-se magistratum.

---

29. DIVINATIO DE VITÆ STATU.

Kiué yuen cum fuerit expulsus, tres annos non potuit iterum invisere(1). Exhauserat prudentiam, impenderat fidelitatem, et tamen obrutus fuerat a calumnia. Animo æger menteque turbatus, nesciebat quo verteretur. Tunc ivit invisere magnum divinum Tcheng tchan yn, et ait : ego habeo aliquod dubium, vellem per te definire rem. Tchan yn tunc ordinavit achilleæ virgulas, detersit emydem et ait : domine, quid vis me condocefacere? Kiué yuen subdit : ego potiusne ingenuus et devotus sincere agam ut sim fidelis, an vero velim comitari abeuntes, excipere venientes, et hoc absque termino? malimne præcidere herbas et adeo operari agriculturæ, an vero sim frequentaturus magnos viros ad comparandam famam? potiusne libere loquar sine simulatione, sicque periculo objiciam meipsum, an vero obsecuturus sæculo ditescam et nobiliter ad recreandam vitam? potiusne supra ceteros elevem rationem vitæ, ad servandam integritatem, an vero dissimulans et dolose obsecundans, verba sim risumque affectaturus, ut morem agam mulierculæ? potiusne integer et rectus ut sim mihimetipsi purus, an vero dilabidus et tractabilis ceu unguen ceu pellis, ut assimiler columnæ(2)? potiusne erecto sim capite velut mille stadiorum cursorius equulus, an vero fluitans merser sicut inter aquas anas, et cum fluctu attollar vel deprimar, furax ut servem integrum meum corpus? potiusne cum generoso equo subeam jugum, an vero secuturus sim debilis equi vestigia? malimne

---

唲 Eul, invite obsequi. 嚅唲, invite ridere.

梯 T'i, scalæ. 突梯, lubricus.

汎 Fan, late : fluctuare, exundare.

---

(1) Vide hujus ministri ellogium, numero 36.

(2) Ut ex quadrato fiam rotundus, et rectis adverser regulis.

Digitized by Google

馬之迹乎、寧與黃鵠比翼乎、將與鷄鶩爭食乎、此孰吉孰凶、何去何從、世溷濁而不清、蟬翼爲重、千鈞爲輕、黃鐘毀棄、瓦釜雷鳴、讒人高張、賢士無名、吁嗟默默兮、誰知吾之廉貞、詹尹乃釋策而謝曰、夫尺有所短、寸有所長、物有所不足、智有所不明、數有所不逮、神有所不通、用君之心、行君之意、龜策誠不能知此事、

宋玉對楚王問

楚襄王問於宋玉曰、先生其有遺行與、何士民衆庶、不譽之甚也、宋玉對曰、唯、然、有之、願大王寬其罪、使得畢其辭、客有歌於郢中者、其始曰下里巴人、國中屬而和者數千人、其爲陽阿薤露、國中屬而和者數百人、其爲陽春白雪、國中屬而和者、不過數十人、引商刻羽、雜以流徵、國中屬而和者、不過數人而已、是其曲彌高、其和彌寡、故鳥有鳳而魚有鯤、鳳凰上擊九千里、絕雲霓、負蒼天、足亂浮雲、翱翔乎杳冥之上、夫藩籬之鷃、豈能與之料天地之高哉、鯤魚朝發崑崙之墟、暴鬐於碣石、暮

楚詞

鶩 Ou, 鶩, Mou, anas.
溷 Hoen, confusio, turbidus, perturbare : latrina, sordidus.
鬐 K'i, equina juba : piscis barba.

cum flavo cycno contendere pennis, an velim cum gallina et anate litigare de cibo? Ex his quid faustum, quidve infaustum, quid relinquam quidve sequar? Sæculum turbidum est atque impurum : cicadæ ala censetur ponderosa, et mille tricesses habentur leves. Musicus tubus effractus rejicitur, fictilis testa tonans resonat : adulantes homines sublime patescunt, sapientes viri destituuntur nomine. Hei! sileo : quis scit meam integritatem? Tchan yn tum depositis virgulis, se excusavit dicens : si pes, erit aliquanto brevior; si pollex, erit aliquanto longior (1) : animal aliquid quidpiam non reddidit, perspicientia aliquid est quod non assequitur; numeri aliqua non attingunt, Spiritus aliqua non communicant : utere tuiipsius judicio, age tuiipsius arbitrium; emys et virgulæ vere non possunt scire hanc rem.

---

30. SONG YU RESPONDET T'CHOU REGIS QUÆSTIONI.

Regni T'chou Siang rex sciscitatus a Song yu (2), ait : domine, an tu aliquid omittis agere? quare proceres et populus, omnes improbant vehementer? Song yu respondit : utique, ita sane, est hoc. Velim magnus rex indulgere meo peccato, ut possim absolvere ejus excusationem. Advena fuit cantans in Yng metropolis medio : ejus exordium nominabatur : *Rusticus Pa regionis homo;* et ex metropoli qui convenerint ad concinendum, aliquot millia hominum. Cum ageretur *Sol irradians cæpulæ rorem*, ex metropoli qui convenerint ad concinendum, aliquot centena hominum. Eo agente *Virescentis veris albicantes nives*, ex metropoli qui convenerint ad concinendum, non excedebant aliquot decades hominum. Adducens tonum secundum, deprimensque tonum quintum, temperavit ad deducendum quartum; et ex metropoli convenerunt ad concinendum nonnisi aliquot homines et non amplius. Scilicet ejus cantio quo magis assurgebat, ei concinentes eo plus minuebant. Ideo aves habent phœnicem et pisces habent balænam : phœnix ascendens perrumpit novem mille stadia, transcendit nubes, caput supponit cæruleo cœlo, pedibus confundit fluitantes nubes, et pervolando vagatur inaccessas super regiones; illa sepium cothurnix qui poterit cum illa metiri cœli a terra altitudinem? Immanis cetus mane erumpit e montis Koen luen saxis, insolat barbas ad montem Kié che, et

---

碣, Kié, scopulus : tabula lapidea erecta.

---

(1) Vulgari adagio inducit sequentia.

(2) Song yu toparcha, Kiué yuen discipulus.

Digitized by Google

宿於孟諸、夫尺澤之鯢、豈能與之量江海之大哉、故非獨鳥有鳳而魚有鯤也、士亦有之、夫聖人瑰意琦行、超然獨處、世俗之民、又安知臣之所爲哉、

養生生　莊周

吾生也有涯、而知也無涯、以有涯隨無涯、殆已、已而爲知者、殆而已矣、爲善無近名、爲惡無近刑、緣督以爲經、可以保身、可以全身、可以養親、可以盡年、庖丁爲文惠君解牛、手之所觸、肩之所倚、足之所履、膝之所踦、砉然嚮然、奏刀騞然、莫不中音、合於桑林之舞、乃中經首之會、文惠君曰、譆、善哉、技蓋至此乎、庖丁釋刀對曰、臣之所好者、道也、進乎技矣、始臣之解牛之時、所見無非牛者、三年之後、未嘗見全牛也、方今之時、臣以神遇、而不以目遇、官知止、而神欲行、依乎天理、批大郤、導大窾、因其固然、技經肯綮之未嘗、而況大軱乎、良庖歲更刀、割也、族庖月更刀、折也、今臣之刀、十九年矣、所解數千牛矣、而刀

鯢 Ni, balæna : pisciculus.
瑰 Koei, ruber lapillus.
琦 K'i, gemma.
踦 K'i, claudus.
踦 Ki, premere.
砉 Houo, Hiu, decoriandi decarnandive sonitus.

vespere pernoctat in lacu Mong tchou : ille cubitalis laci pisciculus, qui poterit cum illo metiri amnis et oceani vastitatem? Porro non tantum aves habent phœnicem et pisces habent cetum; litterati viri etiam habent ea : sancti viri sublimis mens et excellens actio, ceteris eminens sola consistit; vulgaris populus vero qui sciet ego quod ago?

---

31. ALENDI VITAM CARDO.

(5) Inania dicta, meras laudes meraque vituperia, sine præmio sine pœna.

Digitized by Google

時五行、故長於變、禮經紀人倫、故長於行、書記先王之事、故長於政、詩記山川、谿谷、禽獸、草木、牝牡、雌雄、故長於風、樂樂所以立、故長於和、春秋辨是非、故長於治人、是故禮以節人、樂以發和、書以道事、詩以達意、易以道化、春秋以道義、撥亂世反之正、莫近於春秋、春秋文成數萬、其指數千、萬物之散聚、皆在春秋、春秋之中、弒君三十六、亡國五十二、諸侯奔走不得保其社稷者、不可勝數、察其所以、皆失其本已、故易曰、失之毫釐、差以千里、故曰臣弒君、子弒父、非一旦一夕之故也、其漸久矣、故有國者、不可以不知春秋、前有讒而弗見、後有賊而不知、爲人臣者、不可以不知春秋、守經事而不知其宜、遭變事而不知其權、爲人君父而不通於春秋之義者、必蒙首惡之名、爲人臣子而不通於春秋之義者、必陷簒弒之誅、死罪之名、其實皆以爲善、爲之不知其義、被之空言而不敢辭、夫不通禮義之旨、至於君不君、臣不臣、父不父、子不子、君不君則犯、臣不臣則誅、父不父則無道、子不子則不孝、此四行者、天下之大過也、以天下之大過予之、則受

(1) Stateræ pondus propius remotiusve deducitur, usquedum habeatur æquilibrium; hinc applicationem designat ad præsentes rerum circumstantias.

Digitized by Google

quatuor tempora, quinque elementa, proindeque potissimus est in mutationibus; Ritus ordinat regitque hominum relationes, adeoque potissimus in actione; Annales memorant priorum regum facta, indeque potissimi in regimine; Carmen recenset montes fluviosque torrentes vallesque, et volucres et quadrupedes et plantas et arbores, et animalium aviumque fœminas et mares, ideoque potissimum in moribus; Musicæ oblectatio est id quo erigimur, proptereaque potissima in harmonia; Ver et Autumnus distinguit fas nefasque, et idcirco potissimus in corrigendo homine. Quamobrem Ritus est ad componendum hominem, Musica ad edendam harmoniam, Annales ad enarranda facta, Carmen ad prodendum animum, Mutator ad edicendas mutationes, Ver et Autumnus ad edisserendum jus. Excludendæ turbatæ ætati reducendæque ipsi in rectum, nil præsentius ac Ver et Autumnus : Veris Autumnique litteræ compositæ, aliquot myriades; harum sententiæ, aliquot millia; omnium rerum dispersio et coitio, tota inest Vere et Autumno; Veris Autumnique medio, occisi principes triginta sex; collapsa regna quinquaginta duo; reguli fuga elapsi, quin potuerint servare suos regni penates, non possunt penitus enumerari : at si examinas rei causam, omnes defecerunt a suo cardine, en totum; unde Mutator docet, *deflectentem hinc capillo et hilo, aberraturum ad mille stadia,* adeoque dicit, subditum occidere principem, et filium occidere patrem, non esse unius mane uniusque vesperi factum, sed rem insinuari pridem jam. Quamobrem possidentes regnum non possunt haud cognoscere Ver et Autumnum; sin, coram habentes adulatorem, non viderent, pone habentes sicarium, non adverterent : et gerentes alterius ministrum non possunt haud scire Ver et Autumnum; custodes ordinariarum rerum, ignorarent ipsis congrua, offendentesque mutatos eventus, nec callerent eorum æquilibrium (1) : agentes hominum principem patremque, quin penetraverint in Veris Autumnique sensum, certe invenerunt capitalis mali famam; et agentes aliorum ministrum filiumque, quin penetraverint in Veris Autumnique sententiam, certe incurrerunt usurpationis occisionisque capital, capitalis criminis nomen : ii vere omnes existimabant bonum, at quia non cognoverunt rei jus, receperunt nudum vituperium quin auderent se excusare. Hujusmodi non penetrare honesti æquitatisque sensum, eo devenit ut princeps non esset princeps, subditus non subditus, pater non pater, filius non filius; princeps non princeps jam offendetur, subditus non subditus jam occidetur, pater non pater jam caret lege, filius non filius jam caret pietate : hæc quatuor facinora, imperii summi excessus sunt, cumque imperii summos excessus

Digitized by Google

而弗敢辭故春秋者、禮義之大宗也、夫禮禁未然之前、法施已然之後、法之所爲用者易見、而禮之所爲禁者難知、壺遂曰、孔子之時、上無明君、下不得任用、故作春秋、垂空文、以斷禮義、當一王之法、今夫子上遇明天子、下得守職、萬事既具、咸各序其宜、夫子所論、欲以何明、太史公曰、唯唯、否否、不然、余聞之先人曰、伏羲至純厚、作易八卦、堯舜之盛、尚書載之、禮樂作焉、湯武之隆、詩人歌之、春秋采善貶惡、推三代之德、褒周室、非獨刺譏而已也、漢興以來、至明天子、獲符瑞、建封禪、改正朔、易服色、受命於穆清、澤流罔極、海外殊俗、重譯款塞、請來獻見者、不可勝道、臣下百官、力誦聖德、猶不能宣盡其意、且士賢能而不用、有國者之恥、主上明聖、而德不布聞、有司之過也、且余嘗掌其官、廢明聖盛德不載、滅功臣世家賢大夫之業不述、墮先人所言、罪莫大焉、余所謂述故事、整齊其世傳、非所謂作也、而君比之

(1) Principibus et magnatibus tam magnos excessus imputaverit Ver et Autumnus.

(2) Innuit albæ unicornis, quæ sub 武帝 apparuisse dicitur, faustum omen.

(3) Han, super T'ai montem instituit monticulum ad sacrificandum cœlo, sub T'ai monte instituit aream ad sacrificandum montibus fluviisque : mutavit anni initium et dynastiæ colorem : et aspirante Cœli favore, barbaros habuit multos

Digitized by Google

imposuerit illis (1), en susceperunt quin auderent se excusare. Quapropter Ver et Autumnus, ritus æquitatisque grande culmen est : ritus prævertit antequam effectum fuerit, lex applicatur postquam effectum fuerit ; lex quem producit usum, facile apparet, at ritus quam operatur abstinentiam difficile scitur.

At enim Hou soei ait : Confucii tempore, superius deerant clari principes, inferioresque non obtinebant muneris usum, adeoque fecit Ver et Autumnum, demittens inermia dicta ad decernendum honestum æquumque, loco unius regiæ punitionis : sed nunc magister superius nactus clarum imperatorem, ipse obtinuisti servare munus, omnesque res jam præsto, et æque singulæ ordinantur modo debito; magister quæ disserit, tendunt ad quid declarandum? Summus historiographus ait : bene dicis, at non non, non est ita. Ego audivi quod priores homines dicebant, Fou hi summe ingenuum rectumque, fecisse Mutatoris octo trigrammata; imperatorum Yao et Choen prosperitatem, principes Annales consignasse illam, et Ritum Musicamque invaluisse; regum T'ang et Ou splendorem, poetas cecinisse illum; Ver et Autumnum laudare bonum et vituperare malum, exeruisse trium dynastiarum virtutes, et laudasse Tcheou familiam, quin tantum carperet argueretque et nil aliud. Han incipiens usque adhuc, ad præclarum imperatorem, obtinuit congruum præsagium (2), instituit monticulos et areas, immutavit primum novilunium, mutavit pannorum colorem, acceptoque mandato ab augusta Puritate, beneficia sparsit sine limite; mariaque ultra diversi moribus, bilingui interprete pulsantes regni claustra petentesque venire oblatum salutatumque, non possunt penitus recenseri (3) : ministris subjecti varii præfecti enixi celebrare imperiales virtutes, adhuc non potuerunt expromere integra sua sensa (4). Præterea, si magistratus sapientes habilesque necdum adhibere, est regnantis vituperium; domino supremo coruscante splendoribus, virtutes necdum quaquaversum divulgari, erit fungentis officio culpa : sed et me jamdium fungentem hoc magistratu, relinquere præclaram sapientiam magnamque virtutem quin consignem, supprimere benemeritorum ministrorum hæreditariisque familiis sapientum toparcharum actiones quin recenseam, et perdere priores homines quæ dixerint, peccatum ut nullum gravius erit. Ego vero quod dico enarrare antiqua facta, erit ordinare et concinnare illas sæculares memorias, non est quod appellatur elucubrare;

---

clientelam profitentes.

(4) Non potuerunt exponere; ergo scribendum.

Digitized by Google

於春秋、謬矣、於是論次其文、七年、而太史公遭李陵之禍、幽於縲絏、乃喟然而歎曰、是余之罪也夫、是余之罪也夫、身毀不用矣、退而深惟曰、夫詩書隱約者、欲遂其志之思也、昔西伯拘羑里、演周易、孔子戹陳蔡、作春秋、屈原放逐、著離騷、左邱失明、厥有國語、孫子臏腳、而論兵法、不韋遷蜀、世傳呂覽、韓非囚秦、說難孤憤、詩三百篇、大抵賢聖發憤之所爲作也、此人皆意有所鬱結、不得通其道也、故述往事、思來者、於是卒述陶唐以來、至於麟止、自黃帝始、

高帝求賢詔

西漢文

蓋聞王者莫高於周文、伯者莫高於齊桓、皆待賢人而成名、今天下賢者智能、豈特古之人乎、患在人主不交故也、士奚由進、今吾以天之靈、賢士大夫、定有天下、以爲一家、欲其長久、世世奉宗廟亡絕也、賢人已與我共平之矣、而不與吾共安利之、可乎、賢士大夫有肯從我遊者、吾能尊顯之、布告天下、使明知朕意、御史大夫

'臏 Pin, patella : sontis genua præcidere.

(1) Li ling missus contra Hunnos strategus, ab iis tandem captus eis se subdidit; quapropter imperator ejus matrem, et uxorem et filios morti tradidit; summum vero historiographum ipsius olim laudatorem castrationis supplicio affecit.

Digitized by Google

et tu comparans id cum Vere Autumnoque falleris jam. Exinde explanans ordinaverat has scripturas septem annos, cum summus historiographus nactus Li ling strategi infortunium (1), squaluit inter compedes et vincula : tunc suspirans ingemuit, aitque : hoc, meum peccatumne, hoc meum peccatumne? corpore mutilato nullius usus sum. At recedens profunde cogitavit aitque : poetæ et scriptores tristes oppressique, volunt indulgere sui animi sensibus (2). Olim occiduus Dux constrictus in Yeou li, derivavit *Tcheou Mutatorem;* Confucius angustatus in T'chen et T'sai fecit *Ver et Autumnum;* Kiué yuen expulsus foris, composuit *Casum in tristitiam;* Tsouo k'ieou amisso visu, sic habuit *Regnorum dicta;* Suen tse præciso pede, sic disseruit militiæ artes; Pou wei translatus Chou, sæculis transmisit *Liu visenda;* Han fei detentus in T'sin, *Oratoris difficultates*, *Pupilli indignationes* (3); et Carminum tercentæ odæ, magna ex parte sapientum sanctorumque erumpens indignatio quas composuit scilicet : isti homines omnes animo habentes quo mœrore constringerentur, non potuerunt expedire suam viam, adeoque narrarunt præteritas res cogitaveruntque futuras. Ex hoc integre narrabo T'ao t'ang usque adhuc, progressus ad unicornem sistam, a Hoang imperatore incipiam.

---

40. KAO IMPERATORIS QUÆRENS SAPIENTES EDICTUM.

Equidem audivi regnantium neminem sublimiorem quam Tcheou Wen regem, archontumque neminem excelsiorem quam T'si Hoan regulum, ambosque expectasse sapientes viros ad perficiendam famam. At præsenti in imperio sapientes, et sagacitate pollent : qui tantum antiquitatis homines? malum est in eo quod hominum caput non amicet, et litterati undenam ingrederentur? Nunc ego ex cœli numine, a sapientibus viris et toparchis constitutus habere imperium ut esset una familia, velim ipsum perdurare diu, omnibusque generationibus servire avito delubro sine interruptione : sapientes viri jam mecum simul pacificarunt illud, ut non mecum simul fruantur emolumentis, licebitne? Sapientes viros toparchasque si qui velint sequi me discurrentem, ego volo honorare et nobilitare illos, lateque moneo totum imperium ut clare sciant meam mentem. Censor toparcha Tchang

---

(2) Tunc carmina et libros componere solent, ut mœrorem exhalare, et animi virtutem ab adversitate veluti dejectam oppressamque sic valeant expedire.

(3) Pou wei fecit 呂氏春秋; Han fei fecit simul plures alios articulos.

Digitized by Google

昌、下相國、相國鄭侯、下諸侯王、御史中執法、下郡守、其有意稱明德者、必身勸、爲之駕、遣詣相國府、署行義年、有而弗言、覺免、年老癃病、勿遣。

景帝令二千石修職詔

西漢文

雕文刻鏤、傷農事者也、錦繡纂組、害女紅者也、農事傷、則飢之本也、女紅害、則寒之原也、夫飢寒竝至、而能無爲非者、寡矣、朕親耕、后親桑、以奉宗廟粢盛祭服、爲天下先、不受獻、減太官、省繇賦、欲天下務農蠶、素有畜積、以備災害、彊毋攘弱、衆毋暴寡、老耆以壽終、幼孤得遂長、今歲或不登、民食頗寡、其咎安在、或詐僞爲吏、吏以貨賂爲市、漁奪百姓、侵牟萬民、縣丞、長吏也、姦法與盜盜、甚無謂也、其令二千石各修其職、不事官職、耗亂者、丞相以聞、請其罪、布告天下、使明知朕意。

鄭 Tsoan, congregare. Tsouo, locus in Kiang sou. 鄼 T'soan, centum domus. 鄭 Tsan, pars provinciæ Ho nan.

癃 Long, dorsi debilitas, virium defectus.

纂 Tsoan, in compendium redigere, excerpta: continuare: rubra zona.

transmittat imperii ministris, imperii minister Tsan Marchio transmittat regulis principibusque, provinciarum gubernatores transmittant præfecturarum præpositis; et qui vero sensu prædicentur conspicuæ virtutis, debebunt ipsimet hortari, pro ipsis parare currum, et mittere ad regni ministrorum palatium, descriptis moribus vultu et ætate. Si sint quin referant, resciens, abrogabo : ætate senes morboque laborantes ne mittantur.

---

41. KING IMPERATORIS JUBENTIS PRÆFECTOS CURARE MUNUS EDICTUM.

Sculpere ornamenta et incidere cælaturas, nocivum agrariis rebus est : serica, acupicta, rubræ zonæ et vittæ, noxia muliebri operi sunt (1). Agrarii operis læsio, scilicet famis radix est, muliebrisque operis læsio, scilicet algendi origo est : qui, fame et frigore simul incessentibus, adhuc possint nullum facere malum, pauci sunt. Ego ipsemet arans agros, et regina ipsamet educans moros, ad offerendas avito delubro sacrificas fruges sacrificasque vestes, fimus imperii exemplum : non accipio dona, imminui penûs præfectos, detraxi famulitio et vectigalibus, volens imperium incumbere agriculturæ et bombyci, passimque habere congregata et recondita, quibus prospiciatur infortuniorum damnis, fortiores ne rapiant debilibus, multi ne sæviant paucis, senes et vieti ex longævitate finiant, juniores et pupilli obtineant naturaliter crescere. Si hoc anno forte nihil maturescat, populique victus sat mancus, rei culpa ubinam residebit? forte fallaces dolosique gerunt magistratum, magistratusque ex iniqua pecunia faciunt commercium, expiscantesque diripiunt centum familias, invadentesque corrodunt totum populum (2); et si districtus gubernator, caput magistratuum, abutens legibus dat latronibus latrocinari, magis inexplicabile erit. Ipse jubeo præfecturarum præpositos (3) singulos accurare suum officium; et qui non operantes præfecti muneri caligine suffundantur (4), regni minister eos denuntiet, petatque ipsorum damnationem. Late moneatur imperium, ut clare noscat meam mentem.

---

(1) Impediunt enim quominus mulieres bombyci alendo vacent.

(2) 牽, vermis corrodens satorum radices.

(3) Præfecti ex census quantitate sic appellati.

(4) 茫, *mao loan*, non perspicere.

Digitized by Google

武帝求茂材異等詔　西漢文

蓋有非常之功、必待非常之人、故馬或奔踶、而致千里、士或有負俗之累、而立功名、夫泛駕之馬、跅弛之士、亦在御之而已、其令州郡察吏民、有茂材異等、可爲將相、及使絕國者、

賈誼過秦論上　西漢文

秦孝公據殽函之固、擁雍州之地、君臣固守、以窺周室、有席卷天下、包舉宇內、囊括四海之意、并吞八荒之心、當是時也、商君佐之、內立法度、務耕織、修守戰之具、外連衡而鬬諸侯、於是秦人拱手而取西河之外、孝公既沒、惠文武昭、蒙故業、因遺策、南取漢中、西舉巴蜀、東割膏腴之地、收要害之郡、諸侯恐懼、會盟而謀弱秦、不愛珍器重寶肥饒之地、以致天下之士、合從締交、相與爲一、當此之時、齊有

踶 Ti, pede petere. 蹄 T'i, ungula. | 跅 T'oto, a recta via recedere. 蹠.

---

(1) Illos coercere satis erit, ut in ordinem redigantur. 泛 valet 覆 *fong*, invertere.

(2) *Meou t'sai* dicti baccalaurei, quod *Sieou* 秀 littera, ob imperatoris nomen, tunc suppressa fuerit.

(3) Minister erat 衛鞅, cujus feudum erat Chang regio.

(4) Transversum erat regnum T'sin, recta vero cetera sex regna, tunc tem-

Digitized by Google

42. OU IMPERATORIS QUÆRENTIS BACCALAUREOS SUPERIORIS ORDINIS EDICTUM.

Quia ad extraordinaria opera omnino exiguntur extraordinarii homines, hinc equorum qui aufugiunt calcitrantque, scilicet conficiunt mille stadia, et litteratorum qui subierint sæculi incommoda, ii comparant honores et famam : et quoad subvertentes currum equos, licentiusque laxatos litteratos, etiam in coercendis illis totum erit (1). Ipse jubeo provinciis præfecturisque perquiri administros popularesve, qui sint baccalaurei superioris ordinis (2), capaces fieri strategos ministrosque, atque allegari dissitis regnis.

---

43. KIA I MINISTRI INCULPANTIS T'SIN DISSERTATIO.

T'sin hiao regulus, occupato Hiao montis et Han claustri munimine, stipataque Yong provinciæ regione, et principe ministrisque fortiter custodientibus, sic explorabat Tcheou domum, habens uti stoream convolvendi imperium, complexu occupandi orbis spatia, sacco adstringendi quatuor maria mentem, simulque absorbendi octo plagas animum. In illo tempore Chang dominus adjuvabat eum (3), et intus instituere leges regulasque, incumbere agriculturæ et texturæ, restaurare defensionis pugnæque utensilia, foris adjungere transverso atque mutuo committere regulos (4). Unde T'sin homines insertis manibus assumpserunt occidui Fluvii commoda (5). Hiao regulo jam defuncto, Hoei wen et Ou et Tchao reguli, nacti pristinum patrimonium, juxta relictum molimen, ad austrum ceperunt Han medium, ad occidentem abstulerunt Pa et Chou (6), ad orientem præciderunt ubertate opimas terras et assumpserunt necessarias periculosasque urbes. Omnes reguli timore expavescentes, congressi fœderarunt, ut machinarentur debilitare T'sin; neque deplorantes pretiosa utensilia ponderosamque gazam et opimas fertilesque terras, ad advocandos totius imperii doctos, conjunctis rectis arcteque calligatis, mutuo coiverunt, facti unum. Per ipsum

---

poris potentiora : hæc inter se colligari contra T'sin, dicebatur 合 縱; invicem dissociari ad adhærendum regno T'sin, dicebatur 連 橫.

(5) 西 河, regni 魏 terra : insertis manibus, summa facilitate scilicet.

(6) 漢 中, 巴, 蜀, tres præfecturæ.

Digitized by Google

孟嘗、趙有平原、楚有春申、魏有信陵、此四君者、皆明智而忠信、寬厚而愛人、尊賢而重士、約從離橫、兼韓魏燕趙宋衞中山之衆、於是六國之士、有甯越、徐尙、蘇秦、杜赫之屬、爲之謀、齊明、周最、陳軫、召滑、樓緩、翟景、蘇厲、樂毅之徒、通其意、吳起、孫臏、帶佗、兒良、王廖、田忌、廉頗、趙奢之倫、制其兵、嘗以什倍之地、百萬之衆、叩關而攻秦、秦人開關而延敵、九國之師、遁逃而不敢進、秦無亡矢遺鏃之費、而天下諸侯已困矣、於是從散約解、爭割地而賂秦、秦有餘力而制其弊、追亡逐北、伏尸百萬、流血漂櫓、因利乘便、宰割天下、分裂河山、彊國請服、弱國入朝、施及孝文王莊襄王、享國之日淺、國家無事、及至始皇、奮六世之餘烈、振長策而御宇內、吞二周而亡諸侯、履至尊而制六合、執敲扑以鞭笞天下、威振四海、南取百越之地、以爲桂林象郡、百越之君、俛首係頸、委命下吏、乃使蒙恬、北築長城、而守藩籬、却匈奴七百餘里、胡人不敢南下而牧馬、士不敢彎弓而報怨、於是廢先王之道、

鏃, Tsou, sagittæ cuspis.

(1) Ministri erant, feudi principes.

(2) Oratorum, ministrorum, ducum, triplex genus.

Digitized by Google

tempus, T'si habebat Mong t'chang, Tchao habebat P'ing yuen, T'chou habebat T'choen chen, Wei habebat Sin ling, qui quatuor principes (1), omnes pespicaces atque fideles, magnanimi atque amantes hominum, honorantes sapientes atque magnifacientes doctos : pactæ uniri et deserere transversum, simul Han et Wei et Yen et Tchao et Song et Wei et Tchong chan multitudines : exindeque sex regnorum docti, aderat Ning yué, Siu chang, Sou t'sin, Tou ho, illorum cœtus, struendis eis consiliis; T'si ming, Tcheou tsué, T'chen tcheng, Chao hoa, Leou hoan, Ti king, Sou li, Yo i, illorum agmen, communicandis eorum ideis; Ou k'i, Suen pin, Tai touo, Ni leang, Wang lieou, T'ien ki, Lien pou, Tchao ché, illorum genus, formandis eorum militibus (2) : et jam cum decuplo majore terra, centumque myriadum multitudine, pulsarunt claustra ad impugnandum T'sin. T'sin homines apertis claustris exceperunt hostem, et novem regnorum multitudo fuga se proripuit (3), quin auderet ingredi; et T'sin nullo amissæ sagittæ perditæque cuspidis impendio, totius imperii reguli jam exaruerunt. Ex hoc recta dispergi fœdusque resolvi, et certatim præcidere terras ad donandum T'sin, et T'sin habens superstites vires castigare illos profligatos, persequi fugientes et urgere devictos; jacentia cadavera centenæ myriades, effuso sanguine fluitare scuta; sequi fortunam captataque opportunitate, membratim discindere imperium, partiri fluvios montesque, et fortiora regna declarare submissionem, et debiliores principatus ingredi ad clientelam. Progressum ad Hiao wen regem et Tchoang siang regem : fruendi regno tempore brevi, publica res vacavit negotio. At cum pervenit Che hoang, conatus sex generationum superstes facinus, explicavit longam scuticam et rexit orbis spatia, absorpsit utrumque Tcheou (4) atque extinxit omnes *regulos*, calcavit summum fastigium, et temperavit sex regiones, tenens*que* fustem virgamque inde flagellavit imperium; terroreque concussis quatuor maribus, ad austrum capessivit variorum Yué terras, unde fecit Koei lin et Siang provincias; et variorum Yué principes, cernuo capite ligatoque collo, commiserunt vitam infimis administris. Tunc misit strategum Mong kouo ad boream construere longa mœnia et custodire sepis vallum, propulsavit Hunnorum tribus septingenta et amplius stadia, et Hunni nec audebant austrum delabi ad pascendos equos, et equites nec audebant inflectere arcum ad retribuendas injurias. Exinde rejectis priorum

(3) Novem regna, nempe 齊, 楚, 韓, 魏, 燕, 趙, 宋, 衛, et 中山.

(4) Orientalem et occidentalem Tcheou dynastiæ aulam.

Digitized by Google

婚百家之言、以愚黔首、隳名城、殺豪俊、收天下之兵、聚之咸陽、銷鋒鍉、鑄以爲金人十二、以弱天下之民、然後踐華爲城、因河爲池、據億丈之城、臨不測之谿、以爲固、良將勁弩、守要害之處、信臣精卒、陳利兵而誰何、天下已定、始皇之心、自以爲關中之固、金城千里、子孫帝王萬世之業也、始皇既沒、餘威振於殊俗、然而陳涉、甕牖繩樞之子、氓隸之人、而遷徙之徒也、材能不及中庸、非有仲尼墨翟之賢、陶朱猗頓之富、躡足行伍之間、俛起阡陌之中、率罷弊之卒、將數百之衆、轉而攻秦、斬木爲兵、揭竿爲旗、天下雲集而響應、贏糧而景從、山東豪俊、遂竝起而亡秦族矣、且夫天下、非小弱也、雍州之地、殽函之固、自若也、陳涉之位、不尊於齊、楚、燕、趙、韓、魏、宋、衛、中山之君也、鋤耰棘矜、不銛於鉤戟長鍛也、謫戍之衆、

鍉 Che, clavis. 鍉, Ti, sagittæ pes. 躡, Nié pedibus terere : ascendere. | 銛 Sien, genus ligonis : acutus, acies. 鍛, Cha, 鍛 Chai, sarissa.

(1) 何 valet 問.

(2) T'sin regnum, a quatuor partibus, firmis claustris claudebatur : ad orientem 函谷關, ad austrum 崤關 et 武關, ad occidentem 散關 et ad septentrionem 蕭關.

(3) Diversorum morum gentes, seu exteras tribus.

(4) E fractæ tegulæ spiraculo facta fenestra et e fune factus portæ cardo, significant pauperem familiam.

Digitized by Google

regum institutis, incendit tot litteratorum scripta ad hebetandum nigricomum populum, diruit celebres urbes, occidit præstantes heroes, collectisque totius imperii armis, congregavit ea in metropoli Hien yang, liquatisque mucronibus et aciebus, fusiles inde conflavit æneos homines duodecim, sic debilitans totius imperii cives ; postea vero calcans Hoa montem quasi mœnia, secutusque Fluvium quasi fossas, occupavit centum mille decempedarum mœnia imminebatque immensurabili fossæ, indeque fecit munimen, et egregiis strategis robustisque arcitenentibus custodientibus necessaria periculosaque loca, fidis ministris expertisque militibus, explicavit acuta arma, et quis hisceret (1) ? Imperio jam stabilito, Che hoang animus et ipse credebat, claustrorum medio firmitatem (2), æneorumque mœnium mille stadia, filiis nepotibusque imperatoribus decemmille ætatum patrimonium fore; et Che hoang jam defuncto, superstes virtus intonabat apud alienas gentes (3). — At enim T'chen ché, tegularia fenestra et funario cardine natus (4), adventitiorum vernarum homo, et translatitiorum transmigrantium sequax, dotibus et habilitate nec attingens medium ordinarium, nec habens Confucii aut Mé et Ti sapientiam, T'ao tchou aut I toen divitias (5), premens vestigia agminum ordines inter, et coactus assurgere ruralium viarum e medio (6), ducit profligatos debilesque pedites, præest aliquot centenis hominum, et nihilominus impugnat T'sin : cæsis lignis fiunt arma, erectis arundinibus fiunt signa, totum imperium ut nubes congeritur ut echo respondet, portansque commeatum ut umbra sequitur, montisque ad orientem (7) præstantes heroes simul surgunt atque extinguunt T'sin progeniem. Sed si imperium non parum debilitatum, Yong provinciæ regio, Hiao montis et Han claustri firmitas, ipsa ut ante; T'chen ché ipsius dignitas, haud nobilior ac T'si et T'chou et Yen et Tchao et Han et Wei et Song et Wei et Medii montis principes; ligonum manubria lancearumque hastæ haud acutiores ac uncinatæ tricuspides longæque sarissæ (8); proscriptorum præsidiariorum multitudo (9), nullomodo comparanda ad novem

---

(5) T'ao tchou, undeviginti annis aucto patrimonio, factus dives, rem docuit I toen, qui decem intra annos et dives ipse factus est.

(6) 阡 agrorum viæ ab austro ad septentrionem, 陌 ab oriente ad occidentem. 俛 valet 勉.

(7) Ad Hiao montis orientem scilicet.

(8) 棘, idem ac 戟, tricuspis lancea; 矜, idem ac 殳, sarissæ hastile.

(9) 謫, dicitur de dejectis proscriptisque præfectis.

Digitized by Google

非抗於九國之師也。深謀遠慮。行軍用兵之道。非及曩時之士也。然而成敗異變。功業相反。試使山東之國。與陳涉度長絜大。比權量力。則不可同年而語矣。然秦以區區之地。致萬乘之權。招八州而朝同列。百有餘年矣。然後以六合爲家。殽函爲宮。一夫作難。而七廟隳。身死人手。爲天下笑者。何也。仁義不施。而攻守之勢異也。

鼂錯論貴粟疏　西漢文

聖王在上。而民不凍饑者。非能耕而食之。織而衣之也。爲開其資財之道也。故堯禹有九年之水。湯有七年之旱。而國無捐瘠者。以畜積多而備先具也。今海內爲一。土地人民之衆。不避禹湯。加以亡天災數年之水旱。而畜積未及者。何也。地有餘利。民有餘力。生穀之土未盡墾。山澤之利未盡出也。游食之民未盡歸農也。民貧則姦邪生。貧生於不足。不足生於不農。不農則不地著。不地著。則離鄉輕家。民如鳥獸。雖有高城深池。嚴法重刑。猶不能禁也。夫寒之於衣。不待輕煖。饑之於食。不待甘旨。饑寒至身。不顧

(1) Bene acquisivit, acquisita male custodivit.

Digitized by Google

regnorum exercitum; profunda consilia vastaque molimina et agendi strategiam movendique milites ars, non attingebant illius temporis peritos : ita, et tamen successus cladesque aliter invertuntur, actio et actio invicem contraria. Fac tentes transmontanorum regnorum præ T'chen ché demetiri longitudinem et commetiri magnitudinem, comparare auctoritatem et computare vires, jam non poteris eodem anno finire : attamen T'sin, cum modica et tantilla regio, adscivit decemmille quadrigarum potestatem, advocavitque octo provincias ad obsequium eodem gradu, centum et ultra annos; postea vero, cum sex cardines habebat domui, et Hiao mons Han claustrum erant palatium, unus privatus excitavit difficultates, statimque septem delubra corruerunt, et corpus finivit aliena manu, evasitque totius orbis risus. Cur vero? pietas et æquitas non permanarunt, et impugnandi servandique virtus discrepavit (1).

---

44. T'CHAO T'SO TOPARCHÆ DE NOBILITANDA ORYZA LIBELLUS.

Sancto rege insistente fastigium, populi non algent esuriuntve, non quod possit arando cibare illos, texendove vestire illos, sed quia pandit ipsis eliciendi opes viam. Quapropter Yao et Yu habentibus novem annorum inundationem, et T'ang habente septem annorum siccitatem, regna vacarunt contributionibus atque extenuatione, quia collecta et recondita multa, atque præmunitiones antea paratæ. Nunc marium interiora facta unum, terrarumque populorumque frequentia, nulla cedit imperatoribus Yu et T'ang; adde quod nulla cœli calamitas, aliquot annorum inundatio vel siccitas; et tamen collecta repositaque non æquiparanda : cur vero? Terra habet superstitem fecunditatem, et populus habet superstites vires; producentes cerealia terræ nondum penitus proscissæ, et montium stagnorumque proventus nondum prorsus educti scilicet, vage victitans populus nondum totus reductus ad agriculturam scilicet. Populo paupere, statim perfidia et flagitium oboritur; paupertas oritur ex defectu sumptus, defectus sumptus oritur ex carentia agriculturæ : deficiente agricultura, exinde deest locus fixus, et sine loco fixo, jam relicta patria despectaque familia, populus assimilabitur avibus ferisque, et licet sint alta mœnia profundæque fossæ, severæ leges gravesque pœnæ, adhuc non poterit coerceri. Qui alget, quoad vestes non expectat leves et calidas, et esuriens, quoad cibos non expectat dulces exquisitosque; fame et frigore incessente corpus, nullus respicit

Digitized by Google

廉恥、人情一日不再食則饑、終歲不製衣則寒、夫腹饑不得食、膚寒不得衣、雖慈母不能保其子、君安能以有其民哉、明主知其然也、故務民於農桑、薄賦斂、廣畜積、以實倉廩、備水旱、故民可得而有也、民者、在上所以牧之、趨利如水走下、四方無擇也、夫珠玉金銀、饑不可食、寒不可衣、然而衆貴之者、以上用之故也、其爲物輕微易藏、在於把握、可以周海內、而亡饑寒之患、此令臣輕背其主、而民易去其鄉、盜賊有所勸、亡逃者得輕資也、粟米布帛、生於地、長於時、聚於力、非可一日成也、數石之重、中人弗勝、不爲姦邪所利、一日弗得、而饑寒至、是故明君貴五穀而賤金玉、今農夫五口之家、其服役者不下二人、其能耕者、不過百畝、百畝之收、不過百石、春耕夏耘、秋穫冬藏、伐薪樵、治官府、給徭役、春不得避風塵、夏不得避暑熱、秋不得避陰雨、冬不得避寒凍、四時之閒、無日休息、又私自送往迎來、弔死問疾、養孤長幼在其中、勤苦如此、尚復被水旱之災、急政暴虐、賦斂不時、朝令而暮改、當其有者、半賈而賣、亡者取倍稱之息、於是有賣田宅、鬻

(1) Mutuari ii coguntur gravi usura.

honestatem pudoremque : hominis natura, si una die haud bis comedit, statim esurit, et si toto anno non facit vestes, jam alget; cumque venter esuriat quin obtineat esum, cutis algeat quin inveniat vestes, vel dulcis mater nec poterit conservare suum filium, princeps qui poterit sic tenere suum populum? Sagax monarcha scit rem ita esse, ideo applicat populum ad agriculturam et moros, imminuit vectigalium exactionem, amplificat recondendorum collectionem, ad implendum granaria et horrea et prospiciendum inundationi et siccitati, indeque populum poterit tenere. Populus iste, pendet a superior quo modo regat ipsum : contendit lucrum sicut aqua petit ima, cujuslibet regionis nullo selectu. Porro uniones, gemmas, aurum et argentum, famelicus non poterit comedere, et algens non poterit induere; et tamen omnes magnifaciunt ea, quia superior utitur eis, ideo scilicet. Hujusmodi res leves et parvæ facile reconduntur, positisque in pugno aut volis, poteris obire marium interiora, quin habeas esuriendi algendive sollicitudinem : id facit subditos leviter tergavertere suis dominis, atque populum facile relinquere suam patriam; latrones furesque habere unde alliciantur, et fugitivos obtinere leves opes. At fruges, oryza, tela, sericum, producuntur a terra, adolescunt cum tempore, colliguntur per vires, nec possunt una die perfici : aliquot decimodiarum pondus, ordinarius homo nequit ferre, non sunt facinorosus imbrobusque unde lucretur : at una die non præsto, jam fames et frigus aderunt. Hac de causa, sagax princeps magnifacit quinque fruges, et parvipendit aurum gemmasque. Sed en agricultorum quinque capitum familia : horum servituri expeditionibus non plus quam duo viri; quæ poterunt colere non ultra centum jugera, et centum jugerum messis non ultra centum decimodias : vere arandum et æstate exherbandum, autumno metendum et hieme recondendum, et cædenda cremia et ramale, et componendo præfecti palatio offerenda servitii opera; vere non datur vitare ventorum pulverem, æstate non datur vitare calorum æstum, autumno non datur vitare pluvium imbrem, hieme non datur vitare frigidam brumam, et quatuor temporum spatio, nulla dies tranquilla quiescit. Insuper privati propria, comitari abeuntem et excipere venientem, complorare mortuis et salutare infirmos, educare pupillum et elevare puellum, ponenda inter hæc. Labore fatigati in hunc modum, adhuc præterea recipient inundationis siccitatisve calamitates, urgentis administrationis crudelem vexationem, vectigalium exactionem alieno tempore, matutina jussa vespere immutata. Tunc qui habent, dimidio pretio vendent; non habentibus subducetur dupla commodati usura (1), ex quo aliqui ven-

Digitized by Google

漢以償債者矣、而商賈、大者積貯倍息、小者坐列販賣、操其奇贏、日游都市、乘上之急、所賣必倍、故其男不耕耘、女不蠶織、衣必文采、食必粱肉、亡農夫之苦、有阡陌之得、因其富厚、交通王侯、力過吏勢、以利相傾、千里游敖、冠蓋相望、乘堅策肥、履絲曳縞、此商人所以兼并農人、農人所以流亡者也、今法律賤商人、商人已富貴矣、尊農夫、農夫已貧賤矣、故俗之所貴、主之所賤也、吏之所卑、法之所尊也、上下相反、好惡乖迕、而欲國富法立、不可得也、方今之務、莫若使民務農而已矣、欲民務農、在於貴粟、貴粟之道、在於使民以粟爲賞罰、今募天下入粟縣官、得以拜爵、得以除罪、如此、富人有爵、農民有錢、粟有所渫、夫能入粟以受爵、皆有餘者也、取於有餘以供上用、則貧民之賦可損、所謂損有餘、補不足、令出而民利者也、順於民心、所補者三、一曰主用足、二曰民賦少、三曰勸農功、今令民有車騎馬一匹者、復卒三人、車騎者、天下武備也、故爲復卒、神農之教曰、有石城十仞、

(1) Sericas trahere vestes.

(2) Mercatores duplo plures ac agricolæ.

(3) Lex erat, ut familia, quæ unum pro curru aut equitatione offerret equum, a tribus militiæ dandis viris eximeretur.

Digitized by Google

dent agros et domum, et vendent filios nepotesque ad reddenda debita. At vero mercatores negotiatoresque, magni, congregando recondendoque duplicantes lucra, parvi, sedendo exponendoque facientes commercium, assumptis suis miris lucrificis, quotidie peragrant urbes et fora, abutentesque magnatum necessitatibus, quicquid vendunt exigunt duplum. Quapropter eorum filii non arant sarriuntve, filiæ non alunt bombyces texuntve, vestes omnino elegantes et splendidæ, esui certe sorghum et carnes, et sine agricultorum laboribus, habent agrorum lucra; et quia ipsi divitiis opulenti, amicitia communicare regibus et marchionibus, potentiaque superantes præfectorum auctoritatem, cum pecuniis se mutuo deprimere; et mille stadiis vagi spatiantes, pileati umbelliferi mutuo consalutare, vehi firmis curribus, stimulare corpulentos equos, calceari bombyce, trahere serica (1). En mercatores homines ob quid duplo complectuntur agricultores (2), et agricultores cur dilabentes evanescunt. Atqui legum statuta parvifaciunt mercatores, et mercatores jam opulenti et nobiles; magnifaciunt agricultores, et agricultores jam pauperes vilescunt : ergo vulgus quod æstimat, monarcha quod contemnit scilicet, et administri quod vilipendunt, leges quod æstimant scilicet; superioribus inferioribusque mutuo contrariis, amoribus et odiis contrario oppositis, adhuc velle regnum ditescere legesque stare, non poterit obtineri jam. In præsentiarum studium, nullum potius sit quam ut populus incumbat agriculturæ et nil aliud : sed ut populus incumbat agriculturæ, pendebit ab æstimatione frugum, et æstimandi fruges via erit in efficiendo ut populus habeat fruges pro præmiis et pœnis. Porro si edicatur toti imperio, afferentes fruges districtus gubernatori, obtenturos sic augeri dignitate, obtenturos sic eximi crimine; ita, ditiores homines habebunt dignitatem et agricola popellus habebit pecuniam, et fruges habebunt quo distrahantur : cumque valentes inferre fruges ad accipiendas dignitates, omnes habeant superabundantes scilicet, sumendo ab habentibus superabundantes ad suppetendum superiorum usui, jam pauperis popelli vectigal poterit diminui; quod dicitur demere habentibus reliquum et supplere non habentibus satis, edictum edere et populo commodare scilicet : et obsecundare populi voto, his satisfaciet tribus; primum scilicet monarchiæ usui suppetet, secundum nempe populi vectigal minuetur, tertium nimirum excitabitur agriculturæ opus. Præsens lex, civem habentem rhedarium vectariumve equum unum, compensaturum militiæ tres homines (3); rhedarii vectariique, imperii bellica supellex sunt, ideo sunt compensandis militibus. At Chen nong documentum aiebat : habeas lapi-

Digitized by Google

湯池百步、帶甲百萬、而亡粟、弗能守也、以是觀之、粟者、王者大用、政之本務、令民入粟受爵、至五大夫以上、迺復一人耳、此其與騎馬之功、相去遠矣、爵者上之所擅、出於口而無窮、粟者民之所種、生於地而不乏、夫得高爵與免罪、人之所甚欲也、使天下人入粟於邊、以受爵免罪、不過三歲、塞下之粟必多矣、

司馬相如上書諫獵　西漢文

相如從上至長楊獵、是時天子方好自擊熊豕、馳逐壄獸、相如因上疏諫曰、臣聞物有同類而殊能者、故力稱烏獲、捷言慶忌、勇期賁育、臣之愚、竊以爲人誠有之、獸亦宜然、今陛下好陵阻險、射猛獸、卒然遇逸材之獸、駭不存之地、犯屬車之清塵、輿不及還轅、人不暇施巧、雖有烏獲逢蒙之技、不得用、枯木朽株、盡爲難矣、是胡越起於轂下、而羌夷接軫也、豈不

ʿ壄 Yé, sylvestris, 野.

---

(1) Fruges requiruntur multæ ad redimendum unum hominem : sic gubernium frugibus abundabit.

(2) Han dynastia tunc ad confinia frequens adornabat bellum.

(3) Villæ tunc imperialis nomen. Imperator erat 武帝 : minister, Se ma

deos muros decies octipedes, ebullientes fossas centum passuum, ferentium loricam centum myriades; at desit frumentum, non poteris servare jam. Ex quo patet illud, frumentum, regnantis summam necessitatem, regiminisque proprium opus esse. Indicitor populo, afferentem frumentum recipiendæ dignitati attingenti quinti ordinis toparcham et ultra, tunc compensaturum unum hominem, quod quidem a vectarii equi merito, mutuo abest longe jam (1). Dignitates, superior quas disponit, emittuntur ab ore, adeoque carent termino : fruges, populus quas serit, gignuntur a terra, adeoque nec deficiunt : et illud obtinere altas dignitates atque redimere crimina, homines quod vehementer exoptant. Si imperii homines apportent fruges ad confinia ut recipiant dignitates redimantque crimina, haud ultra tres annos, sub confiniis annona certo multa erit (2).

---

45. SE-MA SIANG JOU, OBLATO LIBELLO, REPREHENDIT VENATIONEM.

Siang jou sequente imperatorem ad *Prolixum populetum* (3) venantem, eo temporis cœli filius incipiebat amare a se percutere ursos et apros, currendoque insequi feras belluas. Siang jou ideo, oblato libello, reprehendens ait : ego audivi entia esse ejusdem generis at diversæ facultatis; proptereaque viribus celebratur Ou houo, pernicitate prædicatur K'ing ki, strenuitate discernuntur Pen et Yu (4). Mea ruditas, præsumens cogitat, hominibus vere factis ita, belluas etiam debere ita. Nunc tua majestas amat appetere salebras et pericula, sagittatura feras belluas : at si improviso offendat excedentis facultatis belluam, formidoloso nulliusque sospitatis loco, invadentem sequacis currus illustrem pulverem (5), currui quin suppetat vertere temonem, homini quin vacet proferre consilium, licet habeatur Ou houo et Pong mong habilitas, nulli erit usui, et siccæ arboris putridus ramus plenæ erit difficultati; erit borealis australisve barbarus assurgens de sub modiolo, atque orientalis occiduusque excipiens latera (6) :

---

cognomine, nomine Siang jou.

(4) K'ing ki, Ou regni hæres princeps, quem pedestrem pater Ho liu 闔閭 eques assequi nequivit : 烏獲 et 孟賁 et 夏育, fortes antiquitatis viri.

(5) Sequacem currum nominat, ne imperialem ipsum designet.

(6) Siccus ramus viam obstruens significat, iis adjunctis omne impedimentum noxium fore : barbari cominus insurgentes designant præsens periculum.

Digitized by Google

殆哉、雖萬全而無患、然本非天子之所宜近也、且夫清道而後行、中路而馳、猶時有銜橛之變、況乎涉豐草、騁邱墟、前有利獸之樂、而內無存變之意、其爲害也不難矣、夫輕萬乘之重、不以爲安樂、出萬有一危之塗以爲娛、臣竊爲陛下不取、蓋明者遠見於未萌、而知者避危於無形、既固多藏於隱微、而發於人之所忽者也、故鄙諺曰、家粲千金、坐不垂堂、此言雖小、可以喻大、臣願陛下留意、幸察、

李陵答蘇武書　西漢文

子卿足下、勤宣令德、策名清時、榮聞休暢、幸甚幸甚、遠託異國、昔人所悲、望風懷想、能不依依、昔者不遺、遠辱還答、慰誨勤勤、有踰骨肉、陵雖不敏、能不慨然、自從初降、以至今日、身之窮困、獨坐愁苦、終日無親、但見異類、韋韝毳幕、以禦風雨、羶肉酪漿、以充飢渴、舉目言笑、誰與爲歡、胡地

橛, Kiué, sudes, postis in medio portæ ingressu : axis caput : frenum.
禍 Houo, idem ac 禍.
粲 Lei, idem ac 累.
韝 Keou, manica coriacea sagittariorum.
毳 T'choei, coactilia : tenuissimi animalium pili.

---

(1) Ad axis extrema infigere solent ligneum caput, quod rotæ modiolum ingreditur : hujusmodi caput, currûs cor, hic vero *kiué* appellatum, si ab asse refigitur, currus subvertitur.

Digitized by Google

qui non periculosum oh! Vel si perfecta incolumitas nilque adversi, attamen proprie non est cœli filius quod debet adire. Sed præterea expeditâ viâ tunc vero incedenti, planoque itinere excurrenti, adhuc aliquando accidunt frenorum axisque casus (1) : quanto magis pervadenti densos cespites, percurrenti collium abrupta, coram habenti lucrandi feram voluptatem, et intus carenti incolumitatis accidentium sollicitudine, huic fieri damna non difficile erit. Sic parvifacere decemmille quadrigarum pondus nec id habere securitati, et amare ingredi possibile habentem periculum viam idque habere voluptati, mihi assumo pro majestate tua non probare. Sane perspicaces longe prospiciunt in nondum germinata, et prudentes declinant periculum antequam appareat; infortunia certe multa latent in occultis exiguitatibus, atque erumpunt ad hominis negligentiam. Ideo rude adagium ait : domo cumulatis mille aureis, sedere noli declivi aula (2) : hoc dictum licet parvum, potest adhiberi præsentandis magnis. Ego velim majestas tua adhibeat curam, beatus si examinet.

---

46. DUCIS LI LING RESPONDENTIS MAGISTRATUI SOU OU EPISTOLA.

Tse k'ing reverendæ dominationi, indefesse prolatanti egregiam virtutem, datoque nomine clarissimo ævo (3), gloriosâ famâ feliciter inclarescenti, gratulor multum, gratulor multum. Peregre inniti alieno regno, hactenus homines quod miserantur; prospiciens auras (4) recolens animo, possumne haud efflictim desiderare? Antehac non rejecisti, et peregre dignatus reddere responsum, solari, condocere tanto studio, ut superaveris sanguinis necessitudinem; Ling licet minus perspicax, possim non suspirantis instar? Ex quo primum me dedidi usque ad præsentem diem, persona extremum oppressa, solus sedens mœrore consternor, totaque die nihil videns, tantum video alienum genus; coriaceæ manicæ villosaque tentoria ad vitandum ventum pluviamque, hircosæ carnes lacteusque liquor ad explendam famem sitimque; elatis oculis confabulando ridendoque, quicum habebo solatium?

---

(2) Sub subgrundio scilicet, qua declive pendet aulæ tectum, ne cadens tegula te jam divitem funestet.

(3) Magistratui nomen dare dicitur 策名. Sou ou, agnomine Tse k'ing, fuerat cum Li ling in expeditione contra Hunnos, ab eaque reversus, scribenti Li ling jam semel responderat.

(4) Eminus prospiciens scilicet.

Digitized by Google

玄冰、邊土慘裂、但聞悲風蕭條之聲、涼秋九月、塞外草衰、夜不能寐、側耳遠聽、胡笳互動、牧馬悲鳴、吟嘯成羣、邊聲四起、晨坐聽之、不覺淚下、嗟乎子卿、陵獨何心、能不悲哉、與子別後、益復無聊、上念老母、臨年被戮、妻子無辜、竝爲鯨鯢、身負國恩、爲世所悲、子歸受榮、我留受辱、命也何如、身出禮義之鄉、而入無知之俗、違棄君親之恩、長爲蠻夷之域、傷已、令先君之嗣、更成戎狄之族、又自悲矣、功大罪小、不蒙明察、孤負陵心、區區之意、每一念至、忽然忘生、陵不難刺心以自明、刎頸以見志、顧國家於我已矣、殺身無益、適足增羞、故每攘臂忍辱、輒復苟活、左右之人、見陵如此、以爲不入耳之歡、來相勸勉、異方之樂、秖令人悲、增忉怛耳、嗟乎子卿、人之相知、貴相知心、前書倉卒、未盡所懷、故復略而言之、昔先帝授陵步卒五千、出征絕域、五將失道、陵獨遇戰、而裹萬里之糧、帥徒步之師、出天漢之外、入彊胡之域、

笳 Kia, fistula e calamorum foliis.
鯨 K'ing, balæna mas. Balæna fœmina dicitur 鯢.
刎 Wen, decollare : secare.

---

(1) Nigrescit glacies, spissa valde scilicet. *Siao t'iao*, venti sibilum exprimit.
(2) Balæna, uti noxium habetur animal, proindeque occidendum.

Digitized by Google

Hunnorum terris nigrescit glacies, confiniumque humus constricta scinditur, tantum auditur molesti venti acute sibilantis vox (1), frigidulæque autumnitatis nona luna, confinia extra plantæ arescunt. Nocte haud compos dormiendi, si conversa aure longe audiam, Hunnorum calamis simul concitatis, pascentibusque equis dolenter hinnientibus, magnoque strepitu factis agmen, confinium fragor undequaque assurgit; et mane sedenti, audito eo, quin persentiam lacrymæ decidunt. Heu, heu! Tse k'ing, Ling at quodnam cor ut posset non contristari? A te postquam distractus, magis adhuc defeci alacritate; sursum cogito senescentem matrem, imminentem annositati fuisse occisam, et uxorem filiosque innocentes simul factos noxias balænas (2), meque frustratum gubernii beneficia factum sæcula cui miserantur. Et te reversum accipere gloriam, et me manentem subire dedecus; fatum quid ita! Et ipsum natum decori æquitatisque patria, sic intrasse nihil scientium vulgus, abjectisque principis parentumque beneficiis, perpetuo fieri barbararum tribuum habitatorem, dolendum jam! at fecisse ut defuncti genitoris hæres contra fiat borealis barbari progenies, magis ipsi dolendum sane! — Meritum magnum culpa modica non obtinuit clare examinari, et irritum frustratum Ling cordis tenue propositum (3) : vix ut cogitatio incidit, continuo obliviscor vitam. Et mihi haud difficile transfodere cor ad me declarandum, et præcidere collum ad ostendendum animum; at respiciendo patrium gubernium de me egisse jam, abrumpere vitam nil prodesset, potiusque valeret ad augendum pudorem : quapropter toties exerens brachia sustineo opprobrium, statimque resumo temere vitam. Hinc inde homines videntes Ling talem, adductis quæ non intrant aures solatiis, veniunt illum hortari et animare : at alienæ regionis solatia unice faciunt hominem tristari, augentque cordis angorem scilicet. — Heu, heu! mi Tse k'ing, homines mutuo amici magnifaciunt mutuo agnoscere cor : superior epistola præpropere festinata, nondum exhausit quæ corde foveo; quapropter iterum breviter dicam ea. Olim defunctus rex (4) tradidit mihi pedites milites quinque mille, egressuro pugnare in dissita regione : quinque duces aberrarunt via, et Ling solus offendi prælium, atque obvoluto decemmille stadiorum viatico, ducens peditum militum copias, exii Han regnum extra (5), ingressusque

---

(3) Ejus consilium erat, interim se subdere ad ultionem referendam.

(4) 武帝 : scripta epistola sub 昭帝.

(5) 天漢, Ou imperatoris regni nomen.

Digitized by Google

以五千之衆、對十萬之軍、策疲乏之兵、當新羈之馬、然猶斬將搴旗、追奔逐北、滅跡掃塵、斬其梟帥、使三軍之士、視死如歸、陵也不才、希當大任、意謂此時、功難堪矣、匈奴既敗、舉國興師、更練精兵、彊踰十萬、單于臨陣、親自合圍、客主之形、既不相如、步馬之勢、又甚懸絕、疲兵再戰、一以當千、然猶扶乘創痛、決命爭首、死傷積野、餘不滿百、而皆扶病、不任干戈、然陵振臂一呼、創病皆起、舉刃指虜、胡馬奔走、兵盡矢窮、人無尺鐵、猶復徒首奮呼、爭爲先登、當此時也、天地爲陵震怒、戰士爲陵飲血、單于謂陵不可復得、便欲引還、而賊臣教之、遂使復戰、故陵不免耳、昔高皇帝以三十萬衆、困於平城、當此之時、猛將如雲、謀臣如雨、然猶七日不食、僅乃得免、況當陵者、豈易爲力哉、而執事者云云、苟怨陵以不死、然陵不死、罪也、子卿視陵、豈偷生之士、而惜死之人哉、寧有背君親、捐妻子、而反爲利者乎、然陵不死有所

搴 K'IEN, extirpare : contrahere : minuere : capere : cognomen.

(1) Summa facilitate.
(2) Hunnorum rex.
(3) 乘痛 insidere, inniti doloribus.

Digitized by Google

fortium Hunnorum limites, cum quinque millium agmine obstiti decem myriadum exercitui, stimulansque lassos fatiscentesque milites, restiti recenter frenatis equis, et sic adhuc occidi ducem abstuli vexillum, insecutus fugientes institi victis, delens vestigia everrensque pulverem (1), concidi illos feros strategos. Fecisse ut trium legionum milites respicerent mortem uti domuitionem, Ling quidem haud habilis, raro gerens magnum munus, puto dicendum hoc tempore meritum difficile comparari. At barbari Hunni jam profligati, toto regno collegerunt copias, magisque exercuerunt selectos milites, fortitudine superantes decem myriades, et Chan yu (2) imminens agmini, ipsa persona undequaque obsedit. Advenæ dominique conditione jam haud invicem pari, peditum equorumque status adhuc magis longe distabat : fatiscentes milites renovarunt conflictum, unus ut contra mille; et tamen adhuc sustinentes prementesque vulnera et dolores (3), prodigi vitæ contenderunt primas : mortui vulneratique congesti campis, superstites nec explebant centum, et omnes sustinentes morbum nequibant ferre scutum et lanceam; et tamen Ling moto brachio ut nici, vulnerati infirmique omnes surrexerunt, elevantesque gladium indicarunt perfugas, et Hunnorum equites fuga abierunt : arma exhausta sagittæ absumptæ, homines nec habebant palmum ferri; et tamen adhuc solo corpore eniti, inclamare, contendere esse primos incursui. — Ad istud temporis, cœlum et terra pro Ling concitarunt iras, bellantesque milites pro Ling ebiberunt sanguineas lacrymas : Chan yu dicens Ling non posse jam capi, statim volebat ducere reditum, cum sceleratus proditor edocuit eum, statimque fecit renovare conflictum (4), adeoque Ling non effugiit. — Olim Kao imperator cum triginta myriadibus militum angustatus in P'ing t'cheng; in eo tempore, feri duces velut nubes, consiliosi ministri velut pluvia, et tamen adhuc septem dies nil comedit, vixque dein obtinuit evadere : quanto magis sub Ling, qui facile exerere vires? Et tamen tenentes administrationem passim dicunt : vere indignandum (5) Ling duci quod non occubuerit! Ita Ling non occubuisse, peccatum fuit. At Tse k'ing consideret Ling, num subripientem vitæ militem, atque ægre ferentem mortis hominem? Qui unquam terga verterim principi et parenti, abjecerim uxorem filiosque, et contra habuerim lucro? Ita Ling non occubuisse, habuit aliquod motivum scilicet : consulto volebam, juxta

---

(4) Proditor, 管敢 vocabatur, qui olim Hunnorum captivus, nunc horum regem monuit, Han exercitum supestites jam paucos habere milites.

(5) Illud 苟, plures in 每 mutatum volunt.

Digitized by Google

爲也、故欲如前書之言、報恩於國主耳、誠以虛死不如立節、滅名不如報德也、昔范蠡不殉會稽之恥、曹沫不死三敗之辱、卒復句踐之讐、報魯國之羞、區區之心、竊慕此耳、何圖志未立而怨已成、計未從而骨肉受刑、此陵所以仰天椎心、而泣血也、足下又云、漢與功臣不薄、子爲漢臣、安得不云爾乎、昔蕭樊囚縶、韓彭葅醢、鼂錯受戮、周魏見辜、其餘佐命立功之士、賈誼亞夫之徒、皆信命世之才、抱將相之具、而受小人之讒、竝受禍敗之辱、卒使懷才受謗、能不得展、彼二子之遇舉、誰不爲之痛心哉、陵先將軍、功略蓋天地、義勇冠三軍、徒失貴臣之意、到身絕域之表、此功臣義士、所以負戟而長歎者也、何謂不薄哉、且足下昔以單車之使、適萬乘之虜、遭時不遇、至于伏劍不顧、流離辛苦、幾死朔北之野、丁年

(1) Fan li erat Yué regni sapiens : ejus rex Keou tsien ab Ou regni rege profligatus anfugit in Koei ki, sed septem post annos, Fan li stratagemate usus, Ou regnum debellavit. T'sao mei erat Lou regni dux : cum T'si regno pugnans ter cæsus terras amisit; sed duobus regulis mox inito fœdere, cum pugione T'si Hoan regulum aggressus ad terras restituendas adegit.

(2) 蕭何 minister, a Kao tsou petita in populi gratiam villa, in vincula conjectus fuit : 樊噲 strategus, apud Kao tsou calumnia imbutus, carceri mancipatus. 韓信 volens rebelli respondere detectus et obtruncatus fuit : 彭越 rebellans, a Kao tsou venia vix donatus, cum consanguineis occisus fuit. T'chao t'so suaserat regi attenuare nimiam regulorum potentiam : sex reguli mox rebellarunt, postularuntque suasoris caput. 周勃 minister munere dejectus, mox

Digitized by Google

superioris epistolæ dicta, retribuere beneficia regni domino; vere quod inutilis mors non valet instituere meritum, et delere nomen haud tanti ac retribuere beneficia. Olim Fan li haud commoriente Koei ki regionis opprobrio et T'sao mei haud commoriente triplicis cædis dedecori, tandem vindicata Keou tsien regis injuria et ulta Lou regni ignominia (1) : tenuis modicusque animus secreto amabat hæc. Qui cogitassem, proposito nondum instituto, indignationem jam fore completam, consilio nondum obsequente, intimas necessitudines recepturas fore supplicium? En Ling cur suspiciens cœlum obtundat cor atque lacrymetur sanguinem. Dominatio tua etiam ait Han cum benemeritis ministris non parcum. Tu factus Han minister, qui posses non dicere ita? At olim Siao et Fan mancipati vinculis, Han et P'ong frustatim concisi, T'chao t'so subivit mortem, Tcheou et Wei receperunt damnationem; et alii ceteri adjuvantes destinationem comparantesque merita heroes, Kia i et Ya fou e genere, omnes vera imponentia sæculo ingenia, complectentes ducum ministrorumque facultates, tamen excepta vulgaris homulli calumnia, æque subierunt infortunii dejectionisque dedecus, et in finem factum ut recondentibus dotes subeuntibus obtrectationem, habilitates non potuerint explicari (2) : istorum duorum heroum extensas facultates, ecquis non pro eis deplorat animo? Meus progenitor dux exercitus, meritis consiliisque obtexerat cœlum terramque, virtute et fortitudine cooperuerat tres legiones; vix fefellit nobilis ministri votum, perdidit vitam, dissitam regionem extra (3). En benemeriti administri generosique duces, qua de causa succollata lancea longe sint suspirantes : et quomodo dicis non parcum? Sed et tua dominatio olim cum uno curru missa, adivit decemmille quadrigarum perfugas, nactaque tempus non propitium, factum ut incumbere ensi neque curaret, vaga pererraverit cruciata doloribus, propeque occubuerit borealis oræ campis (4); florenti ætate recepta missione, cano capite

calumnia impetitus occisus fuit : 魏其 marchio, quod in regia ministro maledixerit, in foro obtruncatus fuit. Kia i, dum a Wen imperatore in Summatum numerum vocaretur, aulicorum invidia impetitus, dimissus fuit : 周亞夫 minister, ab aulico passim accusatus, cum e munere ob morbum abierit, in vincula conjectus expuit sanguinem et mortuus est.

(3) 李廣 magnus sed non satis honoratus dux, quem Hunni vocabant volantem tigridem, 飛虎將軍, cum a superiore duce 衛青 contra illos missus a via aberraverit, indeque objurgatus fuerit, gladio se jugulavit.

(4) Sou ou contra Hunnos missus et ad deditionem coactus gladio se perempturus erat, cum a nece impeditus ad borealis maris desertum missus fuit.

Digitized by Google

奉使、皓首而歸、老母終堂、生妻去帷、此天下所希聞、古今所未有也、蠻貊之人、尚猶嘉子之節、況爲天下之主乎、陵謂足下、當享茅土之薦、受千乘之賞、聞子之歸、賜不過二百萬、位不過典屬國、無尺土之封、加子之勤、而妨功害能之臣、盡爲萬戶侯、親戚貪佞之類、悉爲廊廟宰、子尚如此、陵復何望哉、且漢、厚誅陵以不死、薄賞子以守節、欲使遠聽之臣、望風馳命、此實難矣、所以每顧而不悔者也、陵雖孤恩、漢亦負德、昔人有言、雖忠不烈、視死如歸、陵誠能安、而主豈復能眷眷乎、男兒生以不成名、死則葬蠻夷中、誰復能屈身稽顙、還向北闕、使刀筆之吏、弄其文墨耶、願足下勿復望陵、嗟乎子卿、夫復何言、相去萬里、人絕路殊、生爲別世之人、死爲異域之鬼、長與足下、生死辭矣、幸謝故人、勉事聖君、足下胤子無恙、勿以爲念、努力自愛、時因北風、復惠德音、李陵頓首、

(1) Sou ou mansit apud Hunnos novendecim annos : eo temporis mater defuncta, uxor ad alias nuptias convolavit.

(2) Imperialis Telluris ara quinque coloribus terrâ conflabatur : ex ea imperator frustulum detrahebat stramineque involutum ei donabat, quem regionis illi colori respondentis regulum creabat.

(3) 典屬國, magistratus sub Han, bis mille decimodias pro censu habens.

(4) Sou ou illum ad reditum hortatus fuerat.

Digitized by Google

sociantur (1). — Exhauriens obtutum contuitumque in medium cœlum, complensque oblectamenta et deambulationes per vacivum diem, cœlo alto terraque extensa, sentio universum orbem carere limite, et allubentia exhausta mœrore accedente, cognosco plenum vacuumque habere mensuram : prospicio T'chang ngan ad solis radices, indico Ou hoei in nubium medio (2); terræque forma deficiente, australe pelagus fit profundius, cœlique fulcro prælto, borealis ursa distantior (3) : claustra et montes difficile transiliuntur, et quis dolet aberrantes via homines? Ut lemna aquis mutuo occurrentes, omnes sunt alterius patriæ hospites (4), aspirantes ad imperatoris januam quin tamen viderint, recepturi rescriptorum curiam ad qualem annum (5)? Heu, heu! temporis fortuna haud æqualis, fatique viæ multum aberrant : Fong t'ang facile senuit, Li koang difficile promotus; depressus Kia i in *Prolixa arena*, non quod deesset sapiens monarcha, et exulante Leang hong ad maris sinus, num defecerat clarum ævum (6)? — Sed quo est innitendum, sapientem virum acquiescere paupertati, et penetrantem hominem intelligere Providentiam : senescens debebis magis convalescere, qui cogitaveris cani capitis ideam? exhaustus imo magis consistes, ne concidant sublimium regionum proposita; bibens *cupiditatis aquas* adhuc sentiaris abstinax, et manens arida orbita, sic etiam læteris (7) : boreale mare licet dissitum, venti vi poterit apprehendi, et eoa plaga jam trajecta, morus et ulmus non vesperascit (8). Mong t'chang sublimiter purus, incassum fovit retribuendi patriæ animum, Yuen tsi insipienter stultescentis num imitabimur de obstructa via ploratum (9)? — P'o trium palmorum tenuis vivens,

---

navit, et tandem in *rescriptorum curiam* advocavit.

(6) Fong t'ang cano capite vix administrum, Han Wen imperator equitem creavit : Leang hong, a gratioso aulico denigratus, fuit sub 魏武 imperatore ad boreale mare missus.

(7) In 廣州 est fons, quem bibens, etiamsi abstinax, cupidus fieri dicitur. Piscis manens arida orbita, e Tchoang tse dictis excerptus, hominem indicat difficultatibus hærentem.

(8) 扶搖, ex Tchoang tse scriptis, 風勢 significat. 東隅 et 桑榆, ex consolatorio quodam 漢光武 imperatoris scripto, ortus et occasus indicant locum, 可謂失之東隅, 收之桑榆.

(9) Mong t'chang, nomine 伯周, sub Han 順 imperatore, insignis puritatis præfectus, non fuit ulterius promotus. Yuen tsi e 晉 civis, amabat vehi curru, et ad obstructam quamque viam plorare et redire.

Digitized by Google

命、一介書生、無路請纓、等終軍之弱冠、
有懷投筆、慕宗慤之長風、舍簪笏於百
齡、奉晨昏於萬里、非謝家之寶樹、接孟
氏之芳隣、他日趨庭、叨陪鯉對、今晨捧
袂、喜托龍門、楊意不逢、撫淩雲而自惜、
鍾期既遇、奏流水以何慚、嗚呼、勝地不
常、盛筵難再、蘭亭已矣、梓澤丘墟、臨別
贈言、幸承恩於偉餞、登高作賦、是所望
於羣公、敢竭鄙誠、恭疏短引、一言均賦、
四韻俱成、滕王高閣臨江渚、佩玉鳴鸞
罷歌舞、畫棟朝飛南浦雲、朱簾暮捲西
山雨、閒雲潭影日悠悠、物換星移幾度
秋、閣中帝子今何在、檻外長江空自流、

纓 Ying, funiculus : pilei vittæ sub mento colligatæ, offendimentum : sacculus odoramentorum.

簪 Tchen, acus crinalis.

坵 K'ieou, vulgo pro 丘, collicullus : vacuus.

(1) Sub Han dynastia, Tchong kiun, vicennis (tunc enim pileo adolescens donabatur, 冠) petiit ab imperatore longum funiculum, ut vinctum ei afferret barbarum Yué (南越) tribûs regem. Sub eadem dynastia, 班超, *abjecto* scribæ *penicillo*, ad longinqua aspirans merita, reapse creari obtinuit 定遠侯. Petenti patruo, Tsong k'io e Song dynastia respondit se velle *prolixo vento* usum, decem mille stadiorum lacessere fluctus, et postea revera strategus factus est.

(2) Projectis divitiis et nobilitate, ministrabo patri meo in 交趾 munere fungenti.

(3) 謝玄 respondit patruo se velle comparari pretiosæ orchideæ (芝蘭玉樹) ad aulæ scalas; Mentsii mater ter mutavit pro filio sedem, donec invenerit bonos vicinos : Confucii filius, *Li* vocatus, percurrens aulam patris documenta recepit; sub Han 李膺 ita se elevaverat, ut ab eo excipi diceretur *ascendere*

Digitized by Google

unus tantillus litterarum alumnus, deficio via petendi *funiculum*, at æquo Tchong kiun strategi vicennem ætatem, et habens animum *projiciendi penicillum*, amo Tsong k'io strategi *prolixum ventum* (1): projectis cnasone et tessera ad centum annos, ministrabo mane et vespere ad decemmille stadia (2); minime Slé familiæ pretiosa arbor, inveni Mong matris præstantes vicinos: alia die percurrens aulam, verecundus associabor *Cyprini* responsis, hoc mane conjunctis manicis, lætus innitor *Draconis* porta (3). Yang i suffragatorem haud nactus, tractans *Contendentem nubes* me deploro; Tsong k'i laudatorem cum offenderim, offerre *Defluentem aquam* quid erubescam (4)? — Heu, heu! præstans locus haud perennis, lautumque convivium difficile repetetur; *Orchideæ absis* præteriit jam, *Catalpæque irrigua* ruderata sterilescunt (5) : prope discessum dans valedictum, fortunate accepi gratiam in magnifico epulo; ascendentes alta facere versus, est quod spero a frequentibus magnatibus : ausus exhaurire humilem voluntatem, reverenter offero breve proœmium, unaque vocula associans cantum, quatuor rhythmi simul perficiuntur :

T'eng regis excelsa contignatione imminente amnis insulis, accincti gemmis tinnientiaque tintinnabula cessarunt cantum et choream :
At picturatum culmen mane evolans, est australis oræ nubes; miniatæ transennæ vespere convolutæ, sunt occidui montis aqua.

Vaciva nubes lacunam inumbravit tempore longe diuturno, naturæ mutatio astrorumque cursus quot transegit autumnos?
Et contignationem intra, regius filius nunc ubinam est? Cancellos extra, prolixus amnis incomitatus ipse fluit (6).

Draconis portam. Ait ergo se nullo merito proximare tam præstantes convivas, moxque apud patrem diversurum interim sese committere Yen domini patrocinio.

(4) 司馬相如. elucubrato 後雲賦, suffragatorem habuit 楊得意, statimque inclaruit. 伯牙 pulsans lyram cogitabat in *defluentem aquam*, cum 鍾子期 exclamavit : 洋洋乎若江河.

(5) *Orchideæ absis*, in quam 王羲 fecit proœmium : *Catalpæ irrigua*, dicebatur 石崇 celeber hortus.

(6) Regiæ contignationis festa jamdiu cessarunt; at contignationis excelsum culmen adhuc refert mane volantem nubem, et transennæ, cum vespere convolvuntur, referunt adhuc crispantes aquas. Diu substitit jam res, at homo non superest.

Digitized by Google

與韓荆州書

李白

白聞天下談士相聚而言曰、生不用封萬戶侯、但願一識韓荆州、何令人之景慕、一至於此、豈不以周公之風、躬吐握之事、使海內豪俊、奔走而歸之、一登龍門、則聲價十倍、所以龍蟠鳳逸之士、皆欲收名定價於君侯、君侯不以富貴而驕之、寒賤而忽之、則三千之中有毛遂、使白得穎脫而出、卽其人焉、白隴西布衣、流落楚漢、十五好劍術、徧干諸侯、三十成文章、歷抵卿相、雖長不滿七尺、而心雄萬夫、皆王公大人、許與氣義、此疇曩心跡、安敢不盡於君侯哉、君侯制作侔神明、德行動天地、筆參造化、學究天人、幸願開張心顏、不以長揖見拒、必若接之以高宴、縱之以清談、請日試萬言、倚馬可待、今天下以君侯爲文章之司

蟠 Fan, vermes in hydriarum fundo. P'an, sese in spiram colligere, sinuare.

隴 Long, magnus agger.

曩 Nang, olim.

侔 Meou, æqualis.

(1) 韓朝宗, dum ageret 荆州 præfectus, omnium amorem æstimationemque sibi conciliaverat : ideo Li pé, ei se commendat.

(2) Tcheou Dux intra refectionem ter expuit buccellam, et inter balneum ter capillos raptim collegit, ut adventantes litteratos exciperet.

(3) Cum Mao soei, unus e ter mille convivis, se comitem ad T'chou auxilium implorandum obtulisset, 平原君 sic ei respondit : præstantes litterati sunt in mundo sicut subula in sacco, quæ statim suam cuspidem revelat ; de te porro

Digitized by Google

55. DATA HAN KING TCHEOU PRÆFECTO EPISTOLA.

Pé, audivi totius imperii eloquentes litteratos simul congressos ad loquendum dixisse, in vita nil attinere promoveri decemmille familiarum Marchionem, tantum desiderandum semel cognoscere Han king tcheou (1): quomodo feceris homines suspicere et amare, recta usque adeo? Certe quidem juxta Tcheou Ducis morem, exequens expuendi colligendique actionem (2), fecisti ut maria intra præstantes viri, confugientes confluerent istuc, utque ascenderint excelsam domum, statim nomine valerent decuplo magis; proptereaque draconi se circumvolventi aquilæque circumvolanti similes litterati, omnes volunt recipere famam et statuere meritum apud excellentiam tuam. — Excellentia tua si nec ob nobilitatem divitiasque effert sese, nec ob miseriam humilitatemque despicit eos, tunc trium millium medio erit Mao soei; et si Pé obtinebit subulam erumpere foras, scilicet is homo erit (3). Pé, e Long-si tela vestitus, agitavi sedem in T'chou et Han; quindecim annorum amabam ensis præstigias, et quaquaversum insultabam regulis (4); triginta annorum perfectus litteraria lucubratione, lacessebam ministros imperii; licet statura nec attingat septem pedes, tamen animus valet decemmille viros, simulque reges ducesque magnatesque fassi concesserunt spiritus generositatem : hanc transacto tempore animi conditionem, qui ausim non effundere coram excellentia tua? Excellentia tua componendis lucubrationibus æquiparat spirituales intelligentias, virtutis actione commovet cœlum terramque, penicilloque accedit creanti transformantique, scientiaque scrutatur cœlum et homines : fortuner ut velis expandere et dilatare cor et vultum, nec, quod protraham reverentiam, fiam repulsus (5); et omnino si, excepto me per solemne convivium, permittas me uti puris sermonibus, velis per diem tentare millenas quæstiones, et conscenso equo poteris expectare (6). Nunc toto imperio habente excellentiam tuam uti

nihil hoc usque audivi. Ad quod ille : si in sacco collocari obtineam, non cuspidem modo, sed ipsum manubrium revelabo : est autem 穎 subulæ manubrium.

(4) E paupere domo, erravi in T'chou et Han; addictus ensis eminus injiciendi præstigiis, regulos non verebar.

(5) Regionis homines, ad summi ministri occursum, amplam reverentiam non vero prostrationem exhibebant.

(6) 袁宏, jussus in boreali expeditione exarare scripturas, statim insidens equo currente calamo egregie confecit septem chartas, ut qui assistebat, hominis miraretur dexteritatem.

Digitized by Google

命、人物之權衡、一經品題、便作佳士、而今君侯、何惜階前盈尺之地、不使白揚眉吐氣、激昂青雲耶、昔王子師爲豫州、未下車、卽辟荀慈明、旣下車、又辟孔文舉、山濤作冀州、甄拔三十餘人、或爲侍中尙書、先代所美、而君侯亦一薦嚴協律、入爲祕書郎、中閒崔宗之、房習祖、黎昕、許瑩之徒、或以才名見知、或以淸白見賞、白每觀其銜恩撫躬、忠義奮發、白以此感激、知侯推赤心於諸賢之腹中、所以不歸他人、而願委身國士、倘急難有用、敢効微軀、且人非堯舜、誰能盡善、白、謨猷籌畫、安能自矜、至於制作、積成卷軸、則欲塵穢視聽、恐雕蟲小技、不合大人、若賜觀芻蕘、請紿紙筆、兼之書人、然後退掃閒軒、繕寫呈上、庶青萍結綠、長價於薛、卞之門、幸推下流、大開獎飾、唯君侯圖之、

春夜宴桃李園序　　李白

夫天地者、萬物之逆旅、光陰者、百代之過客、而浮生若夢、爲權

甄 Tchen, figulus : informare : discernere.

(1) Wang tse che sub orientali Han : Siun t'se ming, agnomine 爽 : K'ong wen kiu, agnomine 融 : Chan t'ao e Tsin dynastia.

(2) 軸 exprimit convolutas super bacillum chartas.

(3) *Viridans lemna*, ensis nomen; *coalescens viride*, gemmæ nomen; 薛燭

litterariæ lucubrationis decidentem sortem, et cujusque meriti stateram, ut quis transierit æquum judicium, statim evadit excellens litteratus; sic vero excellentia tua qui deplorabit pro scalis unius palmi spatium, ne facias Pé explicato supercilio et exhalato æstu gratum suspicere puras nubes? Olim Wang tse che administraturus Yu provinciam, antequam excenderit curru, statim promovit Siun t'se ming, cumque excenderit curru, præterea promovit K'ong wen kiu; Chan t'ao agens Ki tcheou prætorem, elegit extulitque tringinta et amplius viros, et aliqui fuerunt secundi primive tribunalis præsides; et superiores dynastiæ eos laudarunt (1) : atque excellentia tua etiam semel suffragata Yen yé liu, immisit facere regium secretarium; intereaque loci, T'soei tsong tse, Fang si tsou, Li hin, Hiu yong e genere, alii ob ingenii famam fuere agniti, alii ob claram puritatem fuere præmiati. Pé passim video illos tenaces beneficii excutere sese, fidelique generositate eniti progressum : Pé de hoc commotione cieor; sciensque excellentiam tuam transmittere nudum cor in omnium sapientum viscera intima, propterea non confugi ad alium hominem, atque volo committere me imperii litterato, ut si urgenti difficultate sim usui, ausim impendere tenuem personam. Sed homo, nisi Yao et Choen, quis pollet absoluta perfectione? et Pé animi consilia mentisque molimina, quî possem ipsemet jactare? At quod ad compositas lucubrationes, collectæ conficiunt volumina et tabellas (2); proindeque vellem pulvere fœdare tuum visum auditumque, sed timeo ne cælandi vermiculum tenuis habilitas non congruat magno viro. Quod si digneris conspicere cremia et fœnum, velis dare papyrum et penicillos cumque his scribentem aliquem, tunc vero secedens everram vacivam zotheculam, concinneque transcriptas offeram tibi, ut *viridans lemna* et *coalescens viride* crescant pretio apud Sié et Pien familias (3). Fortunabor, si promovens deorsum defluentem, largiter pandas præmiandi splendorem; at excellentia tua perpendet id.

---

56. VERNA NOCTE CONVIVANTIS PERSICORUM PRUNORUMQUE HORTO PROŒMIUM.

Istud cœlum et terra sunt omnium rerum excipiens diversorium, et lux tenebræque, centum generationum pertransientes hospites; jamque fluctuans vita videtur somnium, et facere volupe quamdiu est? Quapropter an-

---

peritus dignoscere enses, 卞 和 peritus dignoscere gemmas.

Digitized by Google

幾何、古人秉燭夜遊、良有以也、況陽春召我以烟景、大塊假我以文章、會桃李之芳園、序天倫之樂事、羣季俊秀、皆爲惠連、吾人詠歌、獨慚康樂、幽賞未已、高談轉清、開瓊筵以坐花、飛羽觴而醉月、不有佳作、何伸雅懷、如詩不成、罰依金谷酒數、

弔古戰場文

李華

浩浩乎平沙無垠、夐不見人、河水縈帶、羣山糾紛、黯兮慘悴、風悲日曛、蓬斷草枯、凜若霜晨、鳥飛不下、獸鋌亡羣、亭長告余曰、此古戰場也、常羯三軍、往往鬼哭、天陰則聞、傷心哉、秦歟漢歟、將近代歟、吾聞夫齊魏徭戍、荆韓召募、萬里奔走、連年暴露、沙草晨牧、河冰夜渡、地闊天長、不知歸路、寄身鋒刃、腷臆誰訴、秦漢而還、多事四夷、中州耗斁、無世無之、古稱戎夏、不抗王師、文教失宣、武臣用奇、奇兵有

垠 Yn, Hen, agger parvus : ripa : margo.
夐 Kiong, remote, longe, 迥.
曛 Hiun, crepusculum vespertinum.
鋌 T'ing, concitatus gressus.
募 Mou, undequaque perquirere: advocare.
腷 Pi, animi sensa non transmittere seu revelare.
臆 I, pectus.

(1) Antiquum carmen aiebat : 晝短苦夜長, 何不秉燭遊.
(2) Magnæ moles, cœlum et terra.
(3) 謝靈運, factus K'ang lo marchio : ejus frater minor vocabatur Hoei

Digitized by Google

tiquos homines apprehensa face noctu spatiari, revera habebat motivum (1). Eo magis quod tepidum ver attrahit nos per vaporosum aspectum, et magnæ moles commodant nobis elegantem ornatum (2) : congregati persicorum prunorumque fragranti horto, exponimus naturalis vinculi jucundas res; omnes fraterculi præstantes expolitique, æque sunt Hoei lien, et ego qui canto carmen, solus erubesco K'ang lo (3). Umbratica oblectatione pondum finita, elevatus sermo vertitur purior, et aperto gemmeo convivio dum insidemus flores, circumvolat pennatus crater ad inebriandam lunam (4). At nisi sint pulchræ lucubrationes, quomodo explicantur venusti sensus? Si carmen non perficimus, mulctabimur juxta *auream vallem* potionum numero (5).

---

57. DEPLORANS ANTIQUUM PUGNÆ CAMPUM LUCUBRATIO.

Immensum late patet plana arena sine margine, longeque nullus apparet homo; fluvii aquæ circumeuntes cingunt, variique montes confusi assurgunt; tetricitas oh! mœrorem affert, aura tristis solque caligans, conyza abrupta, herbæque arescentes; frigescit quasi pruinosum mane, aves prætervolantes non subsidunt, et feræ prætercurrunt haud agminatim. Pagi caput monet me dicens : ille est antiquus pugnæ campus : passim profligatis tribus legionibus, identidem manes plorant, cœloque nigricante tunc audiuntur. Quam dolet animus! Sed an T'sin, an Han, magis propinqua an dynastia?—Ego audivi quod, T'si et Wei mittentibus confines milites, et King atque Han advocantibus undequaque, myriades stadiorum citatim currebantur, continentibusque annis ad solem ad rorem, deserti herbæ mane pascebantur, fluvii glaciati nocte trajiciebantur, terræque vastitate regionisque longitudine nec sciebatur redeundi via, devotoque corpore armorum aciei, præcordiorum sensa cuinam significarentur? At a T'sin et Han et deinceps, plus facessere quatuor barbaris, mediumque regnum lædi profligarique, nullo tempore non fuit hoc. Antiqui dicebant Exteros Sinasque non resistere regiis copiis : at cultæ disciplinæ amissa propagatione, militares præfecti adhibuere artifi-

---

lien, qui decennis jam litteris delectabatur.

(4) Sermo solebat in his conventibus de seriis rebus institui : tum super florida viridia sedentes, ad lunam large bibere.

(5) *Aureæ vallis* hortus, ad 石崇 pertinebat; qui versus perficere nequibat, tribus poculis 三觴 mulctabatur.

Digitized by Google

異於仁義、王道迂闊而莫爲、嗚呼噫嘻、吾想夫北風振漠、胡兵伺便、主將驕敵、期門受戰、野豎旄旗、川廻組練、法重心駭、威尊命賤、利鏃穿骨、驚沙入面、主客相搏、山川震眩、聲析江河、勢崩雷電、至若窮陰凝閉、凜冽海隅、積雪沒脛、堅冰在鬚、鷙鳥休巢、征馬踟躕、繒纊無温、墮指裂膚、當此苦寒、天假强胡、憑陵殺氣、以相剪屠、徑截輜重、橫攻士卒、都尉新降、將軍復沒、屍塡巨港之岸、血滿長城之窟、無貴無賤、同爲枯骨、可勝言哉、鼓衰兮力盡、矢竭兮絃絕、白刃交兮寶刀折、兩軍壓兮生死決、降矣哉、終身夷狄、戰矣哉、骨暴沙礫、鳥無聲兮山寂寂、夜正長兮風淅淅、魂魄結兮天沉沉、鬼神聚兮雲冪冪、日光寒兮草短、月色苦兮霜白、傷心慘目、有

眩, Hiuen, confuse : caligare.
鷙, Tche, aves rapaces.
踟, T'che, 踟躕, incedere non posse : anceps
躕, T'chou, animo fluctuans, non progredi.
繒, Tseng, sericum varigatum.
纊, K'oang, sericum tomentum, serica filamenta, sericum gossypium.
輜, Tche, petorritum, seu currus sarcinarius.
窟, K'ou, fovea, antrum.
礫, Li, lapillus : parvi lapides.
淅, Si, orizæ lotura : 淅淅 ventisibilus : 淅瀝, pluviæ sonitus.
冪, Mi, velare : 冪冪, nubilus tetricusque.

---

(1) 組 seu 組甲, e vernicio illitis funiculis factæ loricæ : 練 seu 練袍, e crassiore serico sagum.

Digitized by Google

cia; artificiosa militia habet diversitatem ab humanitate et justitia, et regnantium doctrina distracta evanuit, ut nemo perageret. — Heu heu dolendum! Ego credo quod boreali vento agitante arenas, barbarorum milites explorabant opportunitatem; regiusque strategus despiciens hostem, castrorum januâ recipiebat pugnam : desertum arbustabatur signis vexillisque, fluvius cingebatur loricis sagisque (1); strategiâ severâ, animi expavescebant, et auctoritate præferendâ, vita vilescebat; acutæ sagittæ perforabant ossa, percellens arena accedebat faciem; indigena et advena mutuo pugnantibus, montes fluviique resonantes confundebantur, fragor findebat amnes fluviosque, vehementia præcipitabat tonitrua et fulgura. Quando vero deficiens Yn concretum constrictumque, frigore gelaverat maris angulum (2), congesta nix submergebat crura, concretaque glacies inerat barba; rapaces aves quiescebant nidis, bellicique equi pede hærebant; sericum et gossypium non calefaciebant, cadebant digiti scindebatur cutis : et in tam horrendo frigore, cœlum mutuatum fortes barbaros, presse aggravabat lætiferum aer, ad mutuam cædis carnificinam : semitis obstruebantur currus graviores, transversimque impugnabantur equites peditesque; minores duces duplicabant deditiones, summique duces duplicabant casus (3); cadavera obstruebant magnos canales ad ripam, sanguis replebat extensorum mœniorum foramina, indiscriminatimque nobiles et plebei æque flebant arida ossa : et quî posset absolvi verbo? — Tympana defecerunt jam, viresque exhaustæ; sagittæ absumptæ jam, nervique fracti : nudis aciebus commissis, pretiosi enses rupti; duobus exercitibus pressis, vivi mortuique discernuntur : deditine? tota vita exteri barbari; pugnaruntne? ossa exponuntur arena et lapillis (4). Avium abest vox jam, montesque frigide silent; noctes modo prolixæ sunt, ventusque perflans sibilat; larvæ exuviæque coeunt jam, cœlumque tenebricosum caligat; corpora manesque colliguntur jam, nubesque tetricæ obscurantur : solis lux frigescit, plantæque breves, lunæ color pallescit, pruinaque albicat; convulnerari animum contristarique oculum,

---

(2) Yn deficit concretumque constringitur undecima luna, cum Yang dilatari incipit.

(3) Hunni arctis semitis occupabant currus sarcinis onustos, transversa via adoriebantur incautos milites; minores duces passim se dedebant hosti, summi duces ab hoste cadebant.

(4) Qui se dederant, jam tota vita captivi; qui pugnarunt, jacent in campo extincti.

Digitized by Google

如是耶、吾聞之牧用
漢傾天下、財殫力痡、任人而已、其在多乎、周逐獫狁、
太原、既城朔方、全師而還、飲至策勳、和樂且閑、穆穆
君臣之閒、秦起長城、竟海爲關、荼毒生靈、萬里朱殷、漢擊
匈奴、雖得陰山、枕骸徧野、功不補患、蒼蒼蒸民、誰無父母、
提攜捧負、畏其不壽、誰無兄弟、如足如手、誰無夫婦、如賓
如友、生也何恩、殺之何咎、其存其沒、家莫聞知、人或有言、
將信將疑、悁悁心目、寢寐見之、布奠傾觴、哭望天涯、天地
爲愁、草木凄悲、弔祭不至、精魂何依、必有凶年、人其流離、
嗚呼噫嘻、時耶命耶、從古如斯、爲之奈何、守在四夷、

陋室銘　劉禹錫

山不在高、有仙則名、水不在深、有龍則靈、斯是陋室、惟吾
德馨、苔痕上階綠、草色入簾青、談笑有鴻儒、往來無白丁、

(1) 李牧, Tchao regni egregius strategus.

(2) Ad reditum, monebantur Majores in delubro, et dein bibebatur.

(3) 朱, *rubrum ardens*, designat vivum sanguinem : 殷, *rubrum nigrescens*, designat sanguinem tabescentem.

(4) Nescientes qua plaga mortuus filius, fraterve, maritusve, jaceat.

(5) Parentes nequibunt accedere ad cadavera tumulanda, sacrificiisque ad[illegible]as recreandas.

(6) Nec mortui tantum miseri : post bellum certo erit caritas, sicque vivi e[illegible]n deflendi.

Digitized by Google

obtingit adeo! — Ego audivi quod Mou (1) adhibens Tchao regni milites, egregie prostravit phalanges Hunnorum, et patefacta via mille stadiis, fugientes fugavit boreales barbaros; at Han, impenso toto imperio, opes exhausit viresque absumpsit : concredendum homini, jamque satis, num res pendebit a frequentia? Tcheou propellens boreales barbaros, ad septentrionem pervenit *Magnam planitiem*, cumque ædificaverit Chou fang, integro milite reversus est; bibit reditum (2), inscripsit merita, concors, lætus immo vacivus, plena comitate integroque decoro, principem inter atque ministrum : at T'sin excitans prolixa mœnia, totum mare fecit claustrum, amaritie venenavit viventes animas, et myriade stadiorum sanguis contabuit(3); et Han impetens boreales Hunnos, licet occupaverit Yn montem, stravit ossa toto deserto, meritumque non resarcivit malum. At cœlitus natâ frequentiâ populorum, quis non habet patrem matremque, sublevantes manuducentes complectentes succollantes, trepidos ne ipse non perviveret? Quis non habet fratres et fratres, tanquam membra tanquam manus? Quis non habet maritum uxoremve quasi hospitam quasi amicum? Viventes ecquando munerati, occiduntur quonam peccato? Ii supersint, ii obierint, familiares nil auditione scient; et si quis forte faciat verbum, vellent credere vellent dubitare, mœrore constringuntur corde facieque, experrectique dormientesque conspicientes illos, exponunt pollucenda, infundunt craterem, plorantesque prospiciunt cœli limitem (4) : cœlum terraque sunt contristati, plantæ arboresque squalent condolentes; at funerantes sacrificantesque non adveniunt, subtilesque animæ cui innitentur (5)? Sed et certo erit sterilis annus, hominesque ipsi vagi separabuntur (6). Heu heu, quam dolendum! Temporane ita, an numen ita? Ab antiquitate ita est : componendæ rei quid remedii? propugnacula sint apud quatuor exteros (7).

---

58. ABJECTÆ DOMUI INSCRIPTIO.

Mons non consistit in altitudine; habeat immortales, statim celebrabitur : aqua non dependet a profunditate; habeat dracones jamque excellet. Sic ista abjecta domus nonnisi mea virtute fragrabit. Musci vestigio adrepente, scalæ viridantur; plantarumque colore ingrediente, transenna virescit : confabulationi risuique adsunt magni litterati, euntium venientiumque

---

(7) Quatuor exteri fiant imperii populus.

Digitized by Google

可以調素琴、閱金經、無絲竹之亂耳、無案牘之勞形、南陽諸葛廬、西蜀子雲亭、孔子云、何陋之有、

阿房宮賦

杜牧

六王畢、四海一、蜀山兀、阿房出、覆壓三百餘里、隔離天日、驪山北構而西折、直走咸陽、二川溶溶、流入宮牆、五步一樓、十步一閣、廊腰縵迴、簷牙高啄、各抱地勢、鉤心鬬角、盤盤焉、囷囷焉、蜂房水渦、矗不知其幾千萬落、長橋臥波、未雲何龍、複道行空、不霽何虹、高低冥迷、不知西東、歌臺暖響、春光融融、舞殿冷袖、風雨淒淒、一日之內、一宮之閒、而氣候不齊、妃嬪媵嬙、王子皇孫、

兀, Ou, edita montis planities : præcidere pedes : cognomen : 硉兀, arenæ lapidesque fluxum sequentes : 兀兀, immobilis : 臬兀, inquietus.

溶 Yong, aquæ multæ : placide fluere.

縵 Man, sericum simplex : currus inornatus : simphonia : dilatato corde.

囷 K'iun. granaria rotunda. 囷囷 flexuose : 輪囷, tortuosus.

渦 Kouo, Koa, fluvius in Ngan hoei. Wo, tegularum canalis : aqua gyrans : cognomen.

矗 Tchou, in altum tollere.

媵 Yng, Yun, nuptis sponsis additæ sociæ.

嬙 T'siang, mulier magistratum gerens.

(1) Sine dignitatis globulo.

(2) Aureus liber, Fou sectæ liber. Mensarum codices, continentes criminalium causarum acta.

(3) Celebres Tchou k'ong ming in Nan yang straminea casula, et 雲子陽 unius e quinque doctoribus, qui Si chou incolebat, recondita absis.

Digitized by Google

nullus inornato vertice (1) : fas est temperare simplicem lyram et inspicere aureum librum, neque chordæ cannulæque turbant aures, neque mensarum codices molestant corpus (2) : Nan yang Tchou ko est casula, Si chou Tse yun est absis (3), et Confucius ait : quid abjectionis erit?

---

59. *ADJACENTIUM ÆDIUM* PALATII REPRÆSENTATIO.

Sex regibus extinctis, quatuor maria uniuntur; et Chou montibus silvescentibus, *Adjacentes ædes* prodeunt (4). Stratæ premunt tercenta et amplius stadia, digito distant cœlo et soli; Li monti ad boream astructæ, ad occasum finduntur, rectaque adeunt Hien yang; et duo fluvii placido cursu, fluentes subeunt palatii muros (5). Quinque passibus una contabulatio, decem passibus una contignatio, et porticuum circuitus glomeratim gyrat, subgrundiarum dentes sublime rostrant; singulæ amplectuntur soli formas, aduncis centris et impetentibus cornibus (6) : vario gyro variisque flexibus, ut apum alveare pluviales colliciæ, erigunt nescio eas quot millenas myriades stillicidiorum (7). Prolixi pontes incubant fluctibus, at sine nubibus undenam dracones? subdiales pergulæ inambulant pensiles, at quin disserenet, undenam iris (8)? alta et ima diffusa confunduntur, ut nescias occasum orientemque. Cantuum turri calentibus sonis, verna dies temperata mulcet; chorearumque templo frigescentibus manicis, ventosa pluvia frigida glaciat; unamque intra diem ejusdemque aulæ medio, temperaturæ status non idem (9). Subnubæ, matronæ, sequaces, ministræ, regum filiæ imperato-

---

(4) Celeberrimum T'sin che regis palatium, quod urbi Hien yang adjaceret, *Adjacentes ædes* dictum. Chou montes nemorosi ei ligna suppeditarunt.

(5) Duo fluvii, 渭 et 樊, subterlabebantur.

(6) Tecta, ut in absidibus etiamnum videre est, anchoræ formam exhibent, et in plura exeunt cornua, quæ cum proximorum tectorum cornibus pugnam minari videntur.

(7) 渦 designat tegularum sulcos, et 落 sulcorum extrema, unde decidit pluvia.

(8) 複道 *duplicatæ viæ*, dicuntur pensiles xysthi, quos infra et supra inambulari potest. Pontes ait assimilari draconibus, xysthos assimilari iridi.

(9) Soni calentes designant frequentiam ardoremque cantantium, frigescentes manicæ designant pantomimi cessationem.

Digitized by Google

辭樓下殿、輦來於秦、朝歌夜絃、爲秦宮人、明星熒熒、開妝鏡也、綠雲擾擾、梳曉鬟也、渭流漲膩、棄脂水也、烟斜霧橫、焚椒蘭也、雷霆乍驚、宮車過也、轆轆遠聽、杳不知其所之也、一肌一容、盡態極妍、縵立遠視而望幸焉、有不得見者、三十六年、燕趙之收藏、韓魏之經營、齊楚之精英、幾世幾年、取掠其人、倚疊如山、一旦不能有、輸來其閒、鼎鐺玉石、金塊珠礫、棄擲邐迤、秦人視之、亦不甚惜、嗟乎、一人之心、千萬人之心也、秦愛紛奢、人亦念其家、奈何取之盡錙銖、用之如泥沙、使負棟之柱、多於南畝之農夫、架梁之椽、多於機上之工女、釘頭磷磷、多於在庾之粟粒、瓦縫參差、多於周身之帛縷、直欄橫檻、多於九土之城郭、管絃嘔啞、多於市人之言語、使天下之人、不敢言、而敢怒、獨夫之心、日益驕固、戍卒叫、函谷舉、

'輦 Lien, currum trahere : currus reginæ, qui manu trahebatur.

'鬟 Hoan, capillos in nodum colligare.

漲' Tchang, exundare.

膩' Ni, pinguis, lubricus.

轆, Lou, orbita. 轆轆, currûs sonitus.

'杳 Yao, obscurus, profundus : sensim evanescere.

'鐺 T'cheng, caldarium. Tang, sera.

'錙 Tche, sicilicus, seu quarta unciæ pars.

'銖 T'chou, unciæ 24ª pars.

'嘔 Ngeou, modulate recitare : 嘔啞, cantûs soni. '嘔, vomere.

Digitized by Google

rumque neptes, valedicto diætis excensæque aulis, curriculo deveniunt in T'sin, maneque cantantes vespereque sonantes, fiunt T'sin palatii cives (1): lucidæ stellæ fulgore micantes, aperta cultûs specula sunt; virentes nubes mixtim conglobatæ, pexæ matutino comæ scilicet; Wei fluxus turget unguedine, projectis oleosis aquis, atque fumus obliquat ut nebula transversa, cremato xanthoxylo et orchidea (2); si tonitrui fragor subito exterreat, palatii currus transeunt scilicet, resonanteque strepitu procul audito, evanescunt, quin scias illi quo abierint : tota cute totaque facie plane polita prorsusque cohonestata, geniales stantes longeque prospicientes expectabant fortunam, at fuerunt quæ nec obtinuerint videre triginta et sex annis (3). Yen et Tchao collecta servataque, Han et Wei industriâ comparata, T'si et T'chou exquisitæ gazæ, tot generationibus totque annis, ablatæ ereptæque propriis dominis, admotæ cumulatæque instar montis, uno mane haud potuerunt retineri, oblatæque venerunt earum medio : et tripodes uti caldaria, gemmæ uti lapides, aurum quasi glebæ, uniones quasi lapilli, projecta dispergebantur, ut T'sin cives videntes ea, etiam haud multum deplorarent. Heu dolendum! Unius hominis natura, mille et mille hominum natura est : si T'sin amabat profusum luxum, alii etiam cogitabant suas domus. Quomodo ergo auferre ea, plane ut simplium siliquamque, et uti eis quasi luto et arena? efficere ut sustinentes culmen columnæ, plures essent ac australium agrorum agricolæ; impositæ trabi scandulæ, plures ac textrinum super textrices; clavorum capita collucentia, plura ac in granariis frumenti grana; tegularum commissuræ gradu inæquali, plures ac tota persona serica fila; recti clathri transversique cancelli, plures ac novem provinciarum urbes et suburbia; fistularum fidiumque stridulæ vibrationes, plures ac fori hominum verba? efficere ut totius imperii homines, quin auderent hiscere, auderent indignari, et unius hominis cor in diem magis superbiret pervicax? — At præsidiarius miles hiscit, et *Han vallis*

---

(1) Ab imperatrice sunt subnubæ 妃 et præsides 嬪, paullo inferiores sunt præsides 嬙 et associatæ 媵. Hîc indicantur sex regum gynecæa.

(2) Fuco imbutæ aquæ, in fluvium projiciebantur. 花椒 xanthoxylon alatum, e cujus granis pretiosum fit thymiama. Fumus multus videtur nebula, obliquus videtur nebula transversa.

(3) Expectabant regem obtinendi fortunam, at toto tempore quo T'sin che fuit imperator, præ multitudine, aliquæ non obtinuerunt.

Digitized by Google

楚人一炬、可憐焦土、嗚呼、滅六國者、六國也、非秦也、族秦者、秦也、非天下也、嗟夫、使六國各愛其人、則足以拒秦、秦復愛六國之人、則遞三世、可至萬世而爲君、誰得而族滅也、秦人不暇自哀、而後人哀之、後人哀之而不鑑之、亦使後人而復哀後人也、

原道

韓愈

博愛之謂仁、行而宜之之謂義、由是而之焉之謂道、足乎巳無待於外之謂德、仁與義爲定名、道與德爲虛位、故道有君子小人、而德有凶有吉、老子之小仁義、非毀之也、其見者小也、坐井而觀天、曰、天小者、非天小也、彼以煦煦爲仁、孑孑爲義、其小之也則宜、其所謂道、道其所道、非吾所謂道也、其所謂德、德其所德、非吾所謂德也、凡吾所謂道德云者、合仁與義言之也、天下之公言也、老子之所謂道德云者、去仁與義言之也、一人之私言也、周道衰、孔子沒、火于秦、黃老于漢、佛于晉魏梁隋之間、其言道德仁義者、不入於楊、則入于墨、不入于老、則入于佛、入于

(1) Præsidiarius miles, scilicet 陳涉 : *Han vallis*, claustri nomen. T'chou homo, scilicet 項羽, qui totum hoc palatium concremavit : incendium tres

tollitur; T'chou hominis una face, fit miseranda exusta terra (1)! Heu, heu! qui delevit sex regna, sex regna scilicet, non fuit T'sin; qui extinxit T'sin, T'sin scilicet, non fuit imperium : miserandum! Si sex regna, singula amassent suos cives, tunc satis ad repellendum T'sin; et si T'sin rursus amasset sex regnorum cives, tunc transmisisset tertiæ generationi potuissetque adusque decemmille generationes esse princeps, et quis valuisset extinguere et exterminare? T'sin homini non vacavit se deplorare, et posteri deplorant illum : at posteri si deplorant illum quin speculum faciant illum, æque facient ut posteriores rursus deplorent posteros.

---

60. ORIGINIS DOCTRINA.

Universalis amor, dicitur humanitas; actione congruere huic, dicitur justitia; per hæc ire, dicitur via; satishabere in se nilque expectare ab extimo, dicitur virtus (2). Humanitas atque justitia sunt fixæ notiones; via atque virtus sunt indeterminata sedes, proptereaque via habet sapientem virum vulgaremque hominem, et virtus alia noxia alia benefica. Lao tse attenuat humanitatem justitiamque, non destruit eas quidem; ejus visus parvus scilicet : insidens puteo prospiciens cœlum ait cœlum parvum, non quod cœlum parvum sit. Ille habet minimum beneficium pro humanitate et solitariam culturam pro justitia; is attenuat eas scilicet, tuncque merito. Ille quam ait viam, facit ipse quam putat, non est nos quam dicimus viam : et ille quam dicit virtutem, facit ipse quam putat, nec est nos quam dicimus virtutem. Omne nos quod dicimus viam virtutemque ut sic, conjunctim humanitati atque justitiæ dicimus illud, totiusque orbis universale dictum est : Lao tse quod dicit viam virtutemque ut sic, abstracte ab humanitate atque justitia dicit hoc, unius hominis privata sententia scilicet. Tcheou lege collapsa, Confucioque defuncto, conflagratio a T'sin, Hoang-ti et Lao-tse ab Han, et Fou a Tsin et Wei atque Leang et Soei medio (3); et qui disseruere viam, virtutem, humanitatem, justitiamque, si non accederent ad Yang, tunc accedebant ad Mé; si non accederent ad Lao tse, tunc accedebant ad Fou;

---

menses perdurasse dicitur.

(2) 德 ab obtinendo dicitur, 得 scilicet est.

(3) Lao tse doctrina ab antiquo Hoang ti ortum duxisse dicitur : sub Han florere cœpit. Budhismus ab orientalis Han dynastiæ Ming imperatore inductus, summe floruit sub Tsin et Wei et Leang et Soei.

Digitized by Google

彼必出于此入者主之出者奴之入者附之出者汚之噫後之人其欲聞仁義道德之說孰從而聽之老者曰孔子吾師之弟子也佛者曰孔子吾師之弟子也爲孔子者習聞其說樂其誕而自小也亦曰吾師亦嘗師之云爾不惟舉之於其口而又筆之於其書噫後之人雖欲聞仁義道德之說其孰從而求之甚矣人之好怪也不求其端不訊其末惟怪之欲聞古之爲民者四今之爲民者六古之教者處其一今之教者處其三農之家一而食粟之家六工之家一而用器之家六賈之家一而資焉之家六奈之何民不窮且盜也古之時人之害多矣有聖人者立然後教之以相生相養之道爲之君爲之師驅其蟲蛇禽獸而處之中土寒然後爲之衣飢然後爲之食木處而顛土處而病也然後爲之宮室爲之工以贍其器用爲之賈以通其有無爲之醫藥以濟其夭死爲之葬埋祭祀以長其恩愛爲之禮以次其先後爲之樂以宣其湮鬱爲之政以率其怠倦爲之刑以鋤其强梗相欺也爲之符璽斗斛權衡以信之相奪也爲之城郭甲兵以守之害至而爲之備患生而爲之

Digitized by Google

et accedentes ad unum, profecto recedebant ab altero; quem accedebant arbitrabantur dominum, quem deserebant, mancipium; accedentes illi adhærebant illi, deserentes hunc vilipendebant hunc. Proh! posteriores homines, qui volent audire humanitatis, justitiæ, viæ, virtutisque sermonem, undenam audient illum? Lao sequaces aiunt : Confucius nostri magistri discipulus fuit; Fou sequaces aiunt : Confucius, nostri magistri discipulus fuit; operantes Confucio, soliti audire hunc sermonem, delectantur tali mendacio, seque deprimentes, etiam aiunt nostrum magistrum equidem olim secutum illos scilicet; neque tantum efferunt hoc in suo ore, sed etiam scribunt hoc in suis libris : heu! posteriores homines licet velint audire humanitatis, justitiæ, viæ, virtutisque sermonem, ii undenam perquirent illum? Vehementer quidem homines amant monstrosa! non inquirunt rei initium, nec examinant rei finem, tantumque monstrosa volunt audire. Antiquitus constituebant populum quatuor, nunc constituunt populum sex; antiquitus religio constituebatur illa una, nunc religio constituitur his tribus : agricolæ familia una et comedentes fruges familiæ sex, artificis familia una et utentes utensilibus familiæ sex, mercatoris familia una et innitentes ei familiæ sex; ita quomodo populus non depauperabitur atque adeo latrocinabitur? Antiquitatis tempore, hominum mala multa quidem : factum ut sancti viri orirentur, tuncque vero erudiverunt illos de mutuo convivendi mutuoque alendi arte, gesserunt illorum principes, fuerunt illorum magistri, propulsatisque illis reptilibus, serpentibus, avibus, ferisque, constituerunt illos media terra; algentibus, tunc vero fecerunt illis vestes; esurientibus, tunc vero fecerunt illis cibum; arbores incolentibus indeque dilabentibus, caveas incolentibus indeque ægrotantibus, tunc vero fecerunt illis domos et casas; instituerunt illis artifices ad suppeditandum illis utensilium usum, crearunt illis mercatores ad communicandum quod haberent deficerentve, instituerunt illis medicos et medicinas ad subveniendum eorum immaturæ morti, instituerunt illis sepulturam et sacrificia ad protrahendum suorum benefactorum amorem, instituerunt illis ritus ad ordinandum suos priores et posteriores, instituerunt illis musicam ad dispergendum eorum obstructum mœrorem, instituerunt illis regimen ad dirigendum eorum pigram negligentiam, instituerunt illis supplicia ad præcidendum eorum duram pervicaciam; et mutuo illudentibus, instituerunt illis tesseram, sigillum, congium, metretam, æquipondium, stateram, ad fidem rei; et mutuo rapientibus, fecerunt illis mœnia, suburbia, loricas, arma, ad servandum se; maloque adveniente, faciebant illis præsidia, calamitateque oboriente, faciebant illis

Digitized by Google

防、今其言曰、聖人不死、大盜不止、剖斗折衡、而民不爭、嗚呼、其亦不思而已矣、如古之無聖人、人之類滅久矣、何也、無羽毛鱗介以居寒熱也、無爪牙以爭食也、是故君者、出令者也、臣者、行君之令、而致之民者也、民者、出粟米麻絲、作器皿、通貨財、以事其上者也、君不出令、則失其所以爲君、臣不行君之令、而致之民、則失其所以爲臣、民不出粟米麻絲、作器皿、通貨財、以事其上、則誅、今其法曰、必棄而君臣、去而父子、禁而相生相養之道、以求其所謂淸淨寂滅者、嗚呼、其亦幸而出於三代之後、不見黜於禹湯文武周公孔子也、其亦不幸而不出於三代之前、不見正於禹湯文武周公孔子也、帝之與王、其號雖殊、其所以爲聖一也、夏葛而冬裘、渴飲而飢食、其事雖殊、其所以爲智一也、今其言曰、曷不爲太古之無事、是亦責冬之裘者曰、曷不爲葛之之易也、責飢之食者曰、曷不爲飲之之易也、傳曰、古之欲明明德於天下者、先治其國、欲治其國者、先齊其家、欲齊其家者、先修其身、欲修其身者、先正其心、欲正其心者、先誠其意、然則古之所謂正心而誠意者、將以有爲也、今也

Digitized by Google

præmunitiones. Et nunc illi sermocinantes aiunt : sancti viri nisi obiissent, magni latrones non cessassent; confringendum congium rumpenda statera, et sic populus non rixabitur. Vah! illi scilicet non cogitant, et nil aliud : si antiquitas caruisset sanctis viris, hominum genus periisset jamdiu sane; et quare? carent pennis, pilis, squama, cortice ad immorandum frigore vel calore scilicet; carent unguibus et dentibus ad contendendam prædam scilicet (1). Nunc itaque princeps, emittens jussa scilicet; minister, exequens principis jussa atque applicans ea populo scilicet; populus, producens milium et oryzam et canabim et sericum, faciens utensilia et vasa, communicans merces et opes, ad serviendum suis superioribus scilicet : princeps non emittens jussa, jam amittit ipse ex quo sit princeps; minister non exequens principis jussa ut transmittat ea populo, jam fallit ipse cur sit minister; populus negans producere milium et oryzam et canabim et sericum, facere utensilia et vasa, communicare merces et opes, ad serviendum suis superioribus, statim occidetur. Et nunc illorum regula ait : oportet abjicere vestros principes ministrosque, dimittere vestros patres filiosque, prohibere vestram mutuo vivendi mutuoque alendi doctrinam, ut quæratis ipsi quod dicunt limpidam purificationem, quietamque cessationem! Vah! illis quidem prospere, ut prodierint tres post dynastias, nec fuerint dejecti a Yu et T'ang, et Wen, et Ou, et Tcheou Duce atque Confucio : sed illi etiam non fortunati, ut non prodierint tres ante dynastias, neque fuerint correcti a Yu et T'ang et Wen et Ou et Tcheou Duce atque Confucio. Dominatores atque reges, eorum denominatio licet diversa, ii ex quo fuere sancti, unum est : æstatis pueraria hiemisque rheno, sitientem bibere esurientemque comedere, eæ res licet diversæ, ipsæ cur sint sapere, unum est. Et nunc illorum sermo ait : cur non colis summæ antiquitatis cessationem agendi? Sic etiam reprehendant hieme pellitum, dicentes : cur non colis puerariam substituendi facilitatem? reprehendant famelicum comedentem, dicentes : cur non sequeris potionem substituendi facilitatem? Traditio ait : antiqui volentes expolire intelligendi vim in toto imperio, prius componebant suum regnum; volentes componere suum regnum, prius ordinabant suam familiam; volentes ordinare suam familiam, prius excolebant suam personam; volentes excolere suam personam, prius correxerunt suum cor; volentes corrigere suum cor, prius direxerunt suas intentiones : ita ergo antiqui quod dicebant corrigere cor et dirigere intentiones, fiebat ad habendam actionem scilicet. Nunc vero

(1) Homines non habent naturalia animalium præsidia.

Digitized by Google

欲治其心、而外天下國家、滅其天常、子焉而不父其父、臣焉而不君其君、民焉而不事其事、孔子之作春秋也、諸侯用夷禮、則夷之、進於中國、則中國之、經曰、夷狄之有君、不如諸夏之亡、詩曰、戎狄是膺、荆舒是懲、今也舉夷狄之法、而加之先王之教之上、幾何其不胥而爲夷也、夫所謂先王之教者、何也、博愛之謂仁、行而宜之之謂義、由是而之焉之謂道、足乎已無待於外之謂德、其文詩書易春秋、其法禮樂刑政、其民士農工賈、其位君臣父子、師友賓主、昆弟夫婦、其服麻絲、其居宮室、其食粟米果蔬魚肉、其爲道易明、而其爲教易行也、是故以之爲已、則順而祥、以之爲人、則愛而公、以之爲心、則和而平、以之爲天下國家、無所處而不當、是故生則得其情、死則盡其常、郊焉而天神假、廟焉而人鬼饗、曰、斯道也、何道也、曰、斯吾所謂道也、非向所謂老與佛之道也、堯以是傳之舜、舜以是傳之禹、禹以是傳之湯、湯以是傳之文武周公、文武周公傳之孔子、孔子傳之孟軻、軻之死、不得其傳焉、荀與楊也、擇焉而不精、語焉而不詳、由周公而上、上而

(1) 經, scilicet liber Sententiarum : textus hîc aliter applicatur ac in genu

volentes excolere suum cor, extrudunt imperium, regnum, familiam, evertuntque suas naturales relationes, et filius quidem non ducit patrem suum patrem, minister non principem suum principem, populus non operatur suis rebus. Confucius faciens Ver et Autumnum, regulos usos barbaro ritu, statim barbaros dicebat eos, et ingressos in medium regnum, statim e medio regno habebat eos; Liber ait : barbari habentes principem, neque tanti ac Sinæ carentes (1); et Carmen ait : Hunnos barbarosque scilicet punivit, King et Chou scilicet castigavit. Nunc vero attollunt barbarorum regulas, atque apponunt eas priorum regum supra documenta : quantum abest ipsi quin simul fiant barbari? Illa, quam dicimus priorum regum institutionem, quæ? universalis amor dicitur humanitas, actione congruere huic dicitur justitia, per hæc ire dicitur via, satishabere in se nilque expectare ab extimo dicitur virtus : illorum litteratura, Carmen, Annales, Mutator, Ver et Autumnus : illorum media, ritus, musica, leges pœnales et civiles : illorum populus, litterati, agricolæ, opifices, mercatores : illorum gradus, princeps, et minister, pater et filius, magister amicus hospes dominus, frater et frater, vir et uxor : illorum vestes, cannabis et sericum : illorum habitationes, palatia et domus : illorum cibi, milium, oryza, fructus, olera, pisces et carnes. Sic facta doctrina facile intelligitur, et sic facta institutio facile peragitur : quapropter juxta eas exercens sese, statim rationabilis atque prosper; juxta eas administrans alios, statim amans atque universalis; juxta eas regens cor, statim mitis atque æquabilis; juxta eas gubernans imperium, regnum, familiam, nullo loco manebit quin sit apposite; proindeque vivens quidem obtinebit sua vota, moriens vero explebit suum naturalem cursum; si sacrificat, cœli spiritus accedent, si pollucet, hominum manes gustabunt. Dices : ista doctrina, quænam doctrina? respondeo : ista nos quam dicimus doctrinam scilicet, non est antehac quam dixi Lao atque Fou doctrina certe. Yao hanc transmisit ad Choen, Choen hanc transmisit ad Yu, Yu hanc transmisit ad T'ang, T'ang hanc transmisit Wen et Ou et Tcheou Duci, et Wen et Ou et Tcheou Dux transmiserunt Confucio, et Confucius transmisit Mentsio, Mentsioque mortuo, non obtinuit ejus transmissio. Siun atque Yang (2) hauserunt quidem sed non perfecte, disseruerunt utique sed non clare. A Tcheou Duce et ultra, superiores et immo erant principes, adeoque eorum

---

textu.

(2) Siun, nomine 卿, agnomine 况, e regno 趙; Yang, agnomine 雄, nomine 子雲, e dynastia Han : duo e quinque doctoribus.

Digitized by Google

爲君、故其事行、由周公而下、下而爲臣、故其說長、然則如之何而可也、曰、不塞不流、不止不行、人其人、火其書、廬其居、明先王之道以道之、鰥寡孤獨廢疾者、有養也、其亦庶乎其可也、

獲麟解

韓 愈

麟之爲靈、昭昭也、詠於詩、書於春秋、雜出於傳記百家之書、雖婦人小子、皆知其爲祥也、然麟之爲物、不畜於家、不恒有於天下、其爲形也不類、非若馬牛犬豕豺狼麋鹿然、然則雖有麟、不可知其爲麟也、角者、吾知其爲牛、鬣者、吾知其爲馬、犬豕豺狼麋鹿、吾知其爲犬豕豺狼麋鹿、惟麟也不可知、不可知、則其謂之不祥也亦宜、雖然、麟之出、必有聖人在乎位、麟爲聖人出也、聖人者必知麟、麟之果不爲不祥也、又曰、麟之所以爲麟者、以德不以形、若麟之出、不待聖人、則謂之不祥也亦宜、

與于襄陽書

韓 愈

七月三日、將仕郎守國子四門博士韓愈、謹奉書尙書閤下、士之能享

(1) Nisi obstruantur sectæ, regum doctrina non fluet, non procedet.

(2) Tectis verbis, sub unicornis nomine, seipsum designat.

Digitized by Google

actio excurrens : a Tcheou Duce et infra, inferiores et immo erant subditi, adeoque eorum sermo prolixior. Ita vero, quo id modo bene erit? Dico : nisi obstruantur non fluet, nisi contineantur non procedet (1) : fiant homines isti homines, ignis eorum libri, populares eorum domus; intelligere priorum regum doctrinam id doceantur, et vidui, viduæ, pupilli, derelicti, tabescentes, ægroti, obtinebunt curam. Ita quidem, sperandum, id bene erit.

---

61. INVENIENDI UNICORNEM EXPLANATIO.

Unicornem esse miraculum, luculenter liquet jam : canitur a Carmine, scribitur in Vere et Autumno, passimque prodit in memorialibus chronicisque centum scriptorum libris, ut vel mulieres parvulique omnes sciant illam esse prosperantem. At unicornis est animal, nec alitum in domibus, nec semper existens in imperio, ejusque figura extra genus, non est sicut equus, bos, canis, porcus, thos, lupus, elaphurus, cervus : ita, licet existat unicornis, non potest sciri illam esse unicornem. Cornutum, ego scio illum esse bovem; jubatum, ego scio illum esse equum; et canem, porcum, lupum, elaphurum, cervum, ego scio illos esse canem, porcum, lupum, elaphurum, cervum : tantum unicornis non potest sciri, et si non potest sciri, tunc ipsam dici inauspicatam, equidem decebit. At licet ita, unicorne prodeunte, omnino contingit ut sanctus vir sit in solio, et unicornis pro sancto viro prodit : sanctus vir iste, certe cognoscit unicornem, et unicornis revera non est non auspicata. Præterea dicam : unicornis cur sit unicornis, ob virtutem non ob figuram : si unicornis prodiens non expectet sanctum virum, tunc dicere illam haud auspicatam, etiam licebit (2).

---

62. DATA YU SIANG YANG PRÆSIDI EPISTOLA.

Septimæ lunæ tertia die, candidatus administer, curans regni alumnos ad quatuor portas magnus magister Han yu, reverenter offert epistolam Tribunalis præsidi excellentissimo domino (3). — Litteratus compos fruendi

---

(3) 將仕郎, parva dignitas; 國子, nunc 監生, gradus litterarius pecunia emptus, quorum magister dicebatur 守國子四門博士 : Han yu igitur antequam eveheretur, illam habebat dignitatem, hoc vero munus. 襄陽, nomen loci, 于 cognomen; sæpe enim antiqui a loco, quem nativitate aut munere illustraverint, ducebant agnomentum : huic, summi tribunalis præsidi, scribit Han yu, ut ab eo promoveretur.

Digitized by Google

大名、顯當世者、莫不有先達之士、負天下之望者、爲之前焉、士之能垂休光、照後世者、亦莫不有後進之士、負天下之望者、爲之後焉、莫爲之前、雖美而不彰、莫爲之後、雖盛而不傳、是二人者、未始不相須也、然而千百載、乃一相遇焉、豈上之人無可援、下之人無可推歟、何其相須之殷、而相遇之疎也、其故在下之人負其能、不肯諂其上、上之人負其位、不肯顧其下、故高材多戚戚之窮、盛位無赫赫之光、是二人者之所爲、皆過也、未嘗干之、不可謂上無其人、未嘗求之、不可謂下無其人、愈之誦此言久矣、未嘗敢以聞於人、側聞閤下、抱不世之才、特立而獨行、道方而事實、卷舒不隨乎時、文武唯其所用、豈愈所謂其人哉、抑未聞後進之士、有遇知於左右、獲禮於門下者、豈求之而未得邪、將志存乎立功、而事專乎報主、雖遇其人、未暇禮邪、何其宜聞而久不聞也、愈雖不材、其自處不敢後於恒人、閤下將求之而未得歟、古人有言、請自隗始、愈今者、惟朝夕芻米僕賃之資是急、不過費閤下一朝之享而足也、如

| 隗 Wei, altus. | 賃 Jen, conducere, locare.

(1) Non juxta tempora adhibere vel rejicere homines.

magno nomine inclarescendique propria ætate, nullus non habuit prius promotum litteratum, qui portans totius imperii spem, fuerit ipsius attrahens: et litteratus compos demittendi inclytum splendorem illustrandique posteriores ætates, item nunquam non habuit posterius promotum litteratum, qui portans totius imperii spem, fuerit ipsius impulsor. Si nemo faciat illius attrahentem, licet egregius, tamen non clarescet; et si nemo faciat hujus impulsorem, licet floreat, tamen non divulgabitur : isti duo homines haud unquam non invicem necessarii sane; et tamen mille centumve annis, tunc semel mutuo occurrunt. At qui superior homo desit potens elevandi, inferior homo desit potens impellendi? Cur ii invicem necessarii stricte, atque mutuo occurrentes raro? Hujus ratio est, quod inferiores homines adhærentes suæ habilitati haud velint palpare illos superiores, superioresque homines adhærentes suæ dignitati haud velint respicere illos inferiores; ideoque excelsæ dotes plerumque miserrime squalent, magnæque dignitates non habent percellentem splendorem : scilicet ambo homines quod faciunt, æque aberrat. At si nondum petiero illum, non poterit dici superius deesse talem hominem; et si nondum quæsieris istum, nec poterit dici inferius deesse talem hominem. Yu recitabam hoc dictum jamdiu quidem; at nondum ausus illud nuntiare ad quemdam, oblique audivi excellentiam tuam complecti non vulgares dotes, solam stare atque singularem procedere, doctrina justa atque actione veraci, convolventem explicantemve non sectari tempora (1), civilia et militaria ad nutum utra exercere : num foret Yu quem dicebat illum hominem? Sed neque audivi posterius promotum litteratum ullum invenisse amicitiam ad tuum latus, obtinuisseque officiositatem in tua domo. Qui quæsieris illum et nondum inveneris? An quod, animo fixo in comparandis meritis et actione tota in rependendo domino, licet offenderis illum hominem, defuerit otium excipiendi? quomodo illud debuissem audire, et jamdiu non audiverim? Yu licet non habilis, ipse me collocans non audeo sequi post ordinarios homines : excellentia tua an quod quæsierit illum et nondum invenerit? antiqui homines habebant effatum, *rogo ex Wei incipias* (2). Yu in præsens, tantum mane vespereque cremiorum, oryzæ, famuli, locationisque sumptu, hoc indigeo; nonnisi insumere excellentiæ tuæ unius mane impendium, jam sufficeret. Quod si dicas : mihi, animo fixo in constituendis

(2) 郭隗, regni Yen sapiens. Cum ejus regni rex, 昭王, vellet conquirere sapientes ad ulciscendam T'si regni injuriam, Kouo wei ei dixit : a me incipe, et tunc me sapientiores facile advenient.

Digitized by Google

曰、吾志存乎立功、而事專乎報主、雖遇其人、未暇禮焉、則非愈之所敢知也、世之齷齪者、既不足以語之、磊落奇偉之人、又不能聽焉、則信乎命之窮也、謹獻舊所爲文一十八首、如賜覽觀、亦足知其志之所存、愈恐懼再拜、

送孟東野序　韓愈

大凡物不得其平則鳴、草木之無聲、風撓之鳴、水之無聲、風蕩之鳴、其躍也或激之、其趨也或梗之、其沸也或炙之、金石之無聲、或擊之鳴、人之於言也亦然、有不得已者而後言、其謌也有思、其哭也有懷、凡出乎口而爲聲者、其皆有弗平者乎、樂也者、鬱於中而泄於外者也、擇其善鳴者而假之鳴、金石絲竹、匏土革木、八者、物之善鳴者也、維天之於時也亦然、擇其善鳴者而假之鳴、是故以鳥鳴春、以雷鳴夏、以蟲鳴秋、以風鳴冬、四時之相推敓、其必有不得其平者乎、其於人也亦然、人聲之精者爲言、文辭之於言、又其精也、尤擇其善鳴者而假之鳴、其在唐虞、

齷, T'CHOUO, accurate : terebra. 齷齪, arctus et angustus. | 磊落 LEI, multi lapides. 磊 vel 磊落, ceteris absimilis, præstans.

Digitized by Google

meritis atque actione tota in rependendo domino, licet invenerim talem hominem, nondum vacat honorare; tunc non est Yu quod ausim intelligere. Vulgi arctæ capacitatis homines cum non pares ut alloquar ipsos, præstantesque miræ excellentiæ viri rursus non valeant audire, jam vere fati erit extremum. Reverenter offero olim quas fecerim elucubrationes octodecim numero; si digneris inspicere, etiam valebis scire hominis animus quo versetur. Yu timore trepidus bis adorat.

---

63. COMITANS MONG TONG YÉ PROŒMIUM (1).

Quæcumque res, haud compotes suæ æquabilitatis, statim clamant. Plantæ et arbores carent voce; at vento turbante eas, strepunt : aqua caret voce; at vento agitante eam, murmurat; et si ea dissilit, aliquis impegit eam; si ea properat, aliquis obstruxit eam; si ea bullit, aliquis decoxit eam : metalla saxaque carent voce, at aliquo percutiente ea, resonant. Homines quoad loquelam, etiam ita : cum non possunt continere, tunc vero exprimunt, et qui cantant aliquid cogitant, et qui plorant aliquid sentiunt : et quicumque emittunt ab ore atque faciunt sonum, ii omnes nonne habent extra æquilibrium quid? Musicique ipsi, mœrorem in animo effundentes ad extra scilicet, seligunt quæ egregie canunt, et hæc mutuati canunt; metallum, saxum, sericum, bambusa, cucurbita, testa, corium, lignum, octo ista, rerum egregie canora scilicet. At cœlum quoad tempora, etiam ita : seligit quæ doctius canunt, eaque mutuatum canit; proptereaque per aves canit ver, per tonitru canit æstatem, per insecta canit autumnum, per ventos canit hiemem; et quatuor tempora mutuo impellentia et succedentia, ea nonne certo habent non obtinens suum æquilibrium quid? At illud quoad homines, etiam ita : cum humanorum sonorum perfectior sit loquela, litterariaque scriptura præ loquela adhuc ipsa perfectior, magis seligit qui doctius canerent, hosque mutuatum canit. Dum erant T'ang et Yu, Kao yao

---

磊砢, multi lapilli : homo præstans.

偉 Wei, mirus, magnus : cognomen.

攸, T'ouo, rapere : vi occupare dignitatem alterius : arcta via, 奪.

---

(1) Mong, 名 seu agnomine 郊, et 字 seu nomine Tong yé, versibus excellebat; sed parvam in Kiang nan præfecturam adeptus, corde angebatur. Hinc Han yu hoc veluti poematum proœmio consolatur abeuntem.

Digitized by Google

咎陶、禹、其善鳴者也、而假以鳴、夔弗能以文辭鳴、又自假於韶以鳴、夏之時、五子以其歌鳴、伊尹鳴殷、周公鳴周、凡載於詩書六藝、皆鳴之善者也、周之衰、孔子之徒鳴之、其聲大而遠、傳曰、天將以夫子爲木鐸、其弗信矣乎、其末也、莊周以其荒唐之辭鳴、楚大國也、其亡也、以屈原鳴、臧孫辰、孟軻、荀卿、以道鳴者也、楊朱、墨翟、管夷吾、晏嬰、老聃、申不害、韓非、窅到、田駢、鄒衍、尸佼、孫武、張儀、蘇秦之屬、皆以其術鳴、秦之興、李斯鳴之、漢之時、司馬遷、相如、揚雄、最其善鳴者也、其下魏晉氏、鳴者不及於古、然亦未嘗絕也、就其善者、其聲淸以浮、其節數以急、其辭淫以哀、其志弛以肆、其爲言也、亂雜而無章、將天醜其德、莫之顧邪、何爲乎不鳴其善鳴者也、唐之有天下、陳子昂、蘇源明、

窅 Chen, cautus, attentus : verax, sincerus : ne : cognomen : nomen regni : nomen viri, 愼.

certe dicit : hi quos ego extraxi ex aqua et igne, atque extuli ad mattam storeamque; omniumque regionum populis, magis cogitabit media ad satisfaciendum eis. Persequensque genera cogitabit, nec unum jamque satis : ego scio hujus contignationis ædificationem, augustus monarcha per quam relaxat spiritum, sequensque res excitat impressionem, nihilo non complecti ipsam promovendi regimen ideam; qui tantum conspiciendo huic prolixo Amni et nil aliud? Illæ *Allapsum ver* et *Intexta trama*, non quod non pulchræ quidem; *Par nubibus* et *Delapsa stella*, non quod non altæ sane (1) : at nonnisi gaudendis tibiarum fidiumque voluptariis sonis, recondendisque Yen et Tchao regnorum formosis ludiis, minus vertendi talum spatio, jam commota suspiria attinuerunt illas, et ego haud scio illis fuerit quænam significatio. Licet ita (2), longus amnis incipiens originem Ming monte, sinuose gyrans septem mille amplius stadia ad ingrediendum mare, candidus spumans et cærulus devolvens, sex dynastiarum tempore, passim assignabatur fieri naturalis fossa (3) : nunc vero, austro boreaque unitâ familiâ, videtur esse placide fluens, nulloque loco subservit ad bellicas contentiones; ita autem revera cujusnam merito? Ampla veste litterati (4), qui conscensa hac contignatione conspicient hunc amnem, debebunt cogitare augustam virtutem similem cœlo, vastaque amplitudine difficilem dictu, cum divini Yu derivandi excavandique merito simul æque carere termino; et se devovendi principi retribuendique monarcham animus, is cuinam haud effuse excitabitur? Ego minime habilis, accepto mandato componendi memoriam, volens monarcham extendere noctu diuque moliendi regimen meritum, inscripsi super solidum lapillum : ceteras vero depingendi prospectum elocutiones, omnes breviter haud distincte exposui, timens offendere (5).

---

95. VENDENTIS AURANTIA SERMO.

Hang tcheou quidam venditor fructuum, peritus conservandi aurantia : transibant frigus et æstum quin corrumperentur, eductaque rutilare videbantur, gemmea materia atque aureo colore; at aperto eorum intimo, ari-

---

(2) Licet ita sit de conspectu 閩, at amnis 江, nunc tam placide fluens, olim bellorum testis et testimonium erat : quis vero tantæ pacis auctor?

(3) Imperium australe et boreale fluvius Kiang per 300 annos divisit : eo igitur innitebantur (倚), veluti naturali mœnium fossa.

(4) 逢掖, est ampla litteratorum vestis, juxta Memoriale rituum, in capite 曾行.

(5) Aliud ingerens, quod minime ad regimen pertineret.

Digitized by Google

其中、乾若敗絮、予怪而問之曰、若所市於人者、將以實籩豆、奉祭祀、供賓客乎、將衒外以惑愚瞽乎、甚矣哉爲欺也、賣者笑曰、吾業是有年矣、吾業賴是以食吾軀、吾售之、人取之、未聞有言、而獨不足予所乎、世之爲欺者不寡矣、而獨我也乎、吾子未之思也、今夫佩虎符、坐皐比者、恍恍乎干城之具也、果能授孫吳之略耶、峩大冠、拖長紳者、昂昂乎廟堂之器也、果能建伊皐之業耶、盜起而不知御、民困而不知救、吏奸而不知禁、法斁而不知理、坐糜廩粟而不知恥、觀其坐高堂、騎大馬、醉醇醴、而飫肥鮮者、孰不巍巍乎可畏、赫赫乎可象也、又何往而不金玉其外、敗絮其中也哉、今予是之不察、而以察吾柑、予默默無以應、退而思其言、類東方生滑稽之流、豈其忿世嫉邪者耶、而託於柑以諷耶、

深慮論

方孝孺

慮天下者、常圖其所難、而忽其所易、備其所可畏、而遺其所不疑、然

絮' Siu, sericum rudius: folliculorum residuum.

衒' Hiuen, se jactare.

恍' Koang, militaris. '恍 Hoang, insaniens: obscurus, confusus.

拖' T'ouo, trahere. '拖', extendere super. 拖', fune trahere currum, 拖.

Digitized by Google

da sicut vetustum gossypium. Ego miratus compellavi eum dicens : tu quæ vendis aliis, an vis ut impletis calathis vasisque serviant sacrificiis offeranturque hospitibus, an vis fucare speciem ad fallendum rudes cæcosque? Quantam proh! facis fraudem. Venditor ridens ait : ego operor his pluribus abhinc annis, mea professio nititur his ad alendam meam vitam; ego vendidi ea, alii acceperunt ea, nec audivi aliquid dici : et tantum non satisfecerunt dominum penes? Mundani facientes fallaciam non pauci, num unus ego? meus dominus nondum id perpendit scilicet. En illi accincti tigrino sigillo sedentesque tigrina pelle, quam strenua muniminis instrumenta! verene possunt dare Suen et Ou illorum stratagemata? Et elevati magno pileo trahentesque prolixam zonam, quam sublimia delubrorum vasa! verene possunt instituere I et Kao illorum ministerium (1)? Latrones exsurgunt quin sciant comprimere, populus fatiscit quin sciant succurrere, administri produnt quin sciant compescere, leges corrumpuntur quin sciant ordinare; sedentes consumunt granariorum frumenta, neque sciunt verecundari. Vide illos sedentes excelsis aulis, equitantes magnis equis, inebriari temeto et mulso, saturari pinguibus recentibusque, quis non valde præstans ut possit formidari, valde reverendus ut cedat exemplar? Sed ecquandonam non aurum et gemma eorum extimum, vetustum gossypium eorum intimum? Porro tu istos non examinas, et adeo examinas mea aurantia! — Ego totus silui, nil habens ad respondendum, recedendoque cogitanti ejus verba, videbatur Tong fang illius satirici e genere (2) : num foret indignans sæculum osorque pravitatis quis? qui inniteretur in aurantiis ad carpendum?

---

96. PROFUNDI MOLIMINIS EXPLANATIO.

Molientes imperium, usque pensitant ipsis quod difficile, atque negligunt ipsis quod facile, præcavent ipsis quod est timendum, atque omittunt ipsi

---

縻 Mi, vincire. 靡, prosternere : prodigere : dissipare. | 醇 Choen, vinum generosum. 醴 Li, vinum dulce : mulsum.

---

(1) 孫臏 et 吳起 famosi duces, 伊尹 et 皐陶 famosi ministri : sic militares et civiles æque fallunt sæculum.

(2) 東方朔 peritus censurâ alios notandi, exinde 滑稽 transnominatus : Tong fang, ipsius cognomen erat.

Digitized by Google

而禍常發於所忽之中、而亂常起於不足疑之事、豈其慮之未周與、蓋慮之所能及者、人事之宜然、而出於智力之所不及者、天道也、當秦之世、而滅諸侯、一天下、而其心以爲周之亡、在乎諸侯之彊耳、變封建而爲郡縣、方以爲兵革可不復用、天子之位、可以世守、而不知漢帝起隴畝之中、而卒亡秦之社稷、漢懲秦之孤立、於是大建庶孽而爲諸侯、以爲同姓之親、可以相繼而無變、而七國萌篡弑之謀、武宣以後、稍剖析之而分其勢、以爲無事矣、而王莽卒移漢祚、光武之懲哀平、魏之懲漢、晉之懲魏、各懲其所由亡而爲之備、而其亡也、蓋出於所備之外、唐太宗聞武氏之殺其子孫、求人於疑似之際而除之、而武氏日侍其左右而不悟、宋太祖見五代方鎮之足以制其君、盡釋其兵權、使力弱而易制、而不知子孫卒困於敵國、此其人皆有出人之智、蓋世之才、其於治亂存亡之幾、思之詳而備之審矣、慮切於此、而禍與於彼、終至亂亡者、何

(1) Tertio 景 imperatoris anno, 鼂錯 dolebat nimiam septem regulorum potentiam, cum 吳 et 膠西 et 膠東 et 菑川 et 濟南 et 楚 et 趙 principatuum reges, simul educto milite rebellarunt.

(2) Fuit sub T'ai tsong, qui secretam memoriam publicans dixerit, tres post

Digitized by Google

quod non suspicantur; et tamen calamitates usque erumpunt ex neglectorum medio, atque turbationes usque exoriuntur a non dignis suspicatu rebus : num quod eorum molimina nondum perfecta? Scilicet molimina quas possunt attingere, humanæ res requirunt ita; atque productum ab intelligentiæ vis quo non attingit, cœli via est. Ea T'sin imperatoris ætate, deletis regulis, unitum imperium; cumque ejus mens existimaret Tcheou excidium pependisse a regulorum potentia, mutata feudorum institutione, fecit præfecturas districtusque, tuncque arbitrabatur arma et esseda posse haud iterum adhiberi, imperatoriamque dignitatem posse in sæcula conservari : et nesciebat Han imperatorem exortum rusticis ex agris, demum eversurum T'sin dynastiæ penates. Han reprehendebat T'sin solitariam erectionem, et ex hoc ample instituens secundarios filios fecit regulos, arbitrata ejusdem cognominis cognatos posse invicem continuari absque mutatione : at septem principatibus germinavit usurpandi occidendique consilium (1). Ou et Siuen post imperatores, nonnihil comminuens atterensque eos, divisit eorum potentiam, arbitrata nil negotii fore : at Wang mang tandem immutavit Han prosperitatem. Koang ou reprehendebat Ngai et P'ing imperatores, Wei reprehendebat Han, Tsin reprehendebat Wei; singuli reprehendebant illi ex quo perierint, atque habuerunt id præcavendum : sed eorum ruina scilicet exorta a quæ præcaverint extra. T'ang t'ai tsong audiens Ou cognominatam occisuram ejus filios nepotesque, quærebat hominem in suspicionum probabilitatumque medio, ad tollendum eum (2); at Ou cognominata quotidie assistebat ejus lateri quin persentisceret. Song t'ai tsou videns quinque dynastiarum locales prætores suffecisse ad imponendum suo principi, penitus dissolvit eorum militarem potentiam, ut viribus debilitati facile continerentur : et nesciebat prognatos denique afflictum iri ab inimico regno (3). Scilicet isti homines, omnes habebant excedentem alios perspicaciam, obruentemque sæculum habilitatem, ipsique quoad ordinis turbationisve standi pereundive elementa, cogitaverant ea distincte præcaverantque ea diligenter : at cogitatione applicata hic, calamitas exsurgebat illic, et tandem attingebatur turbatio et ruina : cur porro? quia prudentia poterat supputare

---

generationes fœminam Ou cognominatam usurpaturam imperium. Imperator petiit a magno cancellario 李淳風, utrum secreta memoria verum diceret : respondit, juxta cœli observationes, hominem jam esse in palatio. Tunc imperator : si suspicioni obnoxios plectam omnes, benene?

(3) Localibus prætoribus haud valentibus ferre suppetias.

Digitized by Google

哉、蓋智可以謀人、而不可以謀天、良醫之子、多死於病、良巫之子、多死於鬼、豈工於活人、而拙於謀子也哉、乃工於謀人、而拙於謀天也、古之聖人、知天下後世之變、非智慮之所能周、非法術之所能制、不敢肆其私謀詭計、而唯積至誠、用大德、以結乎天心、使天眷其德、若慈母之保赤子而不忍釋、故其子孫、雖有至愚不肖者、足以亡國、而天卒不忍遽亡之、此慮之遠者也、夫苟不能自結於天、而欲以區區之智、籠絡當世之務、而必後世之無危亡、此理之所必無者、而豈天道哉、

瘞旅文

王守仁

維正德四年秋、月三日、有吏目云自京來者、不知其名氏、攜一子一僕、將之任、過龍場、投宿土苗家、予從籬落間望見之、陰雨昏黑、欲就問訊北來事、不果、明朝、遣人覘之、已行矣、薄午、有人自蜈蚣坡來云、一老人死坡下、傍兩人哭之哀、予曰、此必吏目死矣、傷哉、薄暮、復有

蜈 Ou, 蜈蚣, millepeda: 地蜈蚣, nomen plantæ.

蚣 Kong, 蜈蚣, millepeda. Song, 蚣蝑, truxalis.

humana, et non poterat conjicere cœlum. Bonorum medicorum filii, plerique moriuntur ex morbo; bonorum magorum filii, passim moriuntur a diabolo : num periti in vivificandis aliis, hebescant vero in prospiciendo filiis? scilicet periti in supputandis humanis, hebescunt in conjiciendo cœlo. Antiquitatis sancti viri, scientes in imperio posteriorum generationum vices, non esse perspicax cogitatum quibus possit providere, nec bonæ industriæ quas possint regere, non audebant indulgentes suo ingenio moliri subdola consilia ; sed tantum cumulantes summam integritatem exercebant magnas virtutes, sicque adnectebantur ad cœli cor, ut cœlum propitium eorum virtutibus, veluti tenera mater protegit partum infantulum, haud ferret dissolvere ; propterea illorum prognati, licet aliqui valde stupidi degeneresque sufficerent ad perdendum regnum, tamen cœlum tandem non ferebat continuo perdere illud : istud moliminum profundissimum sane. Quod si haud potentes se jungere ad cœlum, voluissent cum tantilla prudentia occupare et obligare illius ætatis negotia, ut certo posteriores generationes carerent periculo pereundi, id ratio quod absolute negat, et qui cœli via foret?

---

97. SEPELIENTIS PEREGRINOS ALLOCUTIO.

Illo *Rectæ virtutis* quarto anno autumnante, lunæ tertia die, quidam secundarius præfectus dicens ex metropoli venire, quin sciverim ejus nomen cognomenque, ducens unum filiolum unumque famulum, volens adire munus, pertransiit *Draconis aream* (1), confugiitque pernoctatum indigenam aborigenum familiam. Ego ex sepis rimarum medio eminus videns illum, nubilis pluentibus crepusculoque nigrescente, voluissem adire interrogatum boreâ deveniendi causam, sed non effeci, crastinaque die misi qui visitaret eum, jamque profectus erat. Sub meridiem, fuit qui ex *Millepedæ* aggere veniens ait, quemdam seniorem hominem obiisse aggerem infra, juxtaque duos homines plorantes illum lamentari; egoque dixi : is certe secundarius præfectus mortuus jam, dolendum! Sub vesperum, rursus fuit

---

(1) *Recta virtus*, nomen regni imperatoris 武宗, qui anno 1506 gubernacula suscepit. Secundo fere hujus regni anno, 王守仁 gratia dejectus, in Koei tcheou missus fuit, ut in 龍場 publicis cursoribus præesset : duos post annos, casus accidit parvi hujus præfecti 吏目; est autem 吏目, secundus, apud secundi ordinis præfectum 州, magistratus.

Digitized by Google

來云、坡下死者二人、傍一人坐哭、

來云見坡下積尸三焉、則其僕又死矣、嗚呼傷哉、念其暴骨無主、將二童子持畚鍤往瘞之、二童子有難色然、予曰、噫、吾與爾猶彼也、二童閔然涕下、請往、就其傍山麓爲三坎、埋之、又以隻雞、飯三盂、嗟吁涕洟而告之曰、嗚呼傷哉、緊何人、緊何人、吾龍場驛丞、餘姚王守仁也、吾與爾皆中土之產、吾不知爾郡邑、爾烏乎來爲茲山之鬼乎、古者重去其鄉、遊宦不踰千里、吾以竄逐而來此、宜也、爾亦何辜乎、聞爾官吏目耳、俸不能五斗、爾率妻子躬耕可有也、胡爲乎以五斗而易爾七尺之軀、又不足、而益以爾子與僕乎、嗚呼傷哉、爾誠戀茲五斗而來、則宜欣然就道、胡爲乎吾昨望見爾容、蹙然蓋不勝其憂者、夫衝冒霜露、扳援崖壁、行萬峰之頂、飢渴勞頓、筋骨疲憊、而又瘴癘侵其外、憂鬱攻其中、其能以無死乎、吾固知爾之必死、然不謂若是其速、又不謂爾子爾僕、亦遽然奄忽也、皆爾自取、謂之何

Pen, sporta ad terram deferendam.

qui veniens diceret, aggerem infra mortuos duos homines, juxtaque unum hominem sedere plorantem; petii illorum formam, scilicet illius filiolus præterea mortuus erat. Crastina die, iterum fuit qui veniens diceret, vidisse aggerem infra collecta cadavera tria; ergo ille famulus etiam mortuus erat : heu, heu, quantus dolor! Cogitans illorum exposita ossa carere curatore, assumpsi duos pueros, tenensque fiscinam et palam, ivi sepultum eos : duo pueri habebant ægre ferendi speciem; ego dixi : proh! ego et vos sicut illi; duo pueri tristi specie lacrymas demiserunt petieruntque venire, juxtaque illud latus, montis radice factis tribus fossis, sepelivi eos. Tum allatis una gallina oryzæque tribus scutellis, suspiria emittens lacrymasque fundens, compellavi hominem sic : Hei hei, quam dolendum! at quis homo, es quinam homo? ego *Draconis area* cursorius præfectus, Yu yao regionis Wang cheou jen scilicet. Ego cum te æque mediæ Chinæ soboles, at ego nescio tuam præfecturam civitatemque, tu ad quid venisti fieri horum montium larva? Antiqui gravabantur relinquere suam patriam, et peragrantes præfecti non excedebant mille stadia : ego, quod in exilium pulsus, veni huc, merito quidem; tu vero quid peccasti? Audivi te fungi secundario præfecto tantum; census nec valet quinque modios; tu cum uxore et filio ipsemet agricolatus potuisses habere : qua de causa cum quinque modiis submutasti tuum septem pedum corpus, et etiam non satisfactus auxisti de tuo filio atque famulo? Heu, heu, dolendum! Si tu vere affectans hos quinque modios venisti, tunc debebas alacriter adire viam : qua de causa ego heri longe prospexi tuum vultum, tristitia contractum quasi haud parem tanto dolori? Ita perrumpendo subiens pruinæ vim, adrependo conscendens montium parietes, percurrens tot montium cacumina, fame sitique extenuatus, nervis ossibusque fatigatus, et insuper peste invadente ipsius extima, tristitia atterente ipsius intima, ipse poterasne exinde non mori? Ego utique sciebam te certo moriturum, at non putabam tam illud prompte, multoque minus dixissem tuum filium tuumque famulum etiam subito submersos iri : at omnia tu tibi adscivisti, dicendum quid jam? Ego cogitans vestrum trium ossa carere refugio, ideo veni inhumare; et en facis me habere immensum cordolium : heu, heu, dolendum sane! Etiamsi haud vos inhumassem,

---

鍤 T'CHA, pala, pastinum.

纍 I, vestis lanceæ tricuspidis : indicum pressum : littera auxiliaris : 纍, vox suspirantis.

崖 YAI, I, margines alti : ripa cum asperitate aggerum; ripa plana dicitur 汀.

瘴 T'CHANG, aer insalubris.

Digitized by Google

爾瘞、幽崖之狐成羣、陰壑之虺如車輪、亦必能葬爾於腹、不致久暴爾、爾既已無知、然吾何能爲心乎、自吾去父母鄉國而來此、三年矣、歷瘴毒而苟能自全、以吾未嘗一日之戚戚也、今悲傷若此、是吾爲爾者重、而自爲者輕也、吾不宜復爲爾悲矣、吾爲爾歌、爾聽之、歌曰、連峰際天兮、飛鳥不通、遊子懷鄉兮、莫知西東、莫知西東兮、維天則同、異域殊方兮、環海之中、達觀隨寓兮、莫必予宮、魂兮魂兮、無悲以恫、又歌以慰之曰、與爾皆鄉土之離兮、蠻之人、言語不相知兮、性命不可期、吾苟死於茲兮、率爾子僕、來從予兮、吾與爾遨以嬉兮、驂紫彪而乘文螭兮、登望故鄉而噓唏兮、吾苟獲生歸兮、爾子爾僕、尙爾隨兮、道傍之冢累累兮、多中土之流離兮、相與呼嘯而徘徊兮、餐風飲露、無爾飢兮、朝友麋鹿、暮猿與栖兮、爾安爾居兮、無爲厲於茲墟兮、

報劉一丈書　宗臣

數千里外、得長者時賜一書、以慰長想、卽亦甚幸矣、何至更辱饋遺、則不

彪 Pieou, parva tigris : tigridis maculæ.

umbrosorum montium vulpes facientes agmina, abditarumque vallium serpentes similes currus rotæ, utique certo valuissent sepelire vos in ventre, neque fecissent diu insolari vos : et vos jam nil sensissetis : sed ego quî potuerim ferre animo? Ex quo ego, relictis parentibus patriaque, veni huc, tres anni sunt : expertus luis toxicum, obiter potui me servare ; quia ego neque dum una die tristis fui. Et nunc commiseratione vulneror tanta ; ergo ego pro te studiosior, atque mihimetipsi negligentior : me non decet amplius pro te affligi jam, sed ego pro te canam, tu audi hoc. Canticum ait : Continuis jugis attingentibus cœlum, volantes aves nequeunt transmeare, et peregrini homines cogitantes patriam, nulli sciunt occidentem orientemve : nulli sciunt occidentem orientemve, at cœlum quidem unum, et diversa regio aliusque locus cingentibus maribus interjacet : penetrans visu quocumque hospiter, nullibi certum meum palatium ; o anima o anima, noli affligi sicque dolere. Et aliud canticum ad consolandum illum ait : Ego cum te æque patria extorres, barbaramque hominum linguam nulli vicissim cognoscimus : vita non potest præfiniri ; ego si moriar hoc loci, simul tu filiusque famulusque venietis sequi me, et ego cum te spatiabimur ad lætandum, vectique *purpureis tigribus*, conscensisque *virgatis dracunculis* (1), ascendemus conspicere antiquam patriam, suspiria emittentes : at ego si obtineam vivens repatriare, tuus filius tuusque famulus præstat te sequantur ; juxta viam sepulchra tractim continuantur, et plerique mediæ regionis dispersi peregrini sunt ; invicem uniti emittetis sibilos atque reciprocabitis gressus, sorbentes auram bibentesque rorem parcetis vobis esurire, mane sociati elaphuro et cervo, vespere simiis conjuncti subsidetis. Tu quiesce tu subsiste jam, noli facere lemurem in isto colle.

---

98. RESPONDENS LIEOU I TCHANG EPISTOLA.

Aliquot millena stadia procul, obtinens majorem meum opportune dedisse unam epistolam ad leniendum longum desiderium, sic equidem admodum beatus jam ; quid adeo insuper dignatus es mittere dona? sic ineptus

---

螭 T'CHE, draco nondum cornutus : equi nomen.

唏 HI, ridere : dolere. 唏, suspirium.

---

(1) *Purpurea tigris* et *virgatus dracunculus*, equorum sunt nomina.

Digitized by Google

才益將何以報焉、書中情意甚殷、即長者之不忘老父、知老父之念長者深也、至以上下相乎、才德稱位、語不才、則不才有深感焉、夫才德不稱、固自知之矣、至於不乎之病、則尤不才爲甚、且今之所謂乎者、何哉、日夕策馬候權者之門、門者故不入、則甘言媚詞、作婦人狀、袖金以私之、即門者持刺入、而主人又不即出見、立廐中僕馬之閒、惡氣襲衣袖、即饑寒毒熱不可忍、不去也、抵暮、則前所受贈金者、出報客曰、相公倦、謝客矣、客請明日來、即明日又不敢不來、夜披衣坐、聞雞鳴、即起盥櫛、走馬抵門、門者怒曰、爲誰、則曰、昨日之客來、則又怒曰、何客之勤也、豈有相公此時出見客乎、客心恥之、強忍而與言曰、亡奈何矣、姑容我入、門者又得所贈金、則起而入之、又立向所立廐中、幸主者出、南面召見、則驚走匍匐階下、主者曰、進、則再拜、故遲不起、起則上所上壽金、主者故不受、則固請、主者故固不受、則又固請、然後命吏納之、則又再拜、又故遲不起、起則五六揖始出、出揖門

(1) Lieou i tchang erat intimus ejus patris amicus : proinde epistolam ei dederat, monens ne ita a superioribus alienum se præberet. Tsong t'chen enim, litteris virtutibusque præstans, omnino a turpi assentatione abhorrebat, cum

Digitized by Google

ego a fortiori afferam quid ad retribuendum? In epistola benevolentiæ sensus admodum magnus : scilicet majore meo haud obliviscente seniorem patrem, scio seniorem patrem cogitare majorem meum impense (1). Quod de superiorum inferiorumque mutua consensione, et dotibus virtutibusque paribus dignitati, erudisti ineptum me, utique ineptus ego habeo summam gratiam : et quod dotes virtutesque haud conveniant, probe ipsemet scio hoc; quod ad non consentiendi defectum vero, magis ineptus ego sum multus. At nunc qui dicitur consensus quomodo est? Diuque noctuque stimulato equo expectatur potentis ad januam : janitor consulto non introducit; tunc mellitis verbis blandisque locutionibus, faciens mulierculæ vulticulum, maniculæ auro usus subornabis illum. Statim janitor sumens schedulam introducet (2), sed dominus adhuc non continuo exibit videre, et stabis equilis medio, equarios equosque inter; gravis odor insinuabitur vestibus manicisque, imo fames frigusque virus calorque non sunt tolerabiles, neque abibis : appetente vespere, tunc prius qui receperat donatum aurum ille, exibit significare hospiti dicens : dominus fatigatus est, gratias hospiti, hospes velit crastina die venire. Sic crastina die rursus non audebit non ire, noctuque indutus vestibus sedebit, auditoque galli cantu, statim surgens, lotus, pexus, propero equo perveniet januam. Janitor indignabundus dicet : quis es? Tunc reponet : hesternæ diei hospes venit; tuncque rursus succensens dicet : quam hospes diligens! qui possibile ut dominus hoc temporis exeat videre hospitem? Hospes corde erubescens rem, violenter patiens alterum compellabit dicetque : nihil remedii jam, interim da mihi ingredi; et janitor iterum assecutus quod donabit aurum, statim surget et admittet illum. Iterum stabit antea quo steterat equilis medio, sortitusque dominum egredi, austroque obversum invitare conspectui, tunc trepidans accurret, genibusque adrepet scalas infra. Dominus dicet : ingredere, tuncque bis adorabit, consultoque tardans non assurget, assurgens vero offeret quod detulerat *longævitatis* munusculum. Dominus consulto non recipiet, tuncque obstinate rogabit; dominus consulto obstinate non recipiet, tuncque denuo obstinate rogabit : ita et postea jubebitur administer recipere illud, et tunc iterum bis adorabit, iterumque consulto tardans non assurget, assurgens vero quinquies sexiesve salutabit, tuncque exibit. Egressus

---

præsertim eo temporis potentissimus minister 嚴介溪 huic turpitudini amplum patefecerit aditum.

(2) 刺, visitationis schedulam designat.

Digitized by Google

者曰、官人幸顧我、他日來、幸無阻我也、門者[illegible]出、馬上遇所交識、即揚鞭語曰、適自相公家來、相公[illegible]我厚我、且虛言狀、即所交識、亦心畏相公厚之矣、相公又稍稍語人曰、某也賢、某也賢、聞者亦心計交贊之、此世所謂上下相孚也、長者謂僕能之乎、前所謂權門者、自歲時伏臘、一刺之外、即經年不往也、間道經其門、則亦掩耳閉目、躍馬疾走過之、若有所追逐者、斯則僕之褊衷、以此長不見悅於長吏、僕則愈益不顧也、每大言曰、人生有命、吾惟守分而已、長者聞之、得無厭其爲迂乎、

藺相如完璧歸趙論

王世貞

藺相如之完璧、人皆稱之、予未敢以爲信也、夫秦以十五城之空名、詐趙而脅其璧、是時言取璧者、情也、非欲以窺趙也、趙得其情、則弗予、不得其情、則予、得其情而畏之、則予、得其

藺 Lin, junci storeis conficiendis, 馬藺 : nomen loci : cognomen.

脅, Hié, costæ : colligere : uti : urgere. 脅 Hien, nocere : obstare.

(1) 伏, sacrificium æstivum, quando principium refrigerans penitus delitescit. 臘, sacrificium hiemale, quo, tertio post solstitium die, *carnes* omnibus avis et Spiritibus offeruntur : his diebus inferiores præfecti solebant majores salutare, ut nunc fit quatuor anni temporibus.

(2) Regni Tchao 惠文 rex a regni T'chou 和 familia, miræ pulchritudinis

salutabit janitorem dicens : magistratus illustrissimus peroptato respexit me; alia die revertar, et spero, non impedies me. Janitore reddente salutationem, vehementer lætus festinabit egredi, equoque insidens, nactus quos amice cognoscit, statim attollens scuticam compellabit dicens : commodum ex illustrissimi domo venio, illustrissimus magnifice me, magnifice me; et immo mendacibus verbis cohonestabit. Unde quos amice cognoscit, equidem corde suspicient illustrissimum ampliter tractasse illum; et illustrissimus vero sensim, paulatim, alloquens alios dicet : talis quidem frugi, talis etiam sapiens; et audientes etiam corde cogitabunt mutuo laudare illum. En sæculum quod dicit superiorum inferiorumque mutuam consensionem : major meus dicetne me posse id? Modo quam dicebam potentis domum, illam anni temporibus, æstivo et hiemali (1), unam schedulam præter, jam transeunte anno nunquam adeo; et si aliquando via transit illius januam, tunc quidem obturatis auribus clausisque oculis, concitato equo rapido cursu pertranseo illam, quasi haberem qui persequens urgeret : hæc scilicet famuli tui angusta mens. Propter hoc usque non recipio gratiam apud superiores magistratus; ego vero magis magisque non curo, passimque grandi sermone dico : hominum vita habet fatum, ego tantum servo officium et nil aliud. Major meus audiens hæc, poteritne haud fastidire eorum aberrationem?

---

99. LIN SIANG JOU SERVATAM GEMMAM REMISISSE TCHAO DISSERITUR.

Lin siang jou salvasse gemmam (2), vulgus omne celebrat id; at ego non audeo existimare rectum. Illum T'sin, per quindecim urbium vanum titulum, decipere Tchao ad extorquendam ejus gemmam, eo temporis dicendum attrahens gemmam consilium, non quod vellet exinde explorare Tchao : Tchao si assecutus illius mentem, tunc ne dederit; si non assecutus illius mentem, tunc dederit; si assecutus illius mentem tamen timuit illum, tunc

---

gemmeam tesseram obtinuerat, quam ut sibi vindicaret, T'sin regni 秦 rex quindecim urbes promisit. Annuens Tchao rex dedit gemmam, atque per ministrum Lin siang jou misit offerendam, quo suasore T'sin rex quinque etiam dierum casto se ad illam excipiendam præparavit. At intellexit minister urbes dandi voluntatem non esse sinceram : quapropter administrum jussit gemmam sinu recondere, atque clam ad Tchao regnum deportare.

Digitized by Google

情而弗畏之、則弗予、此兩言決耳、奈之何既畏而復挑其怒也、且夫秦欲璧、趙弗予璧、兩無所曲直也、入璧而秦弗予城、曲在秦、秦出城而璧歸、曲在趙、欲使曲在秦、則莫如棄璧、畏棄璧、則莫如弗予、夫秦王既按圖以予城、又設九賓、齋而受璧、其勢不得不予城、璧入而城弗予、相如則前請曰、臣固知大王之弗予城也、夫璧非趙璧乎、而十五城、秦寶也、今使大王以璧故而亡其十五城、十五城之子弟、皆厚怨大王、以棄我如草芥也、大王弗予城而紿趙璧、以一璧故而失信於天下、臣請就死於國、以明大王之失信、秦王未必不返璧也、今奈何使舍人懷而逃之、而歸直於秦、是時秦意未欲與趙絕耳、令秦王怒而僇相如於市、武安君十萬衆壓邯鄲、而責璧與信、一勝而相如族、再勝而璧終入秦矣、吾故曰、藺相如之獲全於璧也、天也、若其勁澠池、柔廉頗、則愈出而愈妙於用、所以能完趙者、天固曲全之哉、

紿 T'AI, fila serica implexa : decipere.

澠 CHENG, fluvius Chantonensis. 澠池 MIN, Honanensis urbs.

---

(1) 九賓 scilicet 九儀之賓, significat vinum novies circumferri in convivio, adeoque summo ritu hospitem tractare. 齋, castum præmissum designat.

(2) 舍人, magni ministri administer.

Digitized by Google

dederit; si assecutus illius mentem quin timeret illum, tunc ne dederit; iste bipartitus sermo ratus jam. At quid? cum timeret e contra lacessivit illius iram. Præterea si T'sin voluisset gemmam et Tchao non dedisset gemmam, uterque nulla re inique aut recte; si tradita gemma, T'sin non dedisset urbes, culpa penes T'sin; si T'sin emittente urbes, gemma redierit, culpa resedisset in Tchao : si volebat ut culpa inesset T'sin, tunc nihil potius ac relinquere gemmam; si timebat amittere gemmam, tunc melius fuisset non donare. Porro T'sin rex cum secutus mappam ad dandas urbes, præterea instruxerit novenariam propinationem, et abstinuerit ad recipiendam gemmam (1), his adjunctis non potuisset non dare urbes : quod si gemmâ traditâ urbes non dedisset, Siang jou tunc coram petierit dicens : ego probe sciebam magnum regem non daturum urbes : ea gemma nonne est Tchao regis gemma? at quindecim urbes T'sin regis gaza sunt : et nunc si magnus rex ob gemmæ motivum amittat illas quindecim urbes, quindecim urbium filioli cives, omnes admodum indignabuntur magno regi, quod abjiciat ipsos veluti fœnum herbulamque; et si magnus rex non datis urbibus subducet Tchao gemmam, propter unius gemmæ causam fallet fidem coram toto imperio, et ego velim adire mortem in regno ad patefaciendam magni regis falsam fidem : et T'sin rex haud certe non restituisset gemmam. Atqui nunc misso administro, qui recondens abduceret illam (2), stat ratio pro T'sin. Eo temporis T'sin mens haud voluit cum Tchao dissidere : sed si T'sin rex excanduerit, occidisset Siang jou in foro, et Ou ngan domini decem myriadum milite premente Han tan, objectanteque gemmam atque fidem (3), primâ victoriâ Siang jou consanguinitas deleta, secundâ victoriâ gemma demum accessisset T'sin. Ego ideo dico, Lin siang jou obtinuisse salutem quoad gemmam, cœlitus scilicet. Quoad ejus strenuasse in Min t'che et emollivisse Lien p'ouo (4), equidem magis excedit, magisque mirabile in usu: at ratio cur potuerit servare Tchao, cœlum næ indirecte servavit illum, oh!

---

(3) Ou ngan kiun, fortis T'sin regni dux, nomine 白起.

(4) Cum T'sin regulus convenisset Tchao regulum in Min t'che, hunc ad cytharam pulsandam quasi ludium invitavit : tunc Lin siang jou statim illi testam obtulit, ut T'sin regni more illam percuteret; et sic strenue sui regis protexit honorem. Lien p'ouo, summus regni dux, ægre ferens Lin siang jou ipsi esse superiorem, lacessire cœpit assidue : at ille patientia et dexteritate tandem suum æmulum emollivit.

Digitized by Google

五人墓碑記

張溥

五人者、蓋當蓼洲周公之被逮、激於義而死焉者也、至於今、郡之賢士大夫請於當道、卽除魏閹廠祠之址以葬之、且立石於其墓之門、以旌其所爲、嗚呼、亦盛矣哉、夫五人之死、去今之墓而葬焉、其爲時止十有一月耳、夫十有一月之中、凡富貴之子、慷慨得志之徒、其疾病而死、死而湮沒不足道者、亦已衆矣、況草野之無聞者歟、獨五人之皦皦、何也、予猶記周公之被逮、在丁卯三月之望、吾社之行爲士先者、爲之聲義、斂貲財以送其行、哭聲震動天地、緹騎按劍而前、問誰爲哀者、衆不能堪、扶而仆之、是時以大中丞撫吳者、爲魏之私人、周公之逮所由使也、吳之民方痛心焉、於是乘其厲聲以呵、則譟而相逐、中丞匿於溷藩以免、旣而以吳民之亂請於朝、按誅五人、曰顏佩韋、楊念如、馬杰、沈揚、周文元、卽今之僳

湮 Yn, obturare : mergi.
皦 Kiao, clarus : candidus.
緹 T'i, 緹 Ti, sericum purpurei coloris.
扶, T'che, virgis cædere.
杰, Kié, nomen proprium.
僳 Lei, pendens : piger : æger : in alto multi stantes, 儽.

---

(1) 周順昌 e Liao tcheou, dum magistratum in Lou tcheou ageret, summam captavit populi benevolentiam, sed iniqui eunuchi 魏, summi tunc ministri,

Digitized by Google

100. QUINQUE VIRORUM SEPULCHRALIS LAPIDIS INSCRIPTIO.

Quinque viri isti, scilicet quando Liao tcheou civis, Tcheou dominus, recepit damnationem, qui excitati ad justitiam mortui sunt (1). Et ecce nunc, urbis sapientes litterati præfectoriique viri, petita-venia a temporis auctoritate, statim transtulerunt Wei eunuchi abrogatæ aulæ aream ad sepeliendos illos; prætereaque erexerunt lapidem ad eorum supulchri januam, ad prædicandum illi quod egerunt. Proh! age, splendidum sane! A quinque hominum morte, ad præsentem tumulum atque sepulturam, quod fuit tempus nonnisi decem plus una luna : istorum undecim mensium spatio, omnes divitum nobiliumque prognati, ampli, magnifici, compotesque voti homines, qui morbo obiverint, defunctique suppressi fuerint quin meruerint memorari, utique jam multi fuerunt; quanto vero magis rudes ruricolæ nullatenus noti? Et tantum quinque homines tam clare patent : quare? Ego adhuc recordor, Tcheou domino subeunte damnationem in quarti anni tertiæ lunæ oppositione (2), nostri cœtus actione qui erant litteratorum primi (3), ut illius recinerent justitiam, collegerant nummos ad prosequendum ejus discessum, ploratuumque voces commovebant cœlum terramque : purpuratus eques tenens ensem processit, petentemque ob quemnam lamentaretur, multitudo haud compos tolerandi, percussit atque prostravit eum : eo temporis, cum magnus prætor provinciæ rector Sou tcheou (4), esset Wei eunuchi conscius homo, et Tcheou domini damnatio a quo facta, Sou tcheou populus tunc dolebat animo, adeoque captans occasionem illum concitata cum voce increpare, statim vociferans illum insecutus est, et provinciæ prætor delitescens in latrinæ septo sic servatus est : postea vero de Sou tcheou populi seditione quæsitum a regia, et sententiâ occisi quinque homines, scilicet Yen pei wei, Yang nien jou, Ma kié, Chen yang, et Tcheou wen yuen,

---

excitavit iram, qui cum provinciæ prætore inique agens, illum in exilium mitti curavit. Dolent cives, prætori minas injiciunt; quinque proinde morte multantur. At paucos post menses, eunuchus gratia dejectus se strangulat, deletur in Sou tcheou, qua viventi jam sacrificabatur, aula, hujusque areâ quinque viri tumulantur, lapisque tumulo additur, et lapidi tandem inscriptio.

(2) 遭 *pervenire*, ad crimen, ad pœnam.

(3) 社, dicitur etiam de hominum cœtu atque circulo.

(4) Ou, est Sou tcheou.

Digitized by Google

[illegible]墓者也。然五人之當刑也。意氣[illegible]嗚呼中丞之名而詈之。談笑以死。斷頭置城上。顏色不少變。有賢士大夫發五十金。買五人之脰而函之。卒與屍合。故今之墓中。全乎爲五人也。嗟夫。大閹之亂。縉紳而能不易其志者。四海之大。有幾人歟。而五人生於編伍之閒。素不聞詩書之訓。激昂大義。蹈死不顧。亦曷故哉。且矯詔紛出。鉤黨之捕。徧於天下。卒以吾郡之發憤一擊。不敢復有株治。大閹亦逡巡畏義。非常之謀。難於猝發。待聖人之出。而投繯道路。不可謂非五人之力也。由是觀之。則今之高爵顯位。一旦抵罪。或脫身以逃。不能容於遠近。而又有剪髮杜門。佯狂不知所之者。其辱人賤行。視五人之死。輕重固何如哉。是以蓼洲周公。忠義暴於朝廷。贈諡美顯。榮於身後。而五人亦得以加其土封。列其姓名於大堤之上。凡四方之士。無有不過而拜且泣者。斯固百世之遇也。不然。今五人者。保其首顏以老於戶牖之下。則盡其天年。人皆得以

[illegible]豆 Teou, collum : cervix. | 株 Tchou, arboris truncus, pes.

(1) *Quinque* familiis constabant ordines, et sic *texebatur* populi census : qui [illegible]oin 編伍 *contexti quinarii* appellabatur.

nempe nunc juxta ordinem qui insunt sepulchro. At quinque homines ad supplicium, mentis habitu admodum elato, pronuntiarunt prætoris nomen atque maledixerunt ei, confabulantesque ridentesque sic mortui sunt, abscissaque capita collocata super mœnia, vultus colorem nec tantillum immutarunt : quidam sapientes litterati præfectoriique viri, erogatis quinquaginta aureis, emerunt quinque hominum capita atque servarunt ea, tandemque cum cadaveribus univerunt; adeoque nunc in sepulchro, integre sunt quinque homines. Mirum proh! Magni eunuchi turbationibus, nobiles præfectorii qui potuerint nil mutare suum propositum, quatuor regionum amplitudine, fuerunt quot? dum quinque viri nati in plebeii census medio(1), passimque nihil edocti Carminum Annaliumque documenta, sentientes præseferentesque summam justitiam, calcarunt mortem quin curarent : enimvero qua causa? Præterea, fictis edictis sparsim emissis, inuncatorum complicum captura vigebat in toto imperio (2) : tandem cum nostra civitas exhalans indignationem semel percusserit, nemo ausus rursus intentare surculosas criminationes; magnusque eunuchus etiam caute recessit timens justitiam, minimeque ordinarium consilium difficile fuit extemplo depromere, donec sapiente imperatore exorto, injecerit se laqueo in via; nec potest dici non fuisse quinque virorum efficientia. Ex quo id liquet, scilicet in præsens sublimis ordinis conspicuæ dignitates, quodam mane incidentes damnationem, aliquando liberant se per fugam, quin possint tueri remotiores propinquosque (3), et etiam sunt qui abraso crine obstructaque janua simulant amentiam, haud scientes quo eant; hujusmodi dedecorans homines abjecta ratio, comparata quinque virorum morti, levitatis gravitatisve revera cujusnam est! Quapropter Leao tcheou Tcheou dominus, fideli generositate patefacta apud regiam curiam, donatus titulo *Virtute conspicui*, inclarescit post vitam; atque quinque viri etiam obtinuerunt, ut addito ipsis terreo tumulo exponerentur eorum cognomen et nomen ad magni aggeris superficiem, omniumque quatuor regionum litteratorum nullus est quin pertransiens salutet atque comploret : quod certe centum sæculorum fortuna est (4). Secus enim, si quinque viri servato sui capitis collo sic senuerint in domus medio, tunc expletis sibi decretis annis, cum alii omnes potuerint

(2) Fictis edictis eunuchus, cum sibi adversos complices consciverit, plectebat.

(3) Cognati etiam remotiores solent tunc puniri.

(4) Sic centum sæculis eorum memoria vivet.

Digitized by Google

隸使之、安能屈豪傑之流、扼腕墓道、發其志士之悲哉、故予與同社諸君子、哀斯墓之徒有其石也、而爲之記、亦以明死生之大、匹夫之有重於社稷也、賢士大夫者、罔卿因之吳公、太史文起文公、孟長姚公也、

扼, 搤 Ngo, manu capere: premere. | 腕' Wan, carpus.

Digitized by Google

uti servos adhibere illos, quomodo valuissent deprimere summe præstantium genus ad premendum pectus in sepulchri via, et elicere illorum cordatorum litteratorum commiserationem? Quapropter ego cum ejusdem cœtus omnibus sapientibus viris, dolens istud sepulchrum tantum habere suum lapidem, feci ipsi inscriptionem, equidem ut patefacerem mortis vitæque momentum, et vulgares homines habere gravitatem super patrios penates. Sapientes litterati præfectoriique viri, antiquus minister Yn tse Ou dominus, academicus Wen k'i Wen dominus, Mong t'chang Yao dominus scilicet (1).

(1) 問, ab Annalium homine translata dictio : 太史 dicitur etiam academicus. Ou, Wen et Yao sunt cognomina, Yn tse, Wen k'i et Mong t'chang vero nomina.

Digitized by Google

牘　　簡

STYLUS EPISTOLARIS

Si cujusvis litteraturæ, nec adeo minimæ utilitatis pars, in scriptione epistolarum continetur, potiore id jure de sinica dicendum est, quæ tantopere, ut scitur, stylo studet epistolari. Operis igitur pretium erit, ex illustrioribus variarum dynastiarum auctoribus probatiora aliqua excerpere exempla, eaque in varias classes, prout sinica exhibent collectanea, relata, hic degustanda subjicere. Verum ea ad familiares sive communes sive graviores epistolas, 尺牘 passim appellatas, potius pertinere videntur : est et aliud genus, civilium, inquam, epistolarum genus, de quo plura hic necessum est præfari.

Ultro citroque inter præfectos datæ *de publicis negotiis epistolæ*, 公牘 communi vocabulo appellantur, et trifariam dispesci possunt, prout eæ ad inferiores, vel ad superiores, vel ad æquales referuntur.

1°. Ad propriæ jurisdictionis inferiores, dicuntur 札, et si appositam sententiæ censuram continent, 批語, si vero dictorum refutationem exhibent, 駁語 nuncupantur.

2°. Ad superiores, dicuntur 詳文, et particulares pro rei, hominis, formæque varietate inducunt species. Cum enim imprimis superioris sententiam res expectat, tunc si rem simpliciter exponunt, 照詳; si rem addunt comperiendam, puta missam argenti summam, missorumve reorum numerum, 照驗; si quod ex rerum apparet examine proponunt, 看語; si res deliberandas per capita distinguunt, 條議 appellantur. In his cum superioris requiratur sententia, litteris additur speciali folio codicillus, 由 appellatus, quo rei exponitur summa, ut litteris apud se retentis, illum censura notatum superior postmodum remittat; et si de pecunia transmissa agatur, illius summam speciale item folium excipiet. — Cum vero nulla expectatur sententia, tunc si ad immediatum uno sibi gradu superiorem mittuntur, puta a circuitus gubernatore 廳 ad præfectum 府, dicuntur 牒文;

Digitized by Google

si ad mediati gradus superiorem, ut a districtus gubernatore 縣 ad præfectum 府, dicuntur 申文.—Quod si demum plicatili libello aliquid addunt, quod ipsis litteris difficile nuntiaretur, 稟帖 nomine veniunt : et tunc, si superioris expectetur sententia, ruber albo libello interseritur, codicillum censura notandum sicque remittendum excepturus.

3°. Ad æquales dicuntur 移文, dicuntur 咨文, dicuntur 照會 : eo discrimine, quod primæ, humiliores propinquioresque inter se respiciunt magistratus, puta duos inter se præfectos; secundæ, paullo nobiliores remotioresque, supremorumque tribunalium cum proregibus provinciarumque prætoribus commercium; tertiæ, adhuc remotiores, potiusque hospitis cum hospite usum repræsentant, et sic inter indigenas et exteros magistratus, inter militares et alterius provinciæ alteriusque gradus civiles, inter Communis administratores et Urbis gubernatorem locum habent.

At horum omnium discrimen in paucis quibusdam formulis fere continetur, quibus initium et conclusio efferri solent. Initio enim statim exhibentur dantis tituli et epistolæ genus : *Ex imperiali decreto insignitus* tali *gradu*, tali *honore*, tali *merito*, Talis, *ad imponendum*, *transmittendum*, *certiorandum*, *respondendum*, *exponendum*, 爲札知事, 爲札飭事, 爲轉飭事; 爲照會事, 爲照復事, 爲恭錄照會事; 爲詳報事, 爲申請事, et ita passim.

Conclusiones vero, hujusmodi fere esse solent: 合行札飭札到該縣即便遵照毋違特札, 合再轉飭札至該縣即便知照特札.

今據前因合咨(移會,照會)貴院煩爲查照施行須至咨(移會,照會)者; 合先照會, 相應照會, 合行照復; 煩爲查賜移覆, 請煩查照希即轉飭該員知照; 煩爲查照咨內事理速覆施行.

合具詳報, 理合具文申請, 仰祈憲臺鑒核爲此備由呈乞照詳(照驗)施行須至申者(須至冊者 *si de pecunia agatur*), et ita passim.

Verum quod his omnibus speciale est atque civilibus epistolis proprium, rerum spectat contextum, et elocutionis stylum : stylus enim requiritur perspicuus atque nervosus, rerum vero ea repræsentatio, quæ legentis animum primo velut intuitu collustret atque convincat. Ex iis ergo, quæ tanquam imitanda exemplaria in sinensibus excerptis proponuntur (vide 留青集), aliquot specimina seligam, quæ ad *relationes* 詳文, seu *denuntiationes* 牒文, seu *expositiones* 申文, seu *significationes* 稟帖 re-

Digitized by Google

feruntur; et his, ut tempori serviam, aliquot addam recentioris *certificationis* 照會 exempla, quæ sive cum exteris magistratibus (vide 星軺指掌), sive inter quosdam indigenas usurpari nunc solet, et specialem quamdam dicendi formam, singularemque styli textusque sibi vindicat simplicitatem.

Sed varias classes, eisque subjectas epistolas, jam sequens exhibet ordo.

---

1 君諭類 Epistola principis subdito 1. 2. 3.
2 臣啟類 Subditi principi.... 4. 5.
3 辭命類 Reguli indicentis 6. 7. 8.
4 游談類 Ministri excurrentis..... 9. 10. 11.
5 宦途類 Magistratum exercenti.. 12. 13. 14.
6 將職類 Strategum agenti..... 15. 16. 17.
7 除授類 Promoto magistratui.... 18. 19.
8 議政類 Edisserentis regimen.... 20. 21. 22.
9 酬謝類 Grati beneficio 23. 24. 25.
10 慶賀類 Gratulationes facientis.. 26. 27. 28.
11 餽送類 Dona mittentis..... 29. 30. 31.
12 謝餽送 Gratias agentis..... 32. 33. 34.
13 求索類 Aliquid poscentis..... 35. 36. 37.
14 辭卻類 Aliquid recusantis 38. 39.
15 請召類 Ad convivium invitantis 40. 41.
16 期約類 Condictum significantis.. 42. 43.
17 邀請類 Ad aliquid advocantis 44. 45.
18 關節類 De re transigentis 46. 47.
19 求薦類 Petentis suffragium..... 48. 49.
20 薦舉類 Suffragium proponentis.. 50. 51.
21 凭託類 Negotium imponentis... 52. 53.
22 勸諭類 Ad aliquid hortantis.... 54. 55.
23 慰安類 Consolationem afferentis 56. 57.
24 吊慰類 Luctum levantis 58. 59.
25 答吊慰 Consolatori respondentis 60. 61.
26 家庭類 Patris filio 62. 63. 64. 65.
27 與友類 Intimo amico.... 66. 67.
28 褒揄類 Egregia laudantis 68. 69.
29 問候類 Salutationem mittentis.. 70. 71. 72. 73.
30 懷仰類 Hominem desiderantis 74. 75. 76. 77.
31 久別類 Diu separati 78. 79. 80.
32 贈別類 Munere valedicentis..... 81. 82.

Digitized by Google

33 恨別類 Dissidium dolentis..... 83. 84.
34 論文類 Edisserentis eloquentiam 85.
35 論學類 Tractantis disciplinam... 86. 87.
36 求文類 Petentis lucubrationem.. 88.
37 答求文 Petenti respondentis..... 89. 90.
38 志隱類 Secessum cogitantis..... 91. 92.
39 隱樂類 Secessum oblectantis..... 93. 94.
40 論物類 Corporea disserentis..... 95. 96. 97. 98.
41 激勵類 Excitantis animum..... 99. 100. 101.
42 詰責類 Objurgantis culpam..... 102. 103.
43 僧家類 Budhæ bonzio 104. 105.
44 道家類 Rationis flamini..... 106. 107.
45 四六體 Epistolæ numeris ligatæ 108. 109. 110.
46 詳文類 Relationis genus..... 111. 112. 113. 114. 115. 116.
47 牒文類 Denuntiationis genus... 117.
48 申文類 Expositionis genus 118.
49 稟帖類 Significationis genus.... 119. 120.
50 照會類 Certificationis genus..... 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130.

Digitized by Google

君論類○詔李斯議禮　先秦始皇帝

朕將東巡瀛海、求至人不死之藥、歸而登禪岱宗、答受神貺、丞相斯、其率東方守臣、議禮以聞、

與子陵　後漢光武

古大有爲之君、必有不召之臣、朕何敢臣子陵哉、惟此鴻業、若涉春氷、辟之瘡痏、須杖而行、若騎里不少高皇、奈何子陵少朕也、箕山潁水之風、非朕之所敢望、

書勞徐達　明朝太祖

古者帝王之興、必有名世之臣、以爲輔佐、成周伐罪、鷹揚奮發、炎漢仗義、群策畢舉、所以克集大勳、肇啟隆祚、將軍自昔相從、忠義出乎天性、然且沉毅大謀、端重有武、故能遏絶亂畧、消弭群慝、建無前之功、雖古豪杰士、不能過也、今所請事、悉從稟命而行、此賢臣事君之道、吾甚嘉之、向所請事、多可便宜行者、而識慮周詳、不

'痏 Wei, vibex.

---

(1) Summum hominem cum immortalibus Geniis communicantem.

(2) Non desidero ut delitescens famosum Yeou yu imiteris.

(3) T'ai Dux adjuvit Tcheou dynastiæ Ou regem, reguli adjuverunt Han

Digitized by Google

1. INDICIT MINISTRO LI SE DELIBERARE RITUM, CHE AUGUSTUS IMPERATOR.

Ego volo ad orientem perlustrare magnum pelagus, rogaturus summum hominem immortalitatis pharmacum (1): reversus, ascendam sacrificare Tai monti, repensurus acceptum numinis donum. Adjutor minister Se, velim cum orientalis plagæ custodibus præfectis deliberet ritum, indeque certioret.

---

2. AMICO TSE LING, KOANG OU IMPERATOR.

Antiquitus magnum habens facinus princeps, omnino habuit minime vocandum ministrum. Ego qui ausim ministrum habere Tse ling? at istud immane munus videtur trajicere vernam glaciem; comparatusque ulcerato infirmo, indigeo baculo ad gradiendum. Si K'i li non parvifecit Kao imperatorem, cur vero Tse ling parvifaceret me? Ki montis et Yn fluvii aura, haud ego quam ausim desiderare (2).

---

3. LITTERIS CONFORTAT DUCEM SIU TA, MING DINASTIÆ FUNDATOR.

Antiqui imperatores qui floruerint, omnino habuerunt famosum sæculo ministrum, qui esset sustentans adjutor : effecta Tcheou impetente reum, accipiter elatus conatum edidit; ignea Han incumbente juri, multorum consilia omnia prodierunt (3) : ex quo potuerunt concludere magnum opus, exordiaque inire florentis prosperitatis. Summus dux jam pridem me sequitur, fidelitate et æquitate prodeuntibus ex naturali ingenio; sed et profundæ fortitudinis, magni consilii, modestæ gravitatis, præditusque strenuitate, exinde potuit cohibens et abrumpens seditiosa molimina, disperdens et supprimens multas nequitias, inire impos progrediendi meritum (4), vel antiquitatis summe præstantibus heroibus nequaquam superabile. Nunc quam petis res, tota juxta petitam facultatem agatur : hujusmodi sapientis subditi subservientis principi rationem, ego admodum probo illam. Antehac quas petiisti res, plurimas potuisses commode riteque peragere; sed prudens

---

dynastiæ Lieou pang.

(4) Tale meritum, ut majus esse nequeat.

Digitized by Google

肯造次有違、誠社稷之變、邦家之禍、然將在外、君不御、古道也、自后軍中緩急諸事、將軍從宜行之、

臣啟類○報元帝　前漢王昭君

臣妾幸得備員禁變、謂身依日月、死有餘芳、而失意丹青、遠竄異域、誠得捐軀報主、何敢自憐、獨惜國家黜陟、移于賤工、南望漢關、徒增愴結耳、有父有弟、惟陛下幸少憐之、

答周高祖　南朝北周蔡景歷

走賤妄庸人耳、秋冬讀書、終慙專學、刀筆爲吏、竟闕異等、衡門衰素、無所聞達、今王道中興、慭憂敢運、足爲幸甚、方歡飲啄、是謂來蘇、

辭命類○報諸侯王陳師檄　前漢高帝

秦爲無道、殘威六國、項藉起而乘之、江以南、江以北、將

(1) Cum Yuen imperator barbarorum duci sponsam e suis subnubis spopondisset, omnium effigiem cuidam pictori 毛延壽 expingere commisit, ut sequiorem ipse tradendam seligeret. Tunc omnes e gynecæo subnubæ pecunia artificem subornarunt, ut effigiei venustatem præter verum exaggeraret : una renuit dare pecuniam Wang tchao kiun, præstanti forma nobilique animo mulier, quam propterea artifex turpiter finxit sicque barbari sponsam fecit.

(2) Studeo libris cum tam manca animi ad discendum applicatione, ut pudori mihi sit.

(3) Criminalem agens judicem, nequeo supra ordinarios ordines elevari.

(4) Dum in australem et borealem regiam imperium scinderetur, in septentrio-

Digitized by Google

judicium absolute finitum, haud patiens præpropero actu aliquid aberrare, vere est patriorum penatum fortuna regiæque familiæ prosperitas. Attamen duce versante foris, principi nefas regitare, antiqua lex est : in posterum castrorum cunctandas urgentesve omnes res, summus dux pro congruentia peragat eas.

---

4. AD HAN DYNASTIÆ YUEN IMPERATOREM, SUBNUBA WANG TCHAO KIUN.

Subdita famula feliciter nacta accenseri præpositis gynecæi mulieribus (1), cogitabam me innixam soli lunæque, morituram plenam superstite suavitate; cum contra votum coloribus depicta, longe exulavi aliena regione. Vere obtinui devovere corpus retribuendo domino, qui ausim mei misereri? Tantum doleo regiæ familiæ abrogationes promotionesque transferri ad vilem artificem; et ad austrum prospiciens Han claustra, frustra augeo mœroris constrictionem. Habeo patrem, habeo fratrem : tantum majestas tua dignetur aliquantum miserari illos.

---

5. RESPONDET BOREALIS TCHEOU FUNDATORI, T'SAI KING LI.

Excurrens calo nulliusque usus homo, autumno hiemeque studeo libris, usque pudendâ curâ discendi (2); et ensigero penicillo agens præfectum, etiamdum absum extraordinario ordini (3); stramineaque casa manca et nuda, nil habeo quod audiendum communicem. At nunc regum via e medio incipit, sollicitisque angoribus aperitur cursus (4); dignum ut gratuler maxime : incipitur frui potu et esca, quod dicitur venire suscitatum (5).

---

6. SIGNIFICATA REGULIS REGIBUSQUE INSTRUENDI ACIES RENUNTIATIO.

T'sin agens haud æquum, evertit destruxitque sex regna; et Hiang tsi exurgens atque captans rem, Amnis ad austrum, Amnis ad boream, mox

---

ne tres familiæ, 魏 et 齊 et 周, supremum jus modo hæc modo illa sibi vindicabant. Prævalente Tcheou, ejus imperatori Kao tsou scripta est epistola.

(5) Venire et populum jacentem suscitare, ex Annalium libro dicitur.

Digitized by Google

望治焉、而斬刈我生靈、戕弑我義帝、人神之憤、季不敢自愛、願以所部陳於楚郊、惟諸侯王之命是聽、

報七國　前漢淮南王

我高祖、定天下、裂土而封宗國、强幹弱枝、蓋鑒秦弊、非有私也、賊臣晁錯、廼欲起而更之、間我宗親、將不利於社稷、願從諸侯王伐漢之亂舊章者、

與王大理　三國魏文帝

屯有七尺之形、死爲一棺之土、惟立德揚名、可以不朽、其次莫如著篇藉、疫癘數起、士人凋落、余獨何人、能全其壽、

游談類○與曹孟德　三國郭嘉

漢之宗親、俱入穴鼠耳、劉備有鷹隼之才、秋風倏起、獵獵有淩雲心、明公宜謹避之、

---

(1) I rex, Hoai regis nepos, agnomine 心, primum ad solium evectus, mox nece sublatus a Hiang yu, seu Hiang tsi : Tsi, hujus erat agnomen.

(2) Ki, est Lieou pang ducis nomen, qui, Hiang yu devicto, Han dynastiam fundavit.

Digitized by Google

sperat regitare; atque cæde demessuit nostros populares homines, et vulnere occidit nostrum I regem (1), ut homines Spiritusque ipsum oderint. Ki non audens mihi parcere (2), velim quos duco explicare in T'chou campis, regulorum regumque jussa scilicet auscultaturus.

---

7. COMMONET SEPTEM REGNA, HOAI AUSTRALIS REX.

Noster excelsus fundator, stabilito toto imperio, dividens terras in feudum consanguineis regibus, corroboravit truncum infirmavitque ramos; quod inspexerat T'sin errorem, non quod habuerit privatum affectum : et noxius administer T'chao t'so vero vult insurgere ad immutandum hoc (3). Dirimere nostram avitam consanguinitatem, futurum haud conducibile ad patrios penates : velim sequens regulos regesque, impetere Han illius conturbantem antiqua statuta istum.

---

8. LITTERATO WANG TA LI, WEI REGNI WEN IMPERATOR.

Universim habens septem pedes corpus, morte fit unius sandapilæ cinis; unus erigens virtutem attollensque famam, poterit non perire, eique secundus nemo sicut componens codices librosque. Pestifera lues pluries invaluit, et litterati homines tabefacti evanuerunt : ego vero quis homo, ut possem tueri eorum longævitatem (4)?

---

9. AD T'SAO MONG TÉ, KOUO KIA.

Han stirpis cognati, omnes ingredientes foramina mures : at Lieou pei habet accipitris falconisque virtutem, autumnalique vento confestim insurgente (5), terribilem in modum habet ascendendi nubes animum. Claritas tua debet sedulo cavere illum.

---

(3) T'chao t'so suggesserat imperatori, ut regulorum auctoritatem imminueret. Hinc reguli, rebellione facta, ejus vitam postularunt, turpiterque obtinuerunt.

(4) Hortatur imperator, ut libros conscribendos susciperet.

(5) Ad ventum insurgere dicitur accipiter.

Digitized by Google

報曹孟德　三國　關羽

明公布大義於天下、而速收自樹、非某之所敢知、君猶是漢也、羽敢不臣漢哉、敢拜嘉命之辱、

與張天錫　兩晉　王猛

大秦之威、旁振於外、可以廻弱水使東流、返江河使西注、關東既平、將移兵河右、恐非六郡士民所能抗也、劉表謂漢南可保、將軍謂西河可全、吉凶在身、元龜不遠、宜深筭妙慮、自求多福、

宦途類○簡呂公著　宋　司馬光

比來物論、譏誨叔愼默太過、若此際不極諍、國事蹉跌、則入彼矣、光自病以來、以身付醫、家事付康伯、惟國事未有所付、今日屬于誨叔矣、

妙 Miao, subtilis, præstans, 妙.
諍 Tcheng, commonefacere principem : corripere, corrigere.
蹉 T'souo, labi : prætergredi.

(1) Creatus Koan yu fuerat Marchio 壽亭侯.

(2) Tsin dynastiæ imperium quinque familiæ perturbarunt : prior 趙 dynastia, cognomine 劉 ; posterior 趙, cognomine 石 ; 燕, cognomine 慕容 ; prior 秦, cognomine 符 ; posterior 秦, cognomine 姚. Hic de quarta agitur, quam 符堅 instituit.

(3) Invertere cursum scilicet.

Digitized by Google

10. AD T'SAO MONG TÉ, DUX KOAN YU.

Claritas tua propagat summum jus in imperio : raptim vero potiri seseque erigere, non est ille ego quod ausim intelligere. Regnans adhuc est Han, et Yu audebit non subservire Han? Audeo grates persolvere insignis tituli dignationi (1).

---

11. TCHANG T'IEN SI DUCI, WANG MONG.

Magnæ T'sin potentia (2), late retonans ad longinqua, potest reducere *Leves aquas* ut orienti affluant, et convertere Amnem Fluviumque ut occidentem influant (3). *Claustri orientalia* cum consederint, futurum ut transferatur miles Fluvii dexteram, et fortasse non erit sex præfecturarum equites popularesque cui possint obsistere. Lieou piao dicebat *Han australia* posse tueri (4), tuque dux dicis *occiduum Fluvium* posse servare : successus infortuniumque spectat vitam, et magna emys non distat (5); oportet profunde perpendere subtiliterque considerare, et sibi accersere multam felicitatem.

---

12. SCRIBIT LIU KONG TCHOU, MINISTER SE MA KOANG.

Continenter modo homines sermone carpunt Hoei chou attendere silentio ultra modum : si hisce temporibus haud vehementer admoneas, publica res pessum ibit, et tunc obveniet illi jam (6). Koang, ex quo ægrotavi usque adhuc, corpus commisi medico, familiæ res tradidi K'ang pé; tantum gubernii administrationem nondum habui cui crederem : hodierna die committo in Hoei chou fidem.

---

(4) 關東, 河右 seu 西河, 漢南, nomina locorum. Lieou piao, trium regnorum tempore, dixerat se posse servare locum, sed revera non servavit.

一陰生, 一陽生: *Primæ umbræ ortus, primi luminis ortus*, designant diem post solstitium paullatim decrescentem crescentemve.

葭灰飛: *Phragmitidis cinis avolans*, nuntiat hiemale solstitium. Ex speciali quadam bambusa, 金門竹, facti tubi, utraque extremitate phragmitidis cinere oppleta, super ligneam mensam collocantur in cubiculo penitus obstructo, æstusque sic expectatur qui cinerem explodat.

梧葉落: *Sterculiæ folium cadens*, nuntiat autumni adventum (淮南子).

朔死魄, 旁死魄: *Novilunium, moriens opacitas; subsequens moriens opacitas;* prima et secunda lunæ dies: 朔, quasi 蘇 *re-*

且 vel 端日, 7ª dies dicitur 人日 vel 靈辰, 15ª dies dicitur 上元 vel 元宵. Secundæ lunæ, seu 花月, 大壯月, 仲陽月, 杏月, 1ª dies dicitur 中和 vel 天正, 2ª dies dicitur 踏青 vel 挑菜, 12ª dies dicitur 花朝 vel 真元. Tertiæ lunæ, seu 桐月, 央月, 桃月, 蚕月, 8ª dies dicitur 上巳, pridie *sudæ claritatis* dicitur 寒食. Quartæ lunæ, seu 梅月, 乾月, 麥秋, 1ª dies dicitur 清和, 8ª dicitur 浴佛. Quintæ lunæ, seu 蒲月, 垢月, 蠻蒸月, 榴月, 滿月, 端月, 5ª dies dicitur 端午 vel 天中, 13ª dicitur 竹醉 vel 龍生. Sextæ lunæ, seu 暑月, 遯月, 精陽月, 荷月, 6ª dies dicitur 天貺 vel 清暑, 24ª dies dicitur 觀蓮. Septimæ lunæ, seu 瓜月, 否月, 蘭秋, 桐月, 巧月, 7ª dies dicitur 巧日 vel 七夕, 15ª dies dicitur 中元 vel 大慶. Octavæ lunæ, seu 桂月, 觀月, 仲商月, 5ª dies dicitur 千秋, 15ª dies dicitur 中秋 vel 月夕. Nonæ lunæ, seu 菊月, 剝月, 季商月, 菊秋, 4ª dies dicitur 重明, 9ª dies dicitur 重陽 vel 重九. Decimæ lunæ, seu 閉月, 坤月, 正陰月, 陽春月, 小陽月, 1ª dies dicitur 歲臘, 15ª dies dicitur 下元. Undecimæ lunæ, seu 葭月, 復月, 龍潛月, 仲冬月, 6ª dies dicitur 天應, solstitii dies dicitur 亞歲. Duodecimæ lunæ, seu 臘月, 臨月, 嘉平月, 清祀月, 8ª dies dicitur 蠟日, 12ª dies dicitur 百福, 24ª dies dicitur 交年, 30ª dies dicitur 除日 vel 除夕.

Immo, cum cycli litteræ ad lunas designandas etiam usurpentur, duodecim vero cycli rami aliud pro lunis nomen suscipiant, atque ab undecima luna cursum incipiant, hinc 1ª luna dicitur etiam 陬月, 2ª 如月, 3ª 病月, 4ª 余月, 5ª 皐月, 6ª 且月, 7ª 相月, 8ª 壯月, 9ª 玄月, 10ª 陽月, 11ª 辜月, 12ª 涂月.

Digitized by Google

nascens, 晦 *silens*, 弦 *cava*, 望 *plena* luna dicitur.

哉生明，始生魄 : *Incipiens nasci claritas, incipiens nasci opacitas,* tertia et decima sexta lunæ dies : illa etiam 朏 dicitur; ista etiam 既望, ut decima quarta 幾望 appellatur.

翌日，詰朝 : *Sequenti die, crastina die.* Illud in libro Annalium scribitur 翼日; hoc habetur ex 左傳.

吉時，穀旦 : *Fausta dies, fausta lux*, idem significant ex libro Carminum.

片晌，日曛 : *Breve tempus, crepusculum vespertinum.* Hic *hiang* generatim pro tempore sumitur, *hiun* pro 暮 a 列子 usurpatur.

疇昔，昧爽 : *Præteritum tempus, crepusculum matutinum;* 爽 seu 明 claritatem, 昧 seu 黎 ipsam obscuram significant.

三澣 : Lunæ *tres decades*, 上 中 下, ita dictæ, quod antiqua lege ter in mense aulicis feriari dabatur, ut balneo uterentur.

三餘 : Temporis *tria reliqua*, studio complenda, ut 董遇 aiebat (魏略), reliquum diei, anni, tempestatis, seu nox, hiems, nubilum.

朝三暮四 : *Mane ter et vespere quater*, significat astute ludificare rudes. Quidam enim simios alens, ut 莊子 narrat, ad graves minuendas expensas proposuit illis se fruges daturum mane ter et vespere quater: simiis rem irascentibus, proposuit dare mane quater et vespere ter; quæ tunc lætæ acquieverunt.

日就月將 : *Diebus progredi mensibusque proficere,* significat profectum in scientia, juxta Carminum librum.

焚膏繼晷 : *Combustione olei continuare diem*, significat die noctuque incumbere operi, juxta 韓文.

俾晝作夜 : *Facere diem evadere noctem*, significat labori destinatum diem quieti adhibere, juxta Carminum librum.

虛延歲月 : *Frustra protrahere annos et menses*, innuit ruborem inutilis vitæ.

少叙寒暄 : *Tantisper colloqui frigus et calorem*, innuit vagam consalutantium confabulationem.

人情冷暖 : *Hominum ingenia frigida vel fervida,* significat universalem hominum conditionem, diversumque inter homines tractandi conversandique modum.

世態炎凉 : *Sæculi facies ardens vel gelida,* significat generalem mundi statum, diversamque hominum conversationem.

衰周無寒歲 : *Dilabente Tcheou nullus friguit annus,* regi-

Digitized by Google

men indicat remissum.

暴秦無燠年 : *Sæviente T'sin nullus ferbuit annus*, regimen indicat rigidum.

泰平 : *Ursa plana*, significat anni prosperitatem. 泰 seu 泰階 sunt tres stellæ 三台 in pedibus Ursæ majoris, quæ regem, ministros, populumque designant.

玉燭 : *Gemmea lux*, significat temporum harmoniam, prout in 爾雅 habetur.

醉人爲瑞 : *Ebrius homo evasit boni-præsagii*, cum post gravem sub 唐德宗 annonam, in metropoli visus est.

野莩堪憐 : *Campis fame-mortui digni miseratione*, cum sub 梁惠王 rerum penuria sæviit.

豐年玉，荒年穀 : *Fertilis anni gemma* et *sterilis anni frumentum*, vulgo cognominabantur 王稚恭 et 庾元康 ob singulare ingenium (世說), et nunc ingenio præstantes designant.

薪如桂，食如玉 : *Cremia quasi osmanthus* et *cibi quasi gemmæ*, ut 蘇秦 ait in 史記, annonæ indicant caritatem.

春祈秋報 : *Vere precatio autumno eucharistia*, ordinaria est agricultorum regula.

夜寐夙興 : *Serius cubare maturius surgere*, diligentis præfecti mos est (詩經).

韶華不再 : *Flaccidus flos non renovatur*, in studio temporis jactura cavenda.

日月其除 : *Dies mensesque adeo auferuntur*, absque mora urgendum opus (詩經).

4. IMPERIORUM SERIES

天地初分 : *Cœlum terraque primum divisa* fingitur a mythico 盤古 ex chaos 太荒 prodeunte, quin ullus ejus originem noverit, dicto etiam 混沌氏.

干支始建 : *Trunci ramique cœpti institui* finguntur a 天皇 : illi 十母 isti 十二子 etiam dicuntur.

定三辰分晝夜 : *Stabilitis tribus luminaribus dividens diem noctemque* fingitur 地皇.

掌九區奠山川 : *Rector novem regionum firmans montes fluviosque*, scilicet 人皇, ut fingitur.

Digitized by Google

構木爲巢 : *Extructis lignis faciens nidos,* fuit 有巢, qui sic docuit populum e luteis cavernis prodire.

鑽木取火 : *Terebrando lignum eliciens ignem,* fuit 燧人, qui instituit etiam funiculorum nodos et meridianas nundinas.

畫八卦作六書 : *Delineans octo trigrammata et instituens sex scripturas,* fuit 伏羲, cognomine 風, ob splendorem virtutum, 太昊, ob victimarum alituram, 庖犧 etiam dictus; regnavit in Honanensi 宛邱 metropoli 115 annos. Sex scripturæ, scilicet 象形, 假借, 指事, 會意, 轉注, 諧聲.

樹五穀嘗百草 : *Plantans quinque fruges et experiens centum herbas,* 神農 scilicet, apud 姜 aquas enutritus, unde cognomine 姜, ab ignis virtute regnans, unde 炎帝 etiam dictus : regnavit in Chantonensi 曲阜 140 annis, 烈山氏 etiam vocatus.

黃帝少昊繼 : *Hoang ti et Chao hao continuarunt.* Hoang ti, a terræ virtute sic dictus, cognominatus 公孫 vel etiam 姬, quia ad 姬 aquas enutritus, agnomine 軒轅, nomine 有熊, principis 少典 filius; regnavit in 彭城 centum annos. Chao hao ejus filius, cognomine 巳, agnomine 摯, nomine 金天, regnavit in 曲阜 84 annos.

顓頊帝嚳承 : *Tchoan hiu et Ti k'ou successerunt.* Tchoan hiu, avo Hoang ti, patre 昌意, cognomine 姬, a primitivo principatu 高陽氏, et a novo calendario 曆宗 etiam cognominatus, regnavit in 帝邱 18 annos. Ti k'ou, avo Chao hao, cognomine 姬, agnomine 夋, a primordio 辛 principatu 高辛氏 cognominatus, regnavit in Honanensi 亳 75 annis.

稱元建國, 放勳重華 : *Memorato principio exordientes imperium, Late benemeritus et Iterato splendens,* scilicet Yao et Choen, quorum primus annus cœpit numerari. Yao, cognomine 伊祁, prænomine 陶唐氏, regnavit in Chansi 平陽 72 annis : Choen, cognomine 姚, prænomine 有虞氏, regnavit in Chansi 蒲阪 61 annis.

禹家天下, 湯拯生民 : *Yu hæreditarium faciens imperium* et *T'ang salvans imperii populum,* scilicet Hia et Chang reges. Yu, cognomine 姒, regnavit in Chansi districtu 安邑 27 annis : T'cheng t'ang, cognomine 子, regnavit in 亳 13 annis, expulso tyranno in 南巢.

暴君, 聖主 : *Tyranni principes* et *sancti domini,* 桀 et 紂 tyranni, 文 et 武 reges.

五霸, 七雄 : *Quinque archontes* et *septem potentes,* complectuntur *Veris Autumnique et bellantium regnorum* ætatem, donec ab-

Digitized by Google

sorpti fuerint a T'sin augusto, qui regnavit in 咸陽 12 annis.

赤帝子誅白帝子 : *Rubri domini filius occidit albi domini filium.* 劉, agnomine 邦, nomine 季, e 沛 oriundus, cum noctu magnum colubrum offendisset in via, educto ense occidit : tum sequaces eo loci invenerunt vetulam plorantem, quod ejus filium 白帝子 in anguem conversum rubri domini filius occiderit, statimque vetula evanuit. Lieou, mox 沛公 factus, evertit T'sin, evasitque Han dynastiæ 高祖, metropoli in 關中 erecta.

假皇帝逼眞皇帝 : *Adulterinus imperator invadit verum imperatorem,* 王莽 scilicet, adulterinus appellatus, dum puero imperatoris nomen, sibi vero potestatem attribuerat.

白水眞人 : *Albi fluvii divinus vir,* vocatur 光武帝 agnomine 秀, nomine 文叔, occidentalis Han in 洛陽 fundator, quod natus fuerit in 南陽白水鄉.

中山帝胄 : *Medii montis imperialis progenies,* vocatur 昭烈帝, e 中山 regni 靖 rege oriundus, qui posteriorem Han in occidentali 蜀 fundavit. Eodem tempore, 曹操 in 魏, et 孫權 in 吳 regnabant.

典午竊當塗 : *Tien ou surripuit Wei augurium,* et Tsin dynastia incepit. 當塗, regni Wei faustum oraculum scilicet : 典午, familia 司馬 scilicet. Hæc, pater 懿 cum duobus filiis 師 et 昭, magistratum exercebat in 魏 : mox 昭 creatus 晉王, ejusque filius 炎 ab Han abstulit sceptrum.

金牛承石馬 : *Kin nieou excepit lapideos equos,* et orientalis Tsin successit. Lapidei equi referunt septem e 司馬 familia, qui ab 懿 ad 愍, occidentalem Tsin concluserunt : sub Wei regni enim 明 imperatore, pretiosus quidam lapis equos effigiatos exhibuit cum sacrifico bove. 愍 autem imperatorem quum 劉石 evertisset, hunc punivit 睿 a 恭 principis subnuba et quodam administro 牛金 natus, qui orientali Tsin initium dedit.

五姓擾晉 : *Quinque cognomina conturbant Tsin;* scilicet anterioris 趙 familia 劉, posterioris Tchao familia 石, regni 燕 familia 慕容, anterioris 秦 familia 符, et posterioris T'sin familia 姚.

六朝終陳 : *Sex dynastiæ desinunt in T'chen,* 吳 cognomine 孫, 晉 cognomine 司馬, 宋 cognomine 劉, 齊 cognomine 蕭, 梁 cognomine 蕭, et 陳 cognomine 陳, quæ 江 Amnis sinistram occupabant. At dum posteriores quatuor australe tenebant imperium, boreale occupabatur ab occidentali et orientali 魏; quorum orientale cessit dein

Digitized by Google

boreali 齊, et occidentale cessit boreali 周, donec omnia univerit decima secunda dynastia 隋.

弑父篡位 : *Occiso patre usurpat thronum*, Soei dynastiæ infamis imperator 煬帝.

劫父稱兵 : *Coacto patre conflat militem*, T'ang dynastiæ fundator 李淵, qui frustra patrem ad arma incitaverat.

牝后,艷妃 : *Fœminæ principes venustaque subnuba*, quæ medium T'ang imperium conturbarunt, 武后, quam post patris mortem bonziam factam adamavit 高宗, et 韋后, quæ 中宗 veneno abstulit, et 貴妃 seu 楊太眞, gratiosi 國忠 soror, quam 玄宗 adamavit.

宦官,方鎮 : *Regii eunuchi regionalesque prætores*, extremam T'ang administrationem conturbarunt : inter illos eminebant 王守澄, 仇士良, 田令孜, 楊復恭, 劉季述, 韓全誨; hi, 節度使 dicti, prope tanquam recentiores proreges, potenti milite pollebant, uti 李克用, 李茂貞, 朱全忠.

五季十三君 : *Quinque dynastiarum tredecim imperatores*, subsecuti sunt T'ang dynastiam. Leang princeps 朱全忠, initio 朱温 appellatus; Tsin princeps 李存勗, 克用 defuncti filius; Tsin princeps 石敬塘, jam 明宗 imperatoris gener; 劉智遠, alio nomine 暠; 郭威, initio 雀兒 appellatus; hi fundarunt posteriores 梁, 唐, 晉, 漢, 周, quinque dynastias.

羣雄數十主 : *Varii potentes plus decem domini*, per ea tempora imperium discerpebant : 岐 princeps 李茂貞, 南唐 princeps 李昪, 蜀 princeps 王建, 後蜀 princeps 孟知祥, 閩 princeps 王審知, 殷 princeps 王延政, 吳越 princeps 錢鏐, 燕 princeps 劉守光, 楚 princeps 馬殷, 南平 princeps 高季興, 南漢 princeps 劉隱, 北漢 princeps 劉崇, varias imperii partes occupabant.

遼之兄,夏之父 : *Leao tartari frater, et Hia tartari pater*, borealis Song dynastiæ imperator scilicet, quando 眞宗 cum Leao imperatore pacem iniit, et 仁宗 cum tartaro Hia : tunc enim 兄弟 et 父子 denominationes statutæ sunt.

金之姪,元之俘 : *Kin tartari nepos, et Yuen mongolici captivus*, australis Song dynastiæ imperator scilicet, quando 孝宗 cum Kin imperatore pacem iniit eum tanquam patruum admittens, et 恭帝 ab invadente mongolico abductus fuit.

太祖實開南國 : *Primus fundator solide inivit australem*

Digitized by Google

metropolim, 朱 agnomine 元璋, nomine 國瑞, Ming dynastiam Nankini fundavit.

燕王定鼎北平 : *Yen princeps stabilivit tripodem boreali planitie,* 成祖 scilicet, quartus conditoris filius, 永樂 regni nomine appellatus, Pekinum metropolim transfert.

思宗殉國 : *Se tsong commoritur imperio,* ultimus dynastiæ imperator ei commoritur laqueo se suspendens.

世祖膺圖 : *Che tsou suscipit mappam,* imperii delineationem scilicet, et fundat regnantem dynastiam.

5. REGIA CURIA

龍飛，虎拜 : *Draco volat, tigris prosternitur,* cum rex conscendit solium, ministri obsalutant imperatorem. Primum exhibetur in 易經; alterum in 詩經, cum 召穆 Dux, agnomine 虎, imperatorem adoravit.

綸音，懿旨 : *Contexti soni, inclyta voluntas,* dicuntur verba et jussa imperatoris : illa quia, ut in 禮記 habetur, tanquam tenue filum exorta, mox a ministris in magnum floccum contexuntur ; hæc quia sancta censentur.

椒房 : *Xanthoxyli conclave,* significat reginæ domicilium (西都賦), quod parietes eo inducerentur ad mephitim avertendam, vel, ut alii volunt, ad numerosam progeniem portendendam.

楓宸 : *Liquidambræ diæta,* significat regis habitationem, quod sub Han frequens liquidambar pro ea plantaretur.

天子元首 : *Cœli filius primum caput,* dicitur in libro Annalium.

臣鄰股肱 : *Ministri assistentes crura et brachia,* dicuntur in eodem Annalium libro.

麟趾，龍種 : *Unicornis vestigia, draconis semen,* dicitur regia prosapia, primum in 詩經, alterum in 唐詩.

邦貞，國貳 : *Principatus fulcrum, regni secundus,* dicitur regni hæres : 萬邦以貞, ait 禮記, et 國之儲貳, ait 晉書.

青宮 : *Cyaneum palatium,* significat, æque ac 東宮, hæredis principis habitationem : quia ut in 神異經 refertur, in 東明 monte palatium, e cyaneo lapide muris extructum, argentea inscriptione dicebatur *Cœli Terræque primogeniti palatium.*

Digitized by Google

玉璽 : *Gemmeum sigillum,* significat imperatoris sigillum, ex quo T'sin che hoang illud sua cælesti destinatione inscriptum voluit. Han dynastiæ fundator dein istud invenit sigillum, et per generationes transmissum appellatur 傳國璽.

天潢 : *Cælestis galaxias,* designat late diffusam regiam prosapiam.

玉牒 : *Gemmeus codex,* designat regiæ genealogiæ librum, adeoque imperialis familiæ Ministerium, seu 宗人府, dicitur 玉牒所.

前星耀采 : *Anterior stella radians fulgorem,* hæredi principi mille ominatur annos. Constellatio 心 complectitur cor et duas alias Scorpionis stellas : media refert imperatoris sedem, anterior principis hæredis, posterior secundarii filii sedem.

嵩嶽效靈 : *Song mons exequens mirum,* imperatori decemmille annos precatur. Han 武 imperator, attingens ejus montis medium, audivit decemmille annos ter inclamari.

華封祝 : *Hoa præfecti votum,* Yao imperatori ad Hoa montem venanti magnam felicitatem, longam ætatem, multam prolem exoptavit.

樂府歌 : *Musicæ præsidis hymnus,* Han 明 imperatorem dum princeps hæres esset, quatuor strophis celebravit, quarum prima 日重光, secunda 月重輪, tertia 星重輝, quarta 海重潤 inscribebatur.

太上逍遙 : *Senior princeps otium oblectans,* celebratur regis pater; sic enim, ut in 唐書 habetur, se appellavit 高祖.

女中堯舜 : *Inter mulieres Yao et Choen,* celebratur regina mater; sic enim 宣仁太后 audivit se appellari (宋鑑).

神器,大寶 : *Divinum sceptrum, pretiosior gemma,* significant imperatoris dignitatem, ut aiunt 文中子 et 易經.

淑妃,貴嬪 : *Inclita subnuba, nobilis matrona,* designant gynecæo addictas, in quo gradus instituisse dicitur 晉武 imperator.

公主 : *Reguli arbitratu,* dicitur imperatoris filia, quod non imperator, sed ejusdem cognominis reguli, ejus nuptias componere solerent.

駙馬 : *Secundariis equis,* dicitur imperatoris gener, quod secundo veheretur curru.

縣主,鄉君 : *Districtus domina, pagi hera,* dicitur imperatoris filia ejusque neptis, quod illa districtus, hæc pagi feudo insigniri soleret (漢制).

儀賓,郡馬 : *Dotatus hospes, præfectorius adjutor,* dicitur imperatoris gener, cum T'ang dynastiæ 中宗 imperator suo genero 楊愼

Digitized by Google

libellum contulerit, ad ejus domus augendum splendorem.

6. REGII MINISTRI

燧人四佐 : *Soei jen quatuor adjutores,* 明由, 必育, 成博, 隕邱.

黃帝六相 : *Hoang ti sex ministri,* 風后 cœlo, 太常 terræ, 倉龍 orienti, 祝融 austro, 大鴻 occidenti, 后土 septentrioni operantes.

五臣佐舜 : *Quinque ministri adjuvantes Choen,* 禹, 稷, 契, 皐陶, 伯益.

十亂興周 : *Decem ordinatores promoventes Tcheou,* 周公, 召公, 太公, 畢公, 榮公, 太顛, 閎夭, 散宜生, 南宮适, et regina 邑姜.

聘伊尹于莘野 : *Invitatus I yn e Sin campo,* quo arabat, tertia vice paruit et adjuvit 成湯.

求傅說于巖阿 : *Quæsitus Fou yué in Yen colle,* adjuvit Chang dynastiæ regem 武丁.

周公召公夾輔王朝 : *Tcheou Dux et Chao Dux utrinque adjuvabant regiam aulam,* alter orienti, alter occidenti præpositus.

吉甫方叔竝爲元老 : *Ki fou et Fang chou æque fuerunt primi seniores;* 尹吉甫 adjuvit 宣 regem contra 玁狁, et 方叔 adjuvit contra 蠻荆, ut habet liber Carminum.

管晏建霸顯之勳 : *Koan et Yen extulerunt archontum gloriæ facinus;* 管仲 agnomine 夷吾, T'si 桓 regulum fecit esse archontem : 晏子 agnomine 嬰, fecit T'si 景 regulum splendere.

僑肸推邦家之選 : *K'iao et Hi promoverunt regii gubernii delectum;* in 鄭 regno 公孫僑, nomine 子產, benevolentia insignis : in 晉 regno 羊舌肸, nomine 叔向, rectitudine celeber.

蕭曹開炎漢之先 : *Siao et T'sao aperuerunt igneæ Han præludia,* 蕭何, creatus 酇侯, et 曹參 posthumo nomine 懿, creatus 平陽侯.

房杜啟盛唐之業 : *Fang et Tou iniverunt florentis T'ang gubernium,* 房元齡 nomine 喬孫, posthumo 文昭, et 杜如晦 nomine 克明.

武侯梁公旋乾轉坤 : *Ou Marchio et Leang Dux volvebant cœlum vertebantque terram,* 諸葛亮 nomine 孔明, et 狄

Digitized by Google

傑仁 nomine 懷英.

汾陽西平補天浴日 : *Fen yang et Si p'ing reges restaurabant cœlum purgabantque solem,* 郭子儀 posthumo nomine 忠武, et 李晟 nomine 良器, ambo e dynastia T'ang, regio Fen yang et Si p'ing titulo insigniti.

姚宋輔政于開元 : *Yao et Song adjuverunt regimen in Inchoato exordio,* 姚崇 nomine 元之, et 宋璟 nomine 廣平, sub T'ang dynastiæ 玄宗, anno regni 開元.

趙張匡君于紹典 : *Tchao et Tchang direxerunt principem sub Continuato splendore,* 趙鼎 nomine 元鎮, et 張浚 nomine 德遠, sub T'ang dynastiæ 高宗, anno regni 紹典.

文儉張燕公杜魏侯 : *Expolitus et Parcus, Tchang Yen Dux et Tou Wei Marchio,* 張說 nomine 道濟, et 杜暹, sub T'ang dynastiæ 玄宗 imperatore.

忠雅寇忠愍王文正 : *Fidelis et Rectus, K'eou tchong ming et Wang wen tcheng,* 寇準 nomine 平仲, posthumo Tchong ming, et 王旦 nomine 子明, posthumo Wen tcheng, sub Song dynastiæ 眞宗 imperatore.

申屠嘉與王商 : *Chen tou kia sociatur Wang chang;* ille parcus rectusque Han dynastiæ minister, 故安 marchio creatus : alter nomine 子威, verus Han minister ab exteris appellatus.

謝安石與王導 : *Sié ngan che unitur Wan tao,* uterque sub Tsin dynastia, 謝安, nomine 安石, et 王導 nomine 茂弘.

石慶數馬 : *Che k'ing numerat equos,* cum interrogatus ab Han 景 imperatore quot essent sub curru equi, per summam animi diligentiam senos scutica numeravit : dein minister factus fuit.

丙吉問牛 : *Ping ki quærit de bobus,* cum ab Han 宣 imperatore minister factus, si quos boves anhelantes inveniret, statim rei causam quærebat, æquabilis temperaturæ sollicitus.

公孫弘佐漢 : *Kong suen hong adjuvat Han;* is nomine 季, porcarius, quadraginta natus annos studuit Veri et Autumno, et adjuvit 武 imperatorem, 平津 Marchio creatus.

李衛公典唐 : *Li wei kong promovet T'ang;* 李靖 nomine 藥師, moliminum arte adjuvit 太宗, creatusque 衛公, effigiem habuit depictam in 凌烟閣.

一清一寧 : *Unum purum et una tranquilla;* ad cœlum pertinet unum quia purum, ad terram pertinet unum quia tranquilla, dixit con-

Digitized by Google

ciso sermone 晉武 imperatori unum in tentandis sortibus assecuto, minister 王戎 nomine 濬沖.

十漸十思 : *Decem succrescentia et decem cogitanda,* duorum libellorum argumentum, quos præter ducentos amplius alios imperatori 唐太宗 obtulit famosus ejus corrector 魏徵, nomine 玄成, posthumo vero 文貞.

桑維翰安用三寸毛錐 : *Sang wei han ecquid indiget quadrantali pilorum cuspide?* Posterioris Tsin dynastiæ Sang wei han, nomine 國僑, deformi specie et statura pusillus, haud penicillo usus, vi consilii turbationes sedavit.

趙韓王只須半部論語 : *Tchao han wang tantum indiget dimidio libro Sententiarum.* Song dynastiæ 趙普, nomine 則平, posthumo 忠獻, Han regis titulo insignitus, dixit 太宗 imperatori, se dimidio libro patrem adjuvisse, dimidio ipsum adjuturum.

李沆持衡 : *Li hang regens clavum,* primus habitus est inter Song dynastiæ ministros, 眞貴人 a 太宗 imperatore appellatus : nomine 太初, posthumo vero 文靖.

司馬秉軸 : *Se ma tenens gubernaculum,* tanti nominis erat, ut Tartarus non auderet quidquam negotii facessere : 司馬光, nomine 君實, posthumo 文正, a Song 哲宗 imperatore 温公 titulo insignitus.

父子登庸 : *Pater filiusque ascendentes munus,* 伊尹 et 伊陟, alter 成湯, alter 太戊 minister; 巫咸 et 巫賢, alter 太戊, alter 祖乙 minister; 韋賢 et 韋玄成, alter 漢宣帝, alter 漢元帝 minister; 李吉甫 et 李德裕, alter 唐順宗, alter 文宗 et 武宗 minister.

兄弟濟美 : *Frater fraterque explentes egregia,* 王祥 et 王覽, e dynastia Tsin, quorum primus nomine 休徵, recepit a quodam 呂虔, ensem summas dignitates portendentem, ipsumque moriens reliquit fratri nomine 玄通 : 卞粹 et 卞純, quorum primus, 玄仁 nomine, sub 晉惠帝, inter sex fratres æque ministros, et 六龍 vulgo appellatos, eminebat : 崔陵 et 崔仲文 ex boreali 齊, eadem die ministri renuntiati, et 兩鳳 vulgo nuncupati : 曾布 et 曾肇, e dynastia Song, quorum primus nomine 子宣 sub 哲宗 magistratum iniit, et cum fratre, nomine 子開, posthumo vero 文昭 appellato, simul academiam illustravit.

三世爲相 : *Tres generationes gerentes ministrum,* 張嘉貞 e T'ang dynastia cum filio 延賞 et nepote 弘靖; 呂公著 e Song

Digitized by Google

dynastia, cum patre 夷簡 et avo 蒙正.

四世爲相 : *Quatuor generationes gerentes ministrum,* 楊震 e 弘農, et 袁安 e 汝南, uterque sub Han : primus cum filio 秉, nepote 賜, pronepote 彪; alter cum filio 京, nepotibus 彭 et 湯, pronepotibus 逢 et 隗.

三朝元宰 : *Trium imperantium primus minister,* 姚元崇, passim 姚崇 appellatus, nomine 元之, posthumo 文獻, 梁 regni Dux creatus, qui adjuvit T'ang dynastiam sub 武后 et 睿宗 et 玄宗.

四朝元宰 : *Quatuor imperatorum primi ministri,* 裴度 e T'ang dynastia, nomine 中立, communis ingenii sed constantis animi vir, Tsin Dux creatus; 馮道 e quinque dynastiis, nomine 可道, sui scriptor in libro 長樂老叙.

一十二, 二十四, 少也 : *Duodecim et viginti quatuor annorum, juvenes quidem,* 甘羅 e T'sin, et 鄧禹 e Han.

八十二, 九十一, 晚乎 : *Octoginta duos et nonaginta unum nati, tardi proh!* 張柬之 e T'ang, et 文彥博 e Song.

7. BELLI DUCES

起翦頗牧秦趙之干城 : *K'i, Tsien, P'ouo, Mou, regnorum T'sin et Tchao scutum et propugnaculum,* seu 白起 et 王翦 e T'sin, sub 昭襄 et 始皇; 廉頗 et 李牧 e Tchao, sub 惠文 et 幽王.

衞霍英彭炎劉之上將 : *Wei, Ho, Yng, P'ong, ignei Lieou superiores duces,* seu 衞青, et 霍去病, sub Han 武帝; 英布 alias 黥布, et 彭越, sub Han 高祖.

黃鉞白旄 : *Aurata securi alboque vexillo,* 太公望 consilio ducebat exercitum, magnaque merita in Cheou expellendo comparavit.

葛巾羽扇 : *Panneo pileo plumeoque flabello,* 諸葛孔明 excepit magni exercitus impetum : consilio opus est.

渡江八十萬 : *Trajiciens flumine octoginta myriades,* 曹操 a 周瑜 Ou regni ministro profligatus fuit : numerus nil facit.

連營七百里 : *Continuans tentoria septingentis stadiis,* 劉備 a 陸遜 Ou regni duce in fugam conversus fuit.

燒牛尾 : *Inflammatis bobum caudis,* 田單 profligavit Yen regnum, et recuperavit septuaginta amplius urbes, quas regno T'si ademerat magnus Dux 樂毅.

Digitized by Google

竊虎符 : *Surrepto tigrino sigillo,* 魏無忌 cognomento 信陵君, occidit Tsin regni ducem, ipseque ei suffectus, sororis regnum a T'sin regni obsidione liberavit, et decem annos in Tchao regno permansit.

信陵歸魏 : *Sin ling revertens Wei,* hinc T'sin copias avertit : ad ejus enim reditus nuntium, T'sin regulus militem educere destitit.

樂毅去燕 : *Yo i relinquens Yen,* secum regni fortunam abduxit : cum enim amissa principis gratia, vitæ timens in regnum Tchao aufugisset, statim Yen regnum acquisitas urbes amisit.

雅歌投壺 : *Decoris canticis jaculans urceolum,* Han dux 祭遵, in ipsis castris genio indulgebat, 儒將 ideo cognominatus.

輕裘緩帶 : *Levi rhenone laxaque zona,* sine thorace vixque paucis stipatus, Tsin dux 羊祜, nomine 叔子, a dynastiæ fundatore 鉅平 Marchio creatus, animositate nulli secundus.

韓信囊沙 : *Han sin obvolvens arenam,* decem mille amplius saccis obstruxit noctu 濰 aquas, et sic insigni stratagemate T'chou regni ducem 龍且 succidit.

鄧艾踰崖 : *Teng ngai transiliens juga,* et fune milites demittens, in 蜀 metropolim improviso irrupit.

孫臏減竈 : *Suen pin imminuens focos,* a milite per viam peragi solitos, decepit 魏 regni ducem 龐涓 olim sub 鬼谷子 condiscipulum, magnamque T'si regno victoriam comparavit.

馬援聚米 : *Ma yuen congerens grana,* ad montes vallesque repræsentandas, graphice inimicam stationem 光武 imperatori exhibuit, qui illum creavit 新息 marchionem : ejus nomen 文淵.

飛將軍 : *Volans copiarum dux,* cognominabatur 李廣, septuaginta amplius pugnis celeber, improviso imminere hosti solitus.

眞天威 : *Vera cœli potentia,* appellatus fuit a 孟獲 australis regionis capite callidus 孔明, qui illum septies captum, septies remisit 七擒七縱, usquedum animo subjectus fuerit.

怖兒啼 : *Deterrens puerorum ploratum,* dictus fuit 郝玭, quem 原州 tuentem, hostis equitatus nec appropinquare audebat : ejus nomen tantum incutiebat terrorem, ut matres eo uterentur ad puerorum ploratum comprimendum.

愈夫瘧 : *Sanans hominum febrim,* 桓石虔 nomine 鎮惡, ita formidolosus ut terrore hostes subjiceret : febri correpti, quam dæmonis vexationem vulgus arbitratur, illius effigiem ad lectum suspendentes illico sanari dicebantur.

Digitized by Google

濟河焚舟 : *Trajecto fluvio combussit naves,* T'sin dux 孟明, jurans exercitum non reversurum, quin de Tsin regno a tribus jam annis impugnato vindicta sumeretur.

臥薪嘗膽 : *Incubans cremiis gustabat fel,* Yué rex 句踐 post acceptam cladem ad suos remissus, populum militemque impense fovens ad Ou regni injuriam ulciscendam.

鳴琴擁篲 : *Sonare lyra et complecti scopas,* stratagema fuit, quo 孔明 hostem improviso irrumpentem delusit : impar enim resistendo, aperuit portas, pro portis senes scopis tranquille verrentes constituit, ipseque lyram placide pulsans, simulatam insidiarum suspicionem injecit.

唱籌量沙 : *Inclamare axiculos et metiri arenam,* stratagema fuit, quo australis Song 檀道濟 persuasit 魏 militi quem impetebat, sibi annonam abundare : noctu enim jussit ad quemlibet arenæ saccum elata voce tessellarum numerum inclamare.

收五十餘國 : *Acquirens quinquaginta amplius regna,* in occidentali regione, cum triginta et octo hominibus tantum et sine ullo annonæ impendio, Han dynastiæ 班超, nomine 仲升, is fuit, 定遠 marchio inde creatus; qui, 班固 frater, pauperem olim matrem scripturæ opificio alens, penicillo extemplo abjecto, ad longinqua facinora aspiraverat.

下四十餘州 : *Subjiciens quadraginta amplius regiones,* in Kiang nan, cum ducentis millibus militum, nec uno tamen homine occiso, Song dynastiæ 曹彬, nomine 國華, is fuit, 魯 Dux creatus, et nomine posthumo 武惠 appellatus; beneficus et modestus ad exemplum, Song dynastiæ ducum facile princeps, eique instituendæ egregius adjutor.

8. LITTERARII GRADUS

入泮曰采芹 : *Consequi baccalaureatum dicitur carpere apium,* ut habetur in 詩經.

登科曰釋褐 : *Assequi licentiam dicitur solvere amplam-vestem,* vulgarem vestem scilicet, ad induendam cæruleam diploidem 藍袍, quod fieri cœptum est sub Song dynastiæ 太宗 imperatore.

賓興 : *Hospitum incitamentum,* per itineris viaticum scilicet, significat magni examinis annum, ex 周禮.

賢書 : *Sapientum codex,* significat licentiæ codicem, et dicitur etiam 貢籍; item ex 周禮.

榮膺鶚薦 : *Gloriose mereri haliæeti suffragium,* dicitur qui

Digitized by Google

superiorum examinum consequitur laudem : cum enim posterioris Han 禰衡 magnum in tenera ætate præseferret ingenium, eum curiæ proposuit 孔融, dicens centenos accipitros non valere unum haliæetum.

鑾戰棘闈 : *Pertinacis certaminis spinosum septum*, dicitur litterariæ concertationis claustrum, quod spinis cingebatur (通典) : *Ngao* vero strenuum prælium plenamque significat aliorum occisionem.

青錢中選 : *Æreus teruncius dignus selectu* inter cupreos omnes, dicebatur vulgo T'ang dynastiæ 張鷟 elucubratio.

席帽離身 : *Natta et pileus separari a persona* dicuntur, cum candidatus lauream consequitur : sub T'ang enim et in Song initio candidatus exiens secum ea deferre solebat.

鹿鳴宴 : *Cervi rudentis convivium*, fit litterariam licentiam consecutis (詩經).

鷹揚宴 : *Falconis assurgentis convivium*, fit militarem licentiam consecutis (詩經).

望朱衣之點頭 : *Sperare purpura vestitum annuentem capite*, significat lucubrationem sortiri selectum : cum enim Ngeou yang sieou candidatorum lucubrationes examinaret, vidit pone purpuratum ad optimam quamque capite annuentem.

取青紫如拾芥 : *Consequi purpuram quasi seligere sinapim*, significat classicorum artem callere : cum hac enim tam facile obtineretur superioris toparchæ toga, aiebat Han dynastiæ 夏侯勝, quam facile est e terra carpere sinapim.

紅綾賜餅 : *Rubrâ vittâ donatum crustulum*, significat adeptam doctoris lauream : dum enim rubra vitta crustulum comederet T'ang 僖宗 imperator, audivit 28 doctorum convivio lætantium strepitum, statimque totidem illis submisit crustula.

柳汁染衣 : *Salicis succo tincta vestis*, significat adeptam licentiati togam : cum enim 李固 sub vetusta salice pertransiret, audivit digitorum crepitum, vocemque dicentem : ego salicis spiritus sum; succo tingam tuam vestem, et tu licentiam obtinebis.

出頭地 : *Efferens capitis orbem*, dicitur de mire super alios excellente, uti de 蘇軾 dixit 歐陽修, cum legit illius 春秋對義.

破天荒 : *Perrumpens cœli chaos*, dicitur de primo emergente, uti ex 荆州 primus obtinuit doctoris primatum 劉蛻.

占鰲頭 : *Complectens balenæ caput*, dicitur academiæ primus, ex 蘇東坡詩.

Digitized by Google

魁虎榜 : *Eminens tigridum catalogum,* dicitur doctorum primus, quia cum 韓愈 simul celebrioris nominis plures lauream adepti sunt, adeoque ille concursus appellatus fuit 龍虎榜.

賜宴瓊林 : *Donari convivium baccarum sylva,* cœpit a Song 太宗 imperatore, qui eo horto convivium instituit doctoribus a seipso examinatis.

探花杏苑 : *Attrectari flores armeniacorum horto,* cœpit a T'ang dynastia (撫言), unde eo loci institutum academiæ candidatis convivium dicitur 探花宴.

座主，衣鉢相傳 : *Sedium præses, vestem scutellamque alteri transmittens.* Simul laureatorum præses, dicitur *sedium præses* : vestis scutellæque transmissio est budhistica locutio, significatque magistri in discipulum transfusionem.

同年，姑蘇大會 : *Simul laureatorum, in Sou tcheou magnus conventus.* Qui simul obtinent licentiam, dicuntur *ejusdem anni* : sub Song dynastia magnus horum conventus in Sou tcheou turri multis poematibus dedit locum, quibus procœmiatus est 范石湖.

龍門點額 : *Draconis portæ inclinare frontem,* significat licentiam non assequi. Ut enim in 三秦記 narratur, acipenseres tertia luna ad eam portam ascendunt, et qui transire valent, in dracones transformantur, qui vero secus, inclinata fronte revertuntur.

鴈塔題名 : *Anseris turri inscribere nomen,* significat doctoris lauream consequi : cum enim hanc adeptus sub T'ang dynastia quidam 韋肇, in ea turri ad *Benigni doni* pagodam suum nomen inscripsisset, communis dein mos idem faciendi invaluit.

傳臚 : *Transmittere proclamationem,* dicitur academicorum nomina proclamare : postquam enim minister coram regio abaco nomina revelaverit, primus præco 閤門 seu 鴻臚卿 ea excipit et laterones proclamant, quod 傳臚 vel 遞殿雷 dicitur.

徹棘 : *Aperire spinas,* significat licentiæ doctoratusve palmas proclamare : sub quinque enim dynastiis, 和凝 examinator, ad tumultum vitandum, spinis locum præcinxit, eumque patefacta porta solus introivit, egregiosque ejus ætatis litteratos proclamavit.

攀仙桂，步青雲 : *Inflectere immortalem osmanthum, calcare cærulas nubes,* æque significat obtinere palmam. Primum enim 馮道 poeta dixit de quinque 竇禹鈞 filiis, nempe 儀, 儼, 侃, 俨, 僖, qui quinque dynastiarum tempore, unus post alium lauream obtinuerunt,

Digitized by Google

unde 五子登科 invaluit expressio : alterum habetur in 謝靈運詩.

紅勒帛，孫山外 : *Rubræ lituræ pannus, Suen chan extra*, æque significat amisisse palmam. Cum enim 劉幾 palmam in experimentis obtinere solitus, ineptum aliquando dictum serico panno inscripserit, Ngeou yang sieou hominem subodoratus, illud rubra litura castigavit (筆談). Suen chan vero ultimum elenchi locum adeptus, iis qui examine deciderant, ipsos *Suen chan extra* esse nuntiavit (文酒清話).

入彀英雄 : *Ingredientes sinum inclytos heroes*, lætabatur T'ang dynastiæ 太宗 imperator, novorum doctorum videns agmen.

滿城桃李 : *Implentia urbem persica et pruna* seu magnam clientium frequentiam, gratulabatur summo T'ang dynastiæ ministro 狄仁傑 a celebri poeta 劉禹錫 facta oda.

賺了英雄 : *Frustratum fuisse inclytum ingenium*, dicitur ad solandum eum qui examine exciderit.

傍誰門戶 : *Adhærebo cujusnam familiæ domui*, dicitur ad miserandum litteratum spe dejectum.

9. CIVILES DIGNITATES

出震向離 : *Oriens oriente obversusque lumini*, dicitur rex, juxta quod habetur in Libro Mutationum.

扶天捧日 : *Fulciens cœlum sustinensque solem*, dicitur minister, quia 韓琦 et 程昱 pueritiæ tempore id somniarunt, ut est in 倦游錄 et in 魏史.

公孤比三台 : *Summates assessoresque comparantur tribus sublimitatibus*, seu tribus binariis ursæ stellis, 上中下台 appellatis (天文志).

郎官應列宿 : *Secundarii præsides respondent ordinatis constellationibus*, seu quindecim stellis ita appellatis (天文志).

宰相居鼎鉉 : *Primi ministri tenent tripodis vectem*, quia adjuvant tripodis elationem.

選曹掌銓衡 : *Electores præfectorum regunt trutinæ æquilibrium*, scilicet ministrorum tribunal metitur homines et res.

天官地官春官夏官秋官冬官 : *Sex summa tribunalia*, seu 吏部戶部禮部兵部刑部工部.

冢宰司徒宗伯司馬司寇司空 : *Sex tribunalium præsides*, alii 大 primarii seu 尚書, alii 少 accessorii seu 侍郎.

Digitized by Google

栢府，烏臺 : *Cupressi palatium, corvi turris,* significant censorem 都憲 seu 御史, quod hujus palatium sub Han cupressis obumbrari soleret, ubi corvi colliguntur.

鳳池，薇省 : *Phœnicis stagnum, lagerstræmiæ prætorium,* significant academiam 詞林 : primum dixit 荀勗 cum ad summi tribunalis præfecturam promotus fuit; alterum inductum est a T'ang dynastia.

皇華 : *Splendidus flos,* dicitur ad legatum laudandum, quia de eo agit illa oda in libro Carminum.

司成 : *Curans confectionem,* dicitur senior præfectus, qui in convivio solebat vinum libare terræ 祭酒.

柱後，惠文 : *Columnæ affixus, beneficus scriptor,* dicitur censorum caput 科 censorve quisvis 道, quod curvari nequeat, uti ferrea columna; unde cum rubra toga et ferreo pileo 鐵冠 aut 法冠 aut 惠文冠 res dicitur castigare.

中丞，開府 : *Medii adjutores, inchoatores præfecti,* dicuntur prorex et provinciæ prætor, alias 御史大夫, 御史丞 et 御史中丞, 侍書 et 侍御史, 司憲 et 臺長 appellati.

方伯，藩侯 : *Regionis comes* et *sepiens marchio,* dicitur ærarii præses 布政.

臬司，廉憲 : *Legum curator* et *probitatis præfectus,* dicitur criminalis judex 按察.

文衡 : *Litteraturæ libra,* est examinator imperialis 學政, qui et 文宗 dicitur.

鹺憲 : *Salis director,* 鹽法, etiam 鹺司 appellatus.

郡侯，刺史 : *Præfecturæ marchio, corrector magistratus,* dicitur præfectus, jam 太守, nunc 知府 nuncupatus.

別駕，治中 : *Seorsim vectus, administrationi adjunctus,* dicitur præfecti adjutor, 半刺 etiam nominatus.

州牧 : *Subpræfecturæ curator,* dicitur secundi ordinis præfectus.

邑長 : *Districtus caput,* dicitur urbis gubernator.

貳尹 : *Secundus rector,* dicitur gubernatoris adjutor 縣丞, qui et 長史 appellatur.

少府 : *Secundarius gubernator,* dicitur alter adjutor capiendis reis speciatim præfectus 典史, qui et 縣尉 nuncupatur.

鄉紳 : *Regionales cinctuti,* dicuntur præfectorii 仕宦.

田畯 : *Agrarius præses,* dicitur agricultorum excitator (詩經).

鈞座台臺 : *Æquitatis sedes, celsitudinis conspectus,* appella-

Digitized by Google

tiones sunt nobilis magistratus (唐詩).

憲轅，虎幄 : *Prætoria janua, tigrinum conopeum*, item alloquentis nobilem magistratum formulæ (周禮 et 左傳).

筮仕，下車 : *Sortiri magistratum, descendere curru*, est inire præfecturam, et inire munus (左傳 et 李白).

及瓜，解組 : *Attingere cucumes, solvere funiculum*, est explere munus, et redire ad privata (左傳 et 漢書).

秩官九品 : *Fungentium magistratuum novem ordines*, in primarios et secundarios distincti.

命婦七階 : *Titulatarum mulierum septem gradus*, 1us et 2us, 夫人; 3us, 淑人; 4us, 恭人; 5us, 宜人; 6us, 安人; 7us, 孺人.

金花誥 : *Aureis floribus diploma*, titulo mulieres decorat : septem enim auratilis papyri plagulis, auro contexta theca obvolutis, olim hujusmodi diploma dabatur.

紫泥封 : *Purpurea argilla signaculum*, imperialia diplomata signat; ea enim ex purpurea 武都 montis argilla signari solent (漢舊儀).

金甌覆名 : *Aurea patera obducere nomen*, est eligere ministrum regni; cum enim sic 崔琳盧 nomen obduxisset T'ang dynastiæ 玄宗 imperator, illud principi hæredi divinandum dedit.

美珠箝口 : *Pulchris unionibus obserare os*, est censorem silentio adducere; cum enim Song dynastiæ 眞宗 timeret ne 王旦 censor ipsum carperet, convivio excepit et unionibus donavit.

金馬，玉堂 : *Metallicus equus, gemmea aula*, designant academiæ locum : Han dynastiæ enim 武 imperator, magnum nactus equum, metallicam ejus formam ad academiæ aulam erexit; Song vero dynastiæ 太宗 imperator, academiæ præsidi 蘇易簡, quatuor a se delineatas albas litteras dedit 玉堂之署.

朱轓，皂蓋 : *Miniata pinna, nigrum umbraculum*, designant præfecti currum : sub Han enim, a bismille decimodiarum censu præfectus, miniatas habebat duas currus pinnas; a mille vero vel sexcentarum decimodiarum censu præfectus, sinixtram tantum pinnam miniatam habebat (白帖).

八座，紫閣名公 : *Octo sedibus, purpurei conclavis ministri*, dicuntur summorum tribunalium præsides : hi enim dicuntur in 漢制 *octo sedes*, et his Song dynastiæ 劉放 factus minister excitavit 紫薇閣 in occidua diæta.

Digitized by Google

五馬，黃堂太守 : *Quinis equis, flavi prætorii præfectus,* dicitur præfecturæ præpositus : sub Han enim, regio ministro ad externam præfecturam misso addebatur unus equus; 吳郡 vero præfecti cum aula sæpius incendium pateretur, flavo succo (雌黃) oblita fuit, indeque flavi prætorii nomen invaluit.

代天巡狩 : *Pro imperatore perlustrans custodita,* dicitur censor 直指, ut olim 暴勝之 sub Han dynastia depictam securim tenens regionem obibat.

指日高陞 : *Instar solis alte ascendens,* celebratur magistratus rapide promovendus.

藩垣，屏翰 : *Seps et murus, munimen et fulcrum,* designat ærarii præsidem, Carminum regulos referentem.

墨綬，銅章 : *Niger funiculus cupreumque sigillum,* designat urbis gubernatorem, antiquis baronibus respondentem. Funiculus enim zonarios lapillos connectens, ministro purpureus, censori cæruleus, magno præfecto viridis, majori gubernatori niger, minori gubernatori flavus erat : sigillum vero argenteum, si census bis mille decimodias superabat; cupreum, si sexcentas decimodias attingebat.

閹宦 : *Evirati præfecti,* dicuntur eunuchi gynecæi custodes.

縉紳 : *Infigentes zonâ,* dicuntur aulici præfecti, qui manualem tabellam zona infigunt 搢 seu 縉.

10. MILITARES ORDINES

蒐苗獮狩 : *Verna, æstiva, autumnalis et hiemalis venatio,* ad bello proludendum exercebatur (周禮).

虎貔熊羆 : *Tigris, leopardus, helarctus et ursus,* strenuos milites repræsentant (書經).

開府，元戎 : *Primum tribunal, caput militum,* militaris prætoris 都督, et primi ducis 總兵 seu 總戎 appellationes.

參戎，都閫 : *Legatus legionum, urbis præsidium,* appellantur ducis legatus 參將, et urbis custos 都司.

遊戎，鎮撫 : *Circumducens legionem, præsidii rector,* tribuni 遊擊, et ducis 守備 appellationes.

千侯，百宰 : *Chiliadis princeps, centuriæ præfectus,* chiliarchi 千總, et centurionis 把總 appellationes.

轅門 : *E temonibus porta,* designat incedentium legionum tentori-

Digitized by Google

um, cujus portam temones e regione positi constituunt.

露布 : *Publica divulgatio,* dicitur militarium gestorum relatio, quæ sigillo consignari non solet.

對壘 : *Opponere valla,* designat imminentem conflictum.

行成 : *Agere conclusionem,* significat concludere pacem.

凱旋，追北 : *Ovans recessus, disjecta fuga,* significant victoris epicinia, et profligati cædem.

敵愾，勤王 : *Æmulari iram, benemereri regi,* est pro principe effundere iram, pro regno pati adversa.

投鞭斷流 : *Projectis scuticis abrumpere fluxum,* est jactabundum Tsin principis dictum, ad significandum se milite ita potentem esse, ut infinitorum equitum scuticæ in flumen projectæ, hujus impetum coercere valerent (晉書).

處囊脫穎 : *Inclusa sacco perrumpens subula,* designat fortem virum suas dotes proponentem. Cum enim 毛遂 vellet Tchao reguli fratrem 趙勝 seu 平原君 ad T'chou regnum comitari, isque respondisset strenuum litteratum esse veluti subulæ cuspidem, quæ in sacco posita statim sese revelat, de illo vero a tribus annis nihil audivisse; respondit se, voti compos in sacco si poneretur, non cuspidem modo sed ipsum manubrium revelaturum. Ivit, solusque a T'chou rege obtinuit, ut Tchao regnum a T'sin regis incursu liberaret.

受辱於胯下 : *Accipiens contumeliam sub crurum intervallo,* est incomparabilis strategus 韓信, quem paupertate pressum sic olim juvenem aliquis interpellavit : si mori vales, me feri; si non, sub cruribus transito. Ille statim sub cruribus transiens adstantium risum excitavit; atque dein summus strategus creatus, insultantem hominem dignitate auxit.

進履於圯橋 : *Inferens crepidam super I pontem,* est 韓 civis, 張良 nomine 子房; hic juvenis invenit super pontem senem 黃石公, qui crepidam projectam jussit illum afferre, tumque pedi sibi inducere : obsequiosum juvenem senex dixit institutionis capacem, libroque dein donavit, quo summus Han 高 imperatoris consiliarius ille evasit.

以二卵捐勇將 : *Propter duo ova abjicere fortem ducem,* esset imitari 衞 regulum, qui propositum a 子思 ducem 苟變 nolebat recipere, quod olim a vicino abstulisset duo ova.

以寸朽棄良材 : *Propter unciam corruptam projicere bonam materiem,* refert eum, qui ob aliquem defectum totum hominem rejicit.

Digitized by Google

多多益善 : *Multo plures multo melius*, respondit Han Kao imperatori strategus 韓信, interrogatus quot posset ducere homines.

錄錄無奇 : *Admodum vulgares sine dotibus*, 毛遂 vocavit novemdecim 平原君 sequaces, qui T'chou regem ad petitioni annuendum inflectere non potuerant.

腹中數萬甲兵 : *In visceribus aliquot myriades militarium voluminum*, dictus fuit habere 范仲淹 nomine 希文 e Song dynastia, ad cujus nomen tremebant hostes.

江東八千子弟 : *Amni orientales octo mille minores natu*, secuti fuerant 項羽 ad Amnis occidentem, et simul profligati fuerunt : quapropter Hiang yu, licet ad Amnis orientem redire dein invitaretur, pudore affectus se potius jugulavit.

孫武吳起方略 : *Suen ou et Ou k'i molimina*, in tredecim eorum de strategia scriptis continentur. Suen ou, e regno T'si, invitatus olim a regulo ad regias subnubas exercendas, acceptissimas duas imperio refragantes statim obtruncavit; dein Ou regem 闔閭 adjuvit. Ou k'i e regno 衞, Lou regulum initio adjuvit, utque ei diffidentiam adimeret, uxorem e regno T'si oriundam occidit : ceterum ea erga milites facilitate, ut communi cibo, vestitu et labore contentus, eorum etiam vulnera sugeret.

司馬尉繚機權 : *Præfecti belli et Wei leao artificia*, in quatuor unius et viginti quatuor alterius de re militari capitibus exhibentur. 穰苴 e regno T'si, a 景 regulo exercitui præfectus, ob militaria merita *Magnus præfectus belli* renunciatus. Wei leao, e regno T'sin, a nonnullis famosi 魏 civis 鬼谷子 discipulus dicitur, in 夷 monte primitus delitescens.

尙父六韜 : *Chang fou sex recondita*, seu T'ai Ducis sexaginta de re militari capitula in sex sectiones collecta, 12 a Wen rege, 5 ab Ou rege, 13 a dracone, 12 a tigride, 8 a pardo, 10 a cane nuncupata.

石公三略 : *Che kong tria molimina*, superius medium et inferius, seu a T'ai Duce compositum volumen, et a 黃石公 portentoso sene juveni 張良 traditum.

獨立大樹下 : *Solus stans magna sub arbore*, dum ceteri duces sua merita referrent, 馮異 scilicet, nomine 公孫, magnus modestusque 光武 imperatoris strategus, ideo a militibus 大樹將軍 appellatus.

勞軍細柳營 : *Animans legiones Si lieou castris*, Han 文 imperator miratus est militum disciplinam, strategumque 周亞夫, ce-

Digitized by Google

lebris ministri 周勃 filium, verum ducem appellavit.

牧豕奴 : *Pascens porcos*, est 衛青, nomine 仲卿, posthumo 烈, proprio cognomine 鄭, primitus cum fratre simul mancipium, dein Han 武 imperatoris strategus, et 長平 marchio creatus.

屠狗輩 : *Occisor canum*, est 樊噲, qui ea primum arte alens vitam, dein Han Kao tsou secutus, meruit 舞陽 marchio creari.

11. CELEBRES PRÆFECTI

甘棠樹 : *Dulcis sorbi arbor*, innuit ex Carminum libro Chao Comitis beneficum in australi regione regimen.

墮淚碑 : *Eliciens lacrymas lapis*, designat sepulchrum, amatissimi sub Tsin 羊祜 prætoris memoriæ (278), in 襄陽 super 峴 monte positum, ad cujus aspectum populus lacrymas demittere solebat.

魚頭 : *Piscis caput*, designat Song dynastiæ præfectum 魯宗道, nomine 貫之, qui cognominis vertice habebat 魚 litteram, et recta rigiditate piscis spinam referebat.

伴食 : *Socius comesturæ*, designatur T'ang dynastiæ 盧懷慎, qui ingenio non attingens alterum ministrum 姚崇, nihil regiminis in se assumere audebat, adeoque 伴食宰相 appellabatur.

黑王相公 : *Niger rex dominus*, appellatus a tartaro fuit Song dynastiæ 王德用, dum munere exoneratus imperatorem inter aulicos salutaret : tartarus eum mox promotum iri conjecit, et imperator, re audita, illum ministrum creavit.

鐵面御史 : *Ferrea facie censor*, appellatus fuit intrepidus Song dynastiæ censor 趙抃, nomine 閱道, posthumo 清獻.

蒲鞭示辱 : *Junceo flagello infligens pudorem*, sub Han dynastia 劉寬 scilicet, nomine 文饒, dum 南陽 præfectum ageret, sontes sic leniter puniens.

官署懸魚 : *Præfectorio prætorio suspendens piscem*, sub Han dynastia 羊續 scilicet, nomine 興祖, in 廬江 præfectus : hic oblatum ab administro piscem contignationi suspendit, ut secundo offerens, visa re, summo fuerit pudore affectus.

鳴鳳朝陽 : *Canens phœnix ad regiæ austrum*, dictus fuit censor 李善感, cum silente post 褚遂良 mortem in T'ang regia monitione, primum ausus est regem commonere.

豺狼當道 : *Lupus obstruit viam*, dixit Han dynastiæ censor

Digitized by Google

張綱, cum Lo yang perveniens, accepit magnum ducem 梁冀 cum fratre inique se gerere, statimque aulam repetens imperatorem monuit.

挽不留 : *Retractus neque detinetur*, 吳郡 præfectus, 鄧攸, nomine 伯道, sub dynastia Tsin, qui tanta sobrietate urbem rexerat, ut, cum ob infirmitatem abire vellet, populus abeuntis cymbam fune retineret : sed vi paullo cessante, ille noctu statim solvit.

推不去 : *Propulsus neque abit*, avidus præfectus 謝令, quem præcedenti populus in cantico e re composito comparavit.

民歌五袴 : *Populus cecinit quinque femoralia*, cum 蜀郡 præfectus, 廉范, sub Han dynastia, noctu operandi interdictum relaxavit : populus enim ditior factus, se olim subucula carentem, jam quinque femoralia habere cecinit.

麥秀兩歧 : *Triticum spicasse duabus spicis*, cecinit 漁陽 populus, cum ejus sub Han præfectus 張堪 agriculturam mirifice promovit.

桑下有雉馴 : *Sub morum obvenit phasiana cicur*, dum posterioris Han 中牟 gubernator, 魯恭, nomine 仲康, acridiorum injuriæ solus ereptus, cum vicinæ urbis administro et puero quodam ibi considebat : cum enim administer puerum ad phasianam capiendam incitaret, isque ob pullationem abnueret, ille tria gubernatoris mira 三異 celebravit; acridiorum immunitatem, avium docilitatem, puerorum humanitatem.

兒童迎竹馬 : *Pueri occurrerunt bambusis equitantes*, antiquo 漁陽 præfecto, 郭伋 nomine 細侯, sub Han dynastia, cum is, alio translatus, gratissimæ urbis confinia pertransiit.

一路福星 : *Totius viæ faustum sidus*, dictus fuit quidam a Song ministro Se ma koang missus, cognomine 鮮于, agnomine 侁, nomine 子駿.

萬家生佛 : *Omnium familiarum vivus Budha*, dicebatur 司馬光, ob insignem in omnes beneficentiam.

鸞鳳不棲枳棘 : *Cæruleus phœnix non insidet citri spinis*, de posterioris Han cive 仇香, nomine 季智, etiam 覽 appellato, dixit ejus urbis gubernator, cum ille vix pagarchus matrem quamdam suum filium accusantem ad humaniora sensa revocavit : sicque juvenem ad scholam misit.

河陽遍種桃花 : *Ho yang late consita persici floribus*, celebrat Tsin dynastiæ 潘岳 nomine 安仁, qui dum esset illius urbis gu-

Digitized by Google

bernator, persicis et prunis floridum reddidit districtum, — 縣花.

反風滅火 : *Converso vento extinxit incendium*, Nankini sub Han gubernator, 劉昆, prostrato coram igne capite.

賣劍買牛 : *Vendito ense emere bovem* ad agriculturam, jussit 渤海 præfecturæ populum novus præfectus 龔遂 nomine 少卿, statura pusillus et septuagenarius, illuc ab Han 宣 imperatore ad latrones comprimendos missus : annoque vix evoluto, tota regio latronibus purgata fuit.

12. FAMOSÆ MULIERES

秉乾體之剛,配坤德之順 : *Tenens masculi principii fortitudinem, æmulans feminei principii obsequentiam*, vir et femina scilicet, juxta 易經.

女中堯舜,女中丈夫 : *Inter mulieres Yao et Choen, inter mulieres virago*, sapiens imperatrix et fortis mulier scilicet.

閨秀,淑媛 : *Conclavis flos, frugi femina*, sapiens mulier scilicet.

楚娃,宋豔 : *T'chou venustas, Song formositas*, pulchra mulier scilicet, quæ in T'chou et Song adjacentibus regionibus iis litteris designari solebat.

婦主中饋 : *Mulier curans medias ædes*, seu penum et vestiarium, innuit sapiens adjutorium (顏氏家訓).

妻念藁砧 : *Uxor cogitans agrarium pistillum*, innuit fidelem conjugem; nam 藁砧, proprie tundendis herbis lapis, designat longinquum maritum, ex antiquarum cantionum repertorio 古樂府, ubi habetur 藁砧今何在,山上復有山.

三從 : *Tres obsequentiæ*, patri, marito, eoque defuncto, filio.

四德 : *Quatuor mores*, muliebris virtus, cultus, loquela, opus.

尤物 : *Mirus habitus*, dicitur in Tsouo memoriis mollis mulieris formositas; potens subvertere hominem, ait suo filio 叔向 mater.

傾城 : *Evertens urbem*, dicitur in 李延年 acceptissimi Han 武 imperatori musici cantico, mulier venusta, quæ primo obtutu urbem, secundo regnum evertit.

母儀訓世 : *Materno decoro instruentes sæculum*, 周姜 et 太任 et 太姒, seu 太王 et 王季 et 文王 regum conjuges.

女寵喪邦 : *Muliebri gratia perdentes regnum*, 妹喜 et 妲己 et 褒姒, seu 桀 et 紂 et 幽 regum pellices.

Digitized by Google

蘭質蕙心 : *Cymbidii substantia orchideæque cor*, dicitur formosa mulier in 鮑昭賦.

柏操霜節 : *Cupresssi propositum pruinæque honestas*, designat viduam, quæ in Carminum 柏舟 oda secundas renuit nuptias, similis arbori quam non urit pruina.

朶朶蓮花 : *Singuli singuli nymphææ flores*, referunt 潘妃 passus, quam sub T'si dynastia 東昏侯 solum aureis stratum nymphæis incedere faciebat.

纖纖楊柳 : *Subtili filo salix*, innuit 小蠻 laterum gracilitatem : hæc erat secunda 白居易 celebris sub T'ang poetæ subnuba : prima vocabatur 樊素 et cantu excellebat.

髮光可鑑 : *Capillorum fulgor valet speculum*, de 有仍 oriundæ filia dictum, nuncupata exinde 玄妻 (左傳).

秀色可飡 : *Venustas formæ instar cœnæ*, sic aspiciendo 吳絳仙 satiari se dixit 隋煬 imperatoris mater (南步烟花錄).

氣馥如蘭 : *Halitus fragrabat velut orchidea*, Han 武 imperatoris subnubæ 麗娟, ita ut odoram efficeret nebulam.

淚紅如血 : *Lacrymæ rubuerunt instar sanguinis*, cum 楊太眞 reliquit parentes ad T'ang 玄宗 gynecæum ingrediendum.

柳絮詩 : *Saligni erioxyli versus*, scilicet 未若柳絮因風起, patefacit 道韞 ingenium, quæ ad Tsin dynastiæ 謝安 interrogationem, decidentem nivem salicis erioxylo comparavit.

留仙裙 : *Retinentis Genii castula*, memorat celebrem Han imperatricis 趙飛燕 saltationem, quæ vel super manus palmam saltus edere poterat : hæc dum flante vento saltaret, temulentumque 成 imperatorem sub Genii nomine ad renovandos mores excitaret, retenta illico fuit, et castula scissa est.

上書救父 : *Oblato libello salvavit patrem*, junior ex quinque 淳于意, sub Han granariis præfecti, filiabus nomine 緹縈, quæ audiens patrem supplicio obnoxium conqueri se non habuisse nisi inutiles filias, se ancillam obtulit Han 文 imperatori, ut patri veniam mereretur.

冒刃衞姑 : *Lacessito gladio protexit socrum*, 鄭義宗 uxor, 盧 oriunda, quæ, omnibus ad latronum adventum fugientibus, sola vetulæ socrus defensioni substitit, sicque a latronibus veniam meruit.

截髮留賓 : *Præciso capillo retinuit hospitem* 范逵, pauperis 陶侃 mater 湛 oriunda, sub dynastia Tsin, sumptibus sic suffectura; quod hospes resciens ait : nisi talis mater, non peperisset talem filium.

Digitized by Google

具饌供客 : *Paratis dapibus obsonavit hospiti*, summo duci 周浚, sub Tsin dynastia pauperis 李 familiæ puella, nomine 絡秀, quæ sic meruit a duce in subnubam adscisci, 顗 et 暠 et 謨 ei parere, et exinde pauperem suam familiam relevare.

投身於穢 : *Projecit se in sordes*, 韓重成 filia, nomine 玖英, ut latronum injuriam eluderet.

殞軀於崖 : *Præcipitavit se e monte* 陳仲 uxor, 張叔明 soror, ne latronum vim offenderet.

引斧斷臂 : *Adducta securi præcidit brachium*, quod caupo tetigerat, 王凝 vectigaliarii uxor, 李 oriunda, sub quinque dynastiis, dum viri defuncti exuvias cum parvo filiolo patriam asportaret.

引刀割鼻 : *Adducto gladio præcidit nasum*, sub tribus regnis, 曹文叔 vidua uxor, cum illam parentes ad secundas nuptias incitarent.

續成漢史 : *Continuans perfecit Han historias*, prærepti 班固 inclyta soror, 曹大家(姑) exinde appellata.

謄寫賜書 : *Exscribens exaravit donatos libros*, 蔡邕 filia, 琰, nomine 文姬, quæ interroganti 曹操 respondit olim patri donata a rege fuisse quatuor mille volumina, sed se memoria tantum retinere quadringentos amplius libros, statimque absque mendo exaravit.

突圍求救 : *Perrumpens obsidionem quæsivit auxilium*, ad patrem 荀崧, Tsin dynastiæ strategum, liberandum, ejus filia, nomine 灌, tredecim annos nata, paucis stipata militibus.

代父從軍 : *Pro patre operata militiæ*, 木蘭 viriles vestes induta, ita ut duodecim post annos expeditione absoluta, socii nondum agnoverint filiam eam esse.

練裳竹笥 : *Rudi limo, arundinea cista*, xylino stragulo, ligneo calceo, quinque 戴良 sub Han civis filiæ paupertatem ostendunt.

荆釵布裙 : *Rubeo cnasone xylinaque castula*, 孟光 nomine 德耀, deformis et paupera sed magnæ virtutis mulier, cum viro 梁鴻 nomine 伯鸞, sub Han dynastia, in 覇陵 monte delituit.

禿艷妃髮 : *Decalvans pulchrarum subnubarum capillos*, designat zelotypam 柳 oriundam. Hujus marito 任瓌, T'ang 太宗 imperator duas subnubas dederat : illa volebat has decalvare, potius mortem quam zelotypiam pati parata : unde imperator duas subnubas alio collocavit.

怒洛神賦 : *Succensuit fluvialis nymphæ descriptioni*, a 曹植 factæ, Tsin regni 劉伯玉 uxor, 段 oriunda, quæ, cum maritum illam laudantem audivisset, sibique nympham præferri gravaretur, nocte se

Digitized by Google

submersit; unde locus ille, dein 妒婦津 appellatus fuit.

私贈異香 : *Clam donavit miro thymiamate* sui patris administrum 韓壽 e Tsin dynastia, institutionis præfecti 賈充 filia, 賈午 nominata, quæ illi proinde nupta fuit.

夜奔邸舍 : *Noctu aufugiens pervenit diversorium*, quo 司馬相如 morabatur, 卓文君, divitis 王孫 filia, et cum eo 成都 contendit.

東施效瞵 : *Orientalis Se imitata caperantem*, excitat fastidium. In Tché kiang 諸暨 districtu, fuit occidua *Se* et orientalis *Se* familia. *Si se* pulcherrima specie mulierem, ex dolore frontem caperantem vidit deformis compagana, ait 莊子, et voluit imitari, haud intelligens cur illa frontem caperans ita ei placuerit.

無鹽刻畫 : *Ou yen fucatus color*, innuit turpem fucatam; erat enim 鍾離春, e T'si regni Ou yen urbe, deformis mulier. Cum vero 居顗 ab adolescentia famosum aliquis famoso 樂廣 compararet, noli, alter ait, fucatam Ou yen mulierem famosæ Si se comparare (世說).

許婦乏容 : *Hiu uxor deficiens specie*, respondit insultanti marito 許允, sibi nonnisi speciem deesse, illi vero speciem plusquam virtutem amanti deesse cordati viri actionem (世說) : exinde maritus illam usque honoravit.

蕭郎遠逝 : *Siao lang extra vagabunda*, innuit amantem excurrendi mulierem (唐詩).

13. PARENTES ET FILII

鼻祖, 耳孫 : *Primus avus, remotus nepos*, alter sic dictus, quod nasus putetur primus in corpore formari, alter quod vix auribus audiatur; abnepotis enim filius dicitur 來孫, hujus filius 昆孫, hujus filius 仍孫, hujus filius 雲孫, hujus filius 耳孫.

王父, 嚴君 : *Augustus pater, gravis ductor*, scilicet avus (爾雅), et paterfamilias (易經).

肯構肯堂 : *Volens tectum volens fundamenta* construere, significat ex 書經 patrem filiumque succedaneos, ut illud 作述 in Immutabili medio.

是橋是梓 : *Alter pinus alter catalpa*, significat patrem filiumque sapientem. Ut enim habet 說苑, quum Tcheou Ducis filius 伯禽, cum 康叔 ter visitans patrem, ter fustibus acceptus fuisset, remque apud

Digitized by Google

商子 conquereretur, is ostendit australis montis pinus et catalpas, illas altas et arrectas repræsentare patris jura, has humiles et inclinatas referre filii officium. Unde pater filiusque denominari solent 賢橋梓.

幹蠱, 螟蛉 : *Erigens collapsa, mororum eruca*, significat filium patris errata rasarcientem, ex Mutationum libro, et parentem adoptivos alentem filios, ex Carminum oda.

燕翼, 象賢 : *Tranquillans fovendos, referens sapientem*, significat relinquere nepotibus consilia, ex libro Carminum, et sapientem filium, ex libro Annalium.

椿萱竝茂 : *Cedrela et hemerocallis simul florentes*, significant parentes bene valere : nam Tchoang tse loquitur de cedrela antiquitus octo mille annorum; adeoque, a paternæ longævitatis desiderio, 椿庭, patrem repræsentat : Carmen vero de 諼 seu 萱 loquitur; adeoque, ab ægritudinum oblivionis desiderio, 萱堂, matrem significat.

蘭玉聯芳 : *Orchis et gemmea arbor unientes fragrantiam*, significant filiorum nepotumque splendorem : hunc enim sub earum arborum (芝蘭 et 玉樹) ad scalas nascentium figurâ olim expressit 謝安石 fratris filius, 玄 appellatus. De gemmea arbore coloriis venis distincta loquitur 山海經.

不癡不聾 : *Non insipiens neque surdus*, nequit esse socer seu 阿家翁, dixit T'ang 代宗 imperator suo ministro 郭子儀, qui filium suum 曖 custodiæ mancipaverat, quod cum uxore sua 昇平 imperatoris filia rixatus, injuriosa verba protulerat.

得親順親 : *Gratiosus parentibus conciliansque parentes*, meretur filii nomen, juxta Mentsium.

李密陳情 : *A Li mi exhibitum studium*, accurandi senem aviam scilicet, impetrata ad id a Tsin 武 imperatore munere desistendi venia.

侯霸垂訓 : *A Heou pa relictum documentum*, ut sui filii avum appellarent 家公 (顔氏家訓).

如孫仲謀 : *Similans Suen tchong meou*, seu 孫權, patre 堅之, talis exoptandus filius, exclamavit T'sao t'sao, cum ordinata illius agmina conspexit.

如李亞子 : *Similans Li ya tse*, seu 李存勗, patre 克用, dein posterioris 唐 dynastiæ fundatorem, talis exoptandus filius, exclamavit 朱温, cum ille Leang dynastiam impetivit.

菽水承歡 : *Phaseolis et aqua offerens gaudia*, signicat ex 禮記 pium filium pauperius parentes alentem.

Digitized by Google

義方立教 : *Æquitate et decoro peragens educationem*, significat vere amantem filios patrem, ut in Tsouo memoriis 石碏 commonuit 衛莊 regulum perdite suum 州吁 amantem.

紹我箕裘 : *Docens me fiscellam et rhenonem*, significat ex 禮記 aptam filii institutionem, sicut arcuarius incipit docere filium arcuare fiscellam, et conflator incipit docere filium conflare rhenonem.

纘戎祖考 : *Continuans tuum avum patremque*, significat ex 詩經 haud degenerem filii educationem.

具慶下,重慶下 : *Plena sub faustitate, dupla sub faustitate*, significat ambos parentes simul vivere, parentes cum avo et avia simul vivere.

嚴侍下,慈侍下 : *Paternum ad latus, maternum ad latus*, significat solum patrem superesse, solam matrem superesse : neutrum superesse, dicitur 永感下.

麟趾呈祥 : *Unicornis pedes exhibentes omen*, gratulantur humanissimam sobolem, ex Carminum oda.

鳳毛濟美 : *Phœnicis pennæ complentes splendorem*, laudant inclytum inclyti patris filium : nam de ingeniosi 謝鳳 filio, 超宗, dixit imperator 殊有鳳毛.

分甘自娛 : *Dispertitis cupediis sese oblectans*, 王羲之 scilicet, qui filios ducens nepotemque complectens, illis cupedias distribuebat.

問安惟頷 : *Afferentibus salutem solummodo annuens*, 郭子儀 scilicet, qui frequentes nepotes discernendi impos, eorum salutationem nonnisi nutu capitis excipiebat.

名以鎮惡 : *Nominatus a domito veneficio*, fuit e 王 familia puer, qui natus quintæ lunæ quinta seu infausta die, domesticorum excitaverat odium, cum avus 王孟 illum extraordinarium fore renuncians, 王鎮惡 appellatum, communi amori conciliavit.

舉不避親 : *Suffragio non exclusit consanguineum* 祁奚 scilicet, qui Tsin regulo interroganti sibi successorem non dubitavit proponere proprium filium 午, ob egregias hujus dotes.

和丸教子 : *Compositis pilulis educans filium* 柳仲郢, sub T'ang dynastia, mater 韓 oriunda, quæ ursini fellis pilulas noctu filio mandendas dabat ad diligentiam acuendam.

戲彩娛親 : *Ludicro ornatu oblectans parentes*, septuagenarius 老萊子 e Tcheou, ut quidam ferunt, dynastia, pueri fingens personam, ad illorum grandævitatem dissimulandam.

Digitized by Google

捧檄而喜 : *Tenens rescriptum gavisus*, significat ob superstitem matrem lætatum honoribus : e posteriore enim Han 毛義, gubernator creatus magnam ostendit lætitiam, matreque mortua a magistratu destitit.

被笞而泣 : *Exceptus verbere plorans*, 韓伯俞 sub Han dynastia, qui tunc tantum ploravit, cum sensit matrem jam non habere vires ad infligendum dolorem.

倚門倚閭 : *Adhærens domus januæ adhærens vici januæ*, 王孫賈 servientis T'si regni 湣 regi mater, quæ filium vespere venturum ad domus januam, vespere exeuntem vero ad vici januam expectabat.

陟岵陟屺 : *Ascendens frondosum ascendens aridum montem*, significat ex Carminum oda filium peregrinum genitores cogitantem.

家督主器 : *Familiæ primogenitus curat vasa*, sacrificii scilicet, cui præest, vasa.

門子克家 : *Hæres filius sustinet domum*, scilicet legitimus primi rami filius, qui ex 周禮 dicitur 門子.

充閭 : *Implens rus*, dicitur magnæ spei filius; quia sub Tsin, 賈逵 imposuit filio agnomen 充 et nomen 公閭, quod speraret illum, ad honores promotum, rus fore gratulatoribus impleturum.

跨竈 : *Transgrediens focum*, dicitur filius superans patrem, ex 吳琮 gratulatorio carmine.

寧馨, 英物 : *Tranquilla fragrantia, eximium ens*, æque significant egregium filium : primum de specioso 王衍美 dixit 山濤 sub Tsin 武 imperatore magistratus; alterum de anniculo 桓温 dixit 温嶠, postquam illius structuram vocemque consideraverit.

國器, 掌珠 : *Regni vas, palmæ unio*, æque significant optimum filium : primum de T'ang 太宗 imperatoris ministro 房玄齡, dixit 高孝基 sub Soei finem; alterum cecinit Tou fou poeta.

螽斯揖揖 : *Locustæ conjunctim collectæ*, referunt ex Carminum oda frequentissimam progeniem.

瓜瓞綿綿 : *Cucurbitæ juniores continenter productæ*, referunt item ex Carminum oda continuatam prosapiam.

14. PATRUI

世父, 諸父 : *Major patruus, omnes patrui*, ille sic dictus quod avi hæreditatem continuet, hi sic appellati in Carmine.

猶子, 從子 : *Alter filius, subsequens filium*, dicitur omnis e fra-

Digitized by Google

tre nepos, ille ex Rituum memoriali, iste ab Han dynastia, quod patruus subsequatur patrem.

諱言叔癡 : *Cessavit dicere patruum stultum* 王濟 e dynastia Tsin, qui audiens illum, 王湛 appellatum, librum Mutationum clare explicantem, exclamavit : a triginta annis domi doctorem habemus, quin ullus agnoverit.

雅推叔美 : *Egregie exaltavit patrui dotes* 謝道韞, celebris 王羲之 filio, 王凝之 appellato nupta, quæ inter omnes novæ domus patruos unum laudavit 阿大中郎.

烏衣郎 : *Nigræ vestis dominuli*, significant 王 et 謝 duarum familiarum juniores : sub Tsin enim dynastia eæ duæ familiæ incolebant Nankini angiportum, 烏衣 appellatum (南史).

千里駒 : *Mille stadiorum equulus*, vocabatur 苻朗 a patruo 堅 T'sin regni domino.

竹林杯酒 : *Arundineto bibentes vinum*, dicuntur septem sub Tsin dynastia sapientes, 竹林七賢 vulgo dicti, 阮籍 nomine 嗣宗, cum ejus fratris filio 阮咸 n. 仲容, 向秀 n. 子期, 嵇康 n. 叔夜, 劉伶 n. 伯倫, 山濤 n. 巨源, 王戎 n. 濬仲 (晉書).

玉樹芝蘭 : *Gemmea arbor et fragrans orchis*, exprimunt familiæ splendorem, ut olim parvus 玄, patruo suo 謝安 repræsentavit.

存姪棄子 : *Servans nepotem abjicit filium*, e Tsin dynastia 鄧攸 nomine 伯道 : cum enim utrumque gestans turbationem effugeret, et alterutrum abjicere deberet, fratris mature defuncti misertus, ejus filium 綏 potius servavit.

事叔如父 : *Serviens patruo sicut patri*, 柳仲郢 nomine 諭蒙, patre 公綽, patruo 公權; is factus magistratus, ad patrui adventum exscendebat ex equo, et reverenter tabellam manu tenens stabat.

以姪主身之後 : *Dedit nepoti curanda vitæ subsecutura* 孔帖盧邁, qui bis uxore ducta caruit prole, et subnubas inducere suadentibus respondit, nepotes satis esse ad exequias curandas.

以子代姪而生 : *Dedit filium pro nepote sicque servavit*, 張範, qui latronibus filium reddentibus respondit se miserari tenellam nepotis ætatem : unde latrones generositatem mirati, utrumque reddiderunt.

謝密成佳器 : *Sié mi evadet electum vas*, dixit ejus patruus 混, cum vidit illum modestum consideratumque puerum, ut habetur in 宋書 de 謝宏微, agnomine 密, memoria.

劉孺號明珠 : *Lieou jou cognominabatur fulgida gemma* a

Digitized by Google

patruo suo 瑱, cum septennis jam litterarias lucubrationes exarare, et quatuordecim annos natus ad mortem patris incredibilem mœrorem ostendere potuerit (梁書).

献泛湖圖 : *Offerens pervagantis lacus imaginem*, 世珍, patruum suum 陳恭公 ad absistendum magistratu induxit : cum enim huic natalitio die ceteri consanguinei præcalvi senis imaginem obtulerint, solus e fratre nepos obtulit ministri 范蠡, relicto Yué rege 勾踐, per lacus spatiantis imaginem.

稱招隱寺 : *Celebrans advocantem delitescentes pagodam*, 李約, patruum suum 錡 ut magistratu abiret hortabatur : cum enim patruus illâ visâ tanta laude indignam dixisset, alter nonnisi ob solitudinem se laudasse respondit (因話錄).

陸家盛饌 : *Lou familiæ opiparum epulum* ad iram excitat 陸納 nomine 祖言 : cum enim ob hominis integritatem sæpe ad eum celeber 謝安 diverteret et frugaliter tractaretur, fratris filius 俶 clam splendidas epulas hospiti præparavit; unde a patruo contumelias et fustes accepit (晉書).

楊氏銅盤 : *Yang familiæ cupreum præfericulum* prædicat 楊愔 nomine 遵彥 : cum enim pyra e cavædii arbore cadentia pueri certatim arriperent, solus ipse immotus a patruo 暐 visus fuit; qui ei specialem ædiculam proinde extruxit, et cuprea pelvi escas submittebat (北齊書).

安石土山之費 : *Ngan che in Tou chan prodigus* : contignatione enim ibi exstructa, 謝安石 sæpissime eo pueros nepotesque ad spatiandum adducebat, exquisitisque escis recreabat (晉書).

仲容南阮之貧 : *Tchong yong australis Yuen pauper* : 阮咸, nomine 仲容, cum patruo 籍 ad viæ austrum paupertate conquiescebat, musicæ vinoque indulgens, dum consanguinei ad viæ boream habitantes divitiis affluebant (晉書).

可爲都督 : *Par gerendo provinciæ prætorem* dictus fuit a 王渾, patruo suo, puer 浚 nomine 彭祖, qui eo tempore a parentibus minus æstimabatur : verbum dein probavit eventus (舊註晉書).

必破吾門 : *Certo profligaturus nostram domum*, nisi nobilis evadas, puero 宗慤 nomine 元幹 respondit patruus 炳 nomine 少文, cum audivit illum dicentem 願乘長風破萬里浪 (南史).

愚者歸蔥肆 : *Rudis repetat olitorium forum*. Cum 呂僧珍 electus fuit præfectus, ejus fratris filius 宏, qui cæpis vendendis vic-

Digitized by Google

tum quæritabat, petiit sibi aliquam minorem præfecturam : at patruus ad cæpas remisit (梁書).

賢者反金刀 : *Sapiens reddet aureum gladium.* 慕容 cognomine, duo erant fratres 納 et 德; quorum secundus, relicto domi aureo gladio, australem expeditionem iniit : interim utriusque filii domi occiduntur, majoris 納 avia et uxore servatis, quæ aufugiens peperit 超 nomine 祖明; huic decenni avia moriens aureum gladium commisit, patruo rebus restitutis reddendum (晉書).

15. FRATRES

同氣 : *Ejusdem succi,* dicuntur fratres, similitudine ab arbore sumpta, 同氣連枝.

一本 : *Ejusdem radicis,* dicuntur item fratres, uti Mentsius habet.

玉昆金友 : *Gemmei fratres aurei socii,* dicuntur sapientes fratres : ut enim 南宋 habent historiæ, sic laudabantur 王琳 duo filii, 銓 et 錫.

伯壎仲篪 : *Major fistulam minor tibiam,* significat ex Carmine fratrum concordiam.

花蕚相輝 : *Florum calices simul micantes,* significant fratrum conjunctionem : T'ang enim 玄宗 imperatoris fratres tanta concordia vivebant, ut ædificata contignatione, eaque a florum calicibus simul micantibus appellata, ibidem cum regia familia passim se recrearent.

棣華競秀 : *Pruni flores æmulantes luxuriem,* ex Carminum oda (II. 4.), significant fratres simul florentes.

鶺鴒在原 : *Motacilla in planitie,* ex eadem oda, significat fratres in adversitate sese adjuvantes.

鴈行折翼 : *Anserum ordinis rupta ala,* significat fratres separari; nam fratrum ætas anserum ordini a Rituum memoriali comparatur.

難弟難兄 : *Difficile minorem difficile majorem* fratrem agebant, sub Han dynastia 陳太邱 duo filii, 紀, nomine 元方, et 諶, nomine 季方, cum patre, 三君 appellati. Cum enim illorum pueri 羣 et 忠, inter se quis meliorem patrem haberet concertarent, et causa ad avum delata esset, 太邱 respondit : major difficile majorem, minor difficile minorem agebat.

大宋小宋 : *Major Song et minor Song,* duo fratres simul academiæ principes creati : major, agnomine 郊 a Song 仁宗 in 庠 mutato,

Digitized by Google

nomine 公序, posthumo 元憲, fuit dein regius minister; minor, agnomine 祁, nomine 子京, posthumo 景文, fuit tribunalis præses.

潁川八龍 : *Yng t'choan octo dracones*, insignes octo fratres sub posteriore Han dynastia, 荀 cognomine, Yng t'choan præfecti, et dein 朗陵 reguli ministri, nomine 淑, omnes filii : scilicet 儉, nomine 伯慈; et 緄, nomine 仲慈; et 靖, nomine 叔慈; et 燾, nomine 慈先; et 正, nomine 孟慈; et 爽, nomine 慈明; et 修, nomine 敬慈; et 穀, nomine 幼慈. Unde Yng t'choan effatum aiebat : 荀氏八龍, 慈明無雙 : is sexagenarius obiit anno 190.

河東三鳳 : *Ho tong tres phœnices*, scilicet sub T'ang dynastia, 薛元敬 cum patruo 收 et fratre 德音 : 收 nomine 伯褒, scilicet 長雝; 德音, scilicet 鸞鶱; 元敬 ætate minor, scilicet 鵷鶵.

賈門三虎 : *Kia familiæ tres tigrides*, scilicet sub posteriore Han, 賈彪, nomine 偉節, cum fratre majore atque minore : medius eminebat, atque dein regiminis suavitate, a populo 賈父 appellatus.

馬氏五常 : *Ma familiæ quinque t'chang*, sub Han, 馬良, nomine 季常, supercilio albicante, ejusque fratres, magni nominis præfecti; unde aiebat effatum : 馬氏五常, 白眉最良.

八元, 八愷 : *Octo sinceri, octo affabiles*, omnes sapientes fratres a Choen imperatore magistratu donati : primi e 高辛 familia, scilicet 伯奮, 仲堪, 叔獻, 季仲, 伯虎, 仲熊, 叔豹, 季貍; secundi e 高陽 familia, scilicet 蒼舒, 隤敳, 檮戭, 大臨, 尨降, 庭堅, 仲容, 叔達.

雙璧, 雙珠 : *Binæ gemmæ, bini uniones* appellati sunt bini fratres : gemmas, ob famæ præstantiam, appellavit Lo yang gubernator 賈禎, majorem fratrem 陸暐 et minorem 恭之; uniones, ob speciei præstantiam, appellavit vulgus 孟昶 cum minore fratre 顗.

征東破斧 : *Expeditione orientali fracta securis*, Tcheou Ducis fratres castigantis oda, Carminum I. 157.

遇賊爭先 : *Nactus latrones contendens primas* 趙孝, qui cum fraterculum 禮 a latronibus occidendum ad esum videret, se utpote pinguiorem illi petiit substitui : latrones utrumque remiserunt.

煮荳燃萁 : *Coquendis phaseolis comburere caules*, carpit noxium fratrem. Cum enim 曹丕 seu 魏文 imperator volens minorem suum fratrem 植 occidere, et ad septem passus versus conficere mandasset, is ita cecinit : 煮荳燃荳萁, 荳在釜中泣, 本是同根生, 相煎何太急. Imperator statim resipuit.

Digitized by Google

斗粟尺布 : *Modius frugum pes telæ*, arguit dissidentes fratres. Cum enim Han 文 imperator fratrem suum, 淮南 regem, 厲, in 蜀 transtulisset, isque per viam ex inedia mortuus esset, populus doluit fratres non posse mutuo conjungi, dum et telæ palmus assui, et granorum modius tundi etiam possit.

變起鬩牆 : *Vicibus exortæ riæ domesticæ*, non impediunt quominus fratres externas injurias conjuncti propellant, ait liber Carminum.

天生羽翼 : *Cœlitus productas alarum pennas*, seu quinque suos fratres, se habere malle dixit T'ang 玄宗 imperator, cum ad eos 魏文 imperatoris commentum scripserit, dicentis se a duobus immortalibus accepisse versicolorem pilulam, quæ quatuor quinqueve dies hausta corpori addit alas.

姜家製被 : *Kiang familia consuit lodicem*, ut sub posteriore Han 姜肱, nomine 伯淮, cum duobus fraterculis 仲海 et 季江, unica cooperti lodice unique innixi cervicali, neque cubantes separarentur.

宋帝灼艾 : *Song rex adurit artemisiam*, 太祖 scilicet, ut amatissimi fraterculi 匡義 sic cauteriati participaret dolorem.

庭前樹悴 : *Pro aula arbor arescit*, cum de herciscunda familia 田, tres fratres, 眞 et 慶 et 廣, deliberarent : quod illi dolentes, a proposito deflexerunt, statimque Cercis refloruit.

首陽薇甘 : *Cheou yang blechnum dulcescit* duobus 伯夷 et 叔齊 fratribus, cum regnum medio fratri cesserint.

稱以桐木 : *Appellati a pawloniæ arbore* 韓子華 agnomine 絳, cum suo fratre, ambo ministri, quorum domui pawlonia prostabat.

譽以龍文 : *Celebratus ut veloæ pegasus* fuit 楊愔, cujus adhuc pueri miratus perspicaciam patruelis frater 昱, ait : si equulus ita, decem post annos jam ultra mille stadia quærendus erit. Est autem 龍文, generosi equi nomen.

百犬同牢 : *Centum canes communi caula*, simul comedebant, unoquè absente comedere supersedebant, in 陳競 familia, 安德 oriunda, sub Song dynastia, quæ octodecim generationes simul complectebatur, adeoque 義門 titulo a 太宗 nobilitata.

九族均賚 : *Novem consanguinitates communi beneficio* gaudere voluit 范仲淹, posthumo nomine 文正, qui mille agri jugera pauperibus consanguineis sublevandis assignavit (義田記).

象山三聽 : *Siang chan ternum audi*. Sub Song dynastia, 陸 siang chan familia in 金谿 commorans, pluribus generationibus simul

Digitized by Google

constabat : major natu agebat superiorem, et quotidie juniores ad gentilitiam aulam ducebat, qua ter pulsato tympano ter alter canebat 聽, et omnes ad laborem hortabatur, tumque ter alter canebat 聽, et omnes ad sobrietatem hortabatur.

公藝百忍 : *Kong i centenum suffer*. Sub T'ang dynastia, 張 kong i familia novem generationibus simul constabat : 高宗 imperatori fraternitatem tantam mirato, Kong i centies inscriptam 忍 litteram misit.

16. CONJUGES

爲室,爲家 : *Faciens familiam, faciens domum*, significat illud uxorem, hoc maritum.

受室,納寵 : *Accipere familiam, accipere gratiosam*, significat illud ducere uxorem, hoc emere subnubam.

內子,細君 : *Interior domina, delicata domina*, appellatur a viro uxor, ut ait 禮記 et 東方朔.

丈夫,良人 : *Fortis vir, bonus vir*, appellatur ab uxore vir, quo innititur, ut ait 詩經 et 詩註.

結髮,續絃 : *Colligare capillos, renovare fides*, significat illud primas, alterum secundas nuptias.

再醮,鰥居 : *Secundum sacrificium, vidua mansio*, significat illud viduæ secundas nuptias, hoc vidui statum.

諧伉儷 : *Concors conjugium*, dicitur ad gratulandum nuptias (左傳).

如夫人 : *Similis uxori*, dicitur inducta subnuba (左傳).

好合如鼓瑟琴 : *Concors unio assimilatur pulsanti lyram*, conjuges concordes scilicet (詩經).

反目琴瑟不叶 : *Torvis oculis lyra non consonat*, conjuges discordes scilicet (易經).

牝雞司晨 : *Gallina regens auroram*, significat fœminam regere negotia, quod turbationem affert, ut ait liber Annalium.

河東獅吼 : *Fluvii ad orientem leæna rugiens*, significat virum uxoris timentem. Cum enim Sou tong p'ouo, in 黃岡 manens, cum 陳季常 spatiaretur, et hic uxorem pervicacem haberet, Lieou oriundam, eum ille versibus carpsit.

蒸藜出妻 : *Cocto chenopodio ejiciens uxorem*, Tseng tse scilicet : cum enim olusculum matri male coxisset uxor, ob matris observantiam, uxorem ejecit.

Digitized by Google

殺妻求將 : *Occisa uxore quærens præturam*, 吳起 scilicet: cum enim Lou regulus vellet illum ducem creare, sed ab ejus uxore timeret, quod hæc e regno T'si esset oriunda, uxorem ille occidit.

張敞畫眉 : *Tchang t'chang depingit supercilia.* Sub Han 宣 imperatore, 京兆 præfectus Tchang t'chang, accusatus fuit apud imperatorem quod uxoris supercilia depinxerit : imperator petiit rei veritatem, et ille inter conjuges id mirum non esse affirmavit.

董氏封髮 : *Tong oriunda obsignat capillos.* Sub T'ang, 賈直言 exilio mulctatus, uxori potestatem fecit alteri nubendi : illa capillos vitta obligavit his inscripta litteris 非君手不解 : post 20 annos vir reversus vittam resolvit.

相待如賓 : *Invicem tractari sicut hospites.* Tsin Wen reguli missus, pertransiens 冀 regionem, vidit 冀缺 agros exherbantem ejusque uxorem cibaria afferentem magna reverentia mutuo excipi : unde hominem proposuit regulo, qui magistratu donavit.

自食其力 : *Sibi victitare suo labore.* Ex 於陵 vir 陳仲子 cum uxore sua situlo hortum rigabant.

糟糠不棄 : *Rudis gluma non abjicitur.* Han Koang ou imperator suam sororem 湖陽 recens viduam, proposuit operum præfecto 宋弘, nomine 仲子, dicens ex nobilitate et opulentia posse mutari amicum uxoremque; cui ille : 貧賤之交不可忘，糟糠之妻不下堂.

眉案相莊 : *Obtuentes mensam invicem venerabantur*, sub Han, 梁鴻 nomine 伯鸞, ejusque uxor 孟光 nomine 德耀. Hæc vultu deformi et nigro, sed magno robore magnaque virtute prædita, nubere recusaverat ad imitandum Leang pé loan; qui re audita illam duxit, simulque virtutem exercuit, donec simul in 霸陵 monte delituerint.

樂昌破鏡 : *Yo* (aliis Lo) *t'chang fractum speculum*, indicat religatam fidem. Sub T'chen enim dynastia, 徐德言 duxerat regiam filiam Yo t'chang, et dynastia pereunte speculum cum ea divisit : dein illam obtinuit 楊素; tunc primus vir fidem uxori in mentem revocavit, quæ tanto dolore correpta fuit, ut illi reddita fuerit.

蘇蕙廻文 : *Sou hoei versatilis scriptura*, indicat uxoris affectum. Sub Tsin enim dynastia, præfecto 竇滔 exulante, ejus uxor Sou hoei, nomine 若蘭, scribendi perita, acu pinxit octingentas plus litteras quoeumque ex latere sensum conficientes dolore plenum, et viro misit.

炊白之夢 : *Coquendi in mortario somnium*, indicat uxoris jacturam : cum enim mercator 張瞻 domum reversurus, se in mortario

Digitized by Google

coquentem somniasset, idque a divino 王 cognominato petiisset, hic e somnio deduxit absentiam aheni 釜, quod 婦 sonat, adeoque uxoris mortem.

鼓盆之歌 : *Pulsantis pelvim canticum,* indicat defunctæ uxoris dolorem : cum enim 莊子 sic viduatum amicus 惠子 visitaret, illum sic pulsantem invenit.

提甕出汲 : *Sublato situlo egressa haurire,* 鮑宣 uxor, 桓少君 scilicet, sub Han dynastia; quæ cum multam supellectilem attulisset, sponsumque rei minus contentum vidisset, dimissis statim ancillis, domus ministerium ipsa suscepit.

同志耕鋤 : *Unanimi proposito arans et exherbans,* sub Tsin dynastia, 陶潛 ejusque uxor, agrariis fructibus oblectati.

家貧求去覆水難收 : *Domo paupere petenti abire, projecta aqua difficile resumitur.* Sub Han, 朱買臣 ita pauper ut uxor petierit abire : postea præfectus factus, uxori reverti petenti respondit se concessurum, cum projectam aquam ipsa resumere posset.

貧夜私奔絲桐有意 : *Concubia nocte secreto fugientibus, lyra habuit sensum.* Sub Han, 司馬相如 diversorio morabatur, juxta quod divitis 卓王 neptis, 文君 appellata, lyræ amantissima et recens vidua habitabat. Ille noctu *phœnicis phœnicem quærentis* cantionem fidibus commisit, statimque ambo ad metropolim aufugerunt.

17. MAGISTRI

振鐸 : *Agitanti tintinnabulum* assimilatur ex Dissertis sententiis qui institutionem aliis confert.

叩鐘 : *Pulsanti campanam* assimilatur ex Rituum memoriali institutionem petens; illa enim gravius leviusve juxta pulsum resonat.

舌耕 : *Lingua arans,* dicebatur 賈逵, nomine 景伯, cognominatus 通儒 (anno 30 ad 101), tam bene libros callens, ut a mille amplius stadiis discipuli accurrerent, frugibusque granaria implerent.

心服 : *Corde subjecti,* dicebantur Confucii discipuli, magistro ex animo adhærentes.

宣聖杏壇 : *Præconis sancti sub armeniaco cathedra,* Confucii scilicet, termille discipulos, quorum septuaginta sapientiores, edocentis.

馬君絳帳 : *Ma domini rubrum tentorium.* Sub Han, 馬融 nomine 季長, patria 茂陵, magni nominis magister, mille amplius discipulos usque docens, magno extenso tentorio, ante mares pone puellas collocabat. Inter discipulos fuit celeber 鄭玄 nomine 康成.

Digitized by Google

西賓,函丈: *Occiduus hospes, capiens decempedam,* scilicet magister, et magistri mensa (柳宗元詩 et 禮記).

家塾,束修: *Vestibuli aula, fasciculus carnis,* scilicet schola, et magistri stipendium (禮記 et 論語).

門牆桃李: *Domus septo persica et pruna,* significant discipulorum frequentiam : cum enim sub T'ang 武后, minister 狄仁傑 nomine 懷英, posthumo 文惠, plures gubernio proponeret sapientes, aliquis ei gratulatus est persica et pruna fore omnia in ejus schola.

苜蓿闌干: *Medicago sativa oblongis caulibus,* indicat mancum magistri stipendium. Sub T'ang enim dynastia 薛令之, dum esset Communis magister, versus ad parietem appinxit, unum illud olusculum in magistri patina præsentantes.

氷生于水而寒于水: *Glacies oritur ab aqua, at frigidior quam aqua* (荀子) : discipulus superat magistrum.

青出於藍而勝於藍: *Indicum gignitur a polygono, at pressius quam polygonum :* discipulus superat magistrum.

宮牆外望: *Gymnasii muros extra suspicere,* significat, ex Luen yu, disciplinis vix initiari.

衣鉢眞傳: *Vestis soutellæque vera transmissio,* significat, ex Budhismo, disciplinæ secreta haurire.

關西孔子: *Claustri occidentalis Confucius,* appellatus fuit sub Han, 楊震, nomine 柏起, patria 華陰, canonicorum librorum apprime intelligens, anno 124 defunctus.

當世儒宗: *Præsentis sæculi litteratorum caput,* appellatus fuit sub Tsin dynastia, 賀循, nomine 彥先, patria 山陰, tantæ scientiæ, ut omne regiæ dubium ei solvendum proponeretur.

負笈爲千里遊: *Portans capsam ad mille stadia peragrabat,* cum librorum capsa asellum propellens magistrum sequebatur scilicet, 李固, sub Han præfecti institutionis 郃 filius.

候門立三尺雪: *Expectando in schola eriguntur tres pedes nivis :* cum enim 程頤, patria 伊川, antonomasia 伊川 magister appellatus, sedens dormitaret, duo alumni, 游酢 nomine 定夫 et 楊時 nomine 中立, ad latus stantes, abire non ausi, expectarunt.

坐春風中: *Sedere vernæ auræ medio,* laudat magistri institutionem : sic enim 朱光庭 suam apud magistrum in 汝州 per mensem mansionem expressit; magister, 程灝 frater præcedentis, antonomasia 明道先生, sub Song 神宗 imperatore.

Digitized by Google

沾時雨化 : *Imbui opportunæ pluviæ influxu*, laudat bonæ institutionis effectum.

史居左,經居右 : *Historiæ maneant sinistrorsum, canonici maneant dextrorsum*, ut indefessa versetis manu, sic suos 張橫渠 discipulos docebat (舊注).

道已南,易已東 : *Doctrina transit austrum, Mutator abit orientem*. Celeber 楊時 nomine 中立, posthumo 文肅, ita bene sui magistri 程灝 hauserat doctrinam, ut, eo domum revertente, is dixerit 吾道南矣(宋史) : idem de 丁寬 dixit ejus magister 田何, qui Mutatoris sensum eum docuerat (漢書).

賜宴月池上 : *Donavit convivium ad lunæ piscinam*, antiquo suo magistro 張嗣宗 novus imperator 太宗, ut in 唐書 habetur, eumque de discipulo interrogavit; tum ille : Confucius ter mille habuit, quin ullus Baronis dignitatem obtinuerit : ego in uno illum excessi.

誦書帷帳中 : *Legebat libros in explicato tentorio* 張奐, cum rebelles in conspectu prætorium tabernaculum flammis dederunt : milites terrefacti fugam dum moliebantur, ad magistri tranquille libros docentis aspectum conquieverunt (後漢書).

忠臣錄,孝子錄 : *Fidelium subditorum memoriam* et *piorum filiorum memoriam* collegit 曾鞏 transnominatus 南豐先生, ad discipulos edocendos (舊注).

經義齋,治事齋 : *Canonicorum sensus odeum* et *administrandæ rei zotheculam* instituit 安定先生, cognomine 胡, agnomine 瑗, nomine 翼之 e Song dynastia, ad innumeros discipulos tum librorum sententiam, tum modum regendi populum militemque probe edocendos, ut habet 朱子 in 善行 capitulo.

應生獨舉官銜 : *Yng discipulus singulariter memorans præfectorium gradum*, petiit sequi 鄭元 magistri disciplinam; jam enim 應劭 fuerat 泰山 præfectus : at hujusmodi mentione summopere discipulum dedecente, pudore statim affectus fuit (後漢書).

李固不矜父爵 : *Li kou minime jactans dignitatem*, erat enim sub Han dynastia præfecti institutionis 司徒 filius, mutato nomine, decem amplius annos magistrum sequens, inter alios pueros promiscue se immiscebat (後漢書).

18. AMICI

益友,嘉賓 : *Utiles amici, egregii hospites*, dicuntur ex Luen yu

Digitized by Google

sese excitantes ad bonum, et ex Che king ultro citroque convenientes.

父執，同袍: *Patris unanimis, particeps diploidis*, significat ex Li ki antiquum familiæ necessarium, et ex Che king totius vitæ socium.

莫逆，忘形: *Nullo opositi, obliti corporis*, dicuntur ex 莊子 actione concordes, et ex 李詩 arcte adhærentes.

心期，面友: *Corde intenti, facie amici*, dicuntur ex 文選 animo devoti, et ex 楊子 corde distracti.

耐久，忘年: *Durabiles diu, obliti ætatis*, dicuntur in finem nihil immutati, et seniores junioribus conjuncti.

分袂，盍簪: *Distrahere manicas, coire congressum*, significat invicem distrahi (謝詩), et mutuo convenire (易經).

金蘭最摯: *Aurum et orchis summe fortes*, significat ex Mutatore cordis tenacitatem, quæ abrumpi nequit, et verborum suavitatem, quæ cordi sapit: hinc 金蘭友 admodum concordes amici dicuntur.

麗澤相滋: *Uniti lacus mutuo accrescentes*, significat ex Mutatore unanimi consilio conjunctos.

刎頸之交: *Capitis ad obtruncationem amicitia*, intercessit inter 廉范, nomine 叔度, patria 杜陵, sub Han dynastia, et 慶鴻, patria 洛陽.

總角之好: *Collecto a tutulo necessitudo*, intercessit inter 孫策, et 周瑜 nomine 公瑾; sic enim ille aiebat: 公瑾與孤，有總角之好，骨肉之分.

膠漆之堅雷陳誼合: *Glutinis vernicisque tenacitate Lei et T'chen consuetudine uniti*, 雷義 nomine 仲公, patria 鄱陽, et 陳重 nomine 景公, patria 宜春, ambo sub posteriore Han baccalaurei et dein tribunalium assessores.

雞黍有約張范情通: *Gallinæ miliique est condictum, Tchang et Fan affectu communicantibus*: sub Han scilicet, 范式, nomine 巨卿, patria 金鄉; et 張劭, nomine 元伯, patria 汝陽, simul e regia schola domum revertentes, condicto pacti sunt se duos post annos conventuros: condicta die Tchang, monita matre, præparaverat jam gallinam et milium, cum amicus advenit.

貢禹彈冠: *Kong yu excutiens pileum*, expectat promotionem, vix ac scit suum amicum 王吉 in 益州 præfectum promotum fuisse: et revera mox censor electus fuit. Wang ki, nomine 子陽, patria 漢陰; Kong yu, nomine 少翁, patria 瑯琊.

左儒死諫: *Tsouo jou moriturus admonet* Tcheou dynastiæ 宣

Digitized by Google

regem, qui volebat illius amicum 杜伯 occidere : sed re novies frustra tentata, amico demum commortuus est.

襲芝蘭之香 : *Allini suavis orchideæ fragrantia*, boni socii effectum significat (家語).

染鮑魚之臭 : *Imbui salsi piscis fœtore*, mali socii effectum significat (家語).

融氷炭 : *Dissolvere glaciem-titionem*, abigere scilicet quidquid simul constare non potest, significat perfecte unanimem amicitiam (韓詩).

致參商 : *Adducere Rigel-Luciferum*, stellas ortu nunquam coeuntes, significat adducere amicitiæ separationem.

落月屋梁 : *Illapsa luna domus trabi*, menti revocat amici vultum, ex Tou fou cogitantis amicum carmine.

暮雲春樹 : *Vespertina nubes vernaque arbor*, cordi afferunt amici desiderium, ex Tou fou cogitantis amicum carmine.

折梅逢使，寄江南一枝春 : *Fracta pruno offendens missum, misit Kiannanense unius rami ver*, Song dynastiæ poeta 陸凱 ad amicum suum 范曄.

攀柳贈行，唱陽關三疊曲 : *Inflexa salice donavit abeunti, cantans Yankoanensem ternæ repetitionis cantionem* seu cujus tres versus repetuntur, T'ang dynastiæ poeta 王維, discedenti amico.

班荆，傾蓋 : *Distrahere cæspitem, acclinare umbracula*, significat amicorum per viam obviorum confabulationem. Ut enim habet 左傳, in Tsin regnum fugienti 伍舉 occurrit in Tcheng regno amicus 聲子, et distracto cæspite super herbam assidentes contulere sermonem : ut vero habet 家語, Confucius in 郯 regnum iens obvium habuit 程子, et acclinatis curruum umbraculis, tota die confabulati sunt.

操箒，掃門 : *Apprehendere scopas, everrere januam*, significat officiosum hospiti occursum. Primum habetur in 莊子, alterum in 曹參傳.

入幕之賓 : *Ingrediens conopeum hospes*, significat admodum familiarem amicum, qui frequenti ex consuetudine non dubitet internum cubiculum ingredi (晉書).

不速之客 : *Non advocatus hospes*, significat absque invitatione a se venientem amicum (易經).

設醴不常 : *Apponendi mulsi non constans*, significat hospitis incuriosum. Cum enim T'chou regni toparcha 穆生, temetum non ferret, 元 rex illi mulsum apponere solebat : id primum continuavit hujus

Digitized by Google

nepos 戊 rex, sed dein omisit, et tunc alter abiit (漢書).

投轄無厭 : *Adimendi cnodacis non fastidiens*, significat hospitum studiosum : ut enim illos abire impediret, sub Han dynastia 陳遵, nomine 孟公, cnodacem e curru extrahere et in puteum demittere solebat.

中郎倒屣 : *Tchong lang invertens calceum*, sub Han 蔡邕 cognomento 中郎 scilicet, qui dum hospites domum implerent, audiens 王粲 egregium litteratum, famosi 王暢 nepotem, advenire, inverso præ trepidatione calceo, illi occurrit.

大聖握髮 : *Magnus sapiens colligens crinem*, Tcheou Dux scilicet, qui crinis loturam ter intermisit ad excipiendos adventantes.

下榻爲懽 : *Demittens lectulum ad solatium*, sub Han præfectus 陳蕃, qui magnifaciens eximiam 徐穉, nomine 孺子, patria 南昌, virtutem, ei suspensum lectulum præparavit, quem advenienti demittebat.

縞紵相贈 : *Cingulum et vestem vicissim donantes*, 季札 e regno Ou, 延陵季子 dictus, et 子產 e regno Tcheng : cum enim hunc ille vidisset, tanquam antiquum amicum albo cingulo donavit, et ab eo vicissim cannabinam vestem accepit.

絕絃傷友 : *Fractis fidibus ploravit amicum*, 伯牙, qui lyram pulsans, an montes an aquas cogitaret, ab amico 鍾子期 discernebatur : unde hoc mortuo, lyram fregit.

割席拒朋 : *Divisa storea repudiavit amicum*, 管寧, qui dum cum socio 華歆 libris studeret, videns hunc ad transeuntem currum aspiciendum temere excurrisse, rem indignatus, stoream in duas partes divisit, et amicitiam dissolvit.

分金多與 : *Dividens aurum plus participabat* pauper 管仲, quæstum cum amico 鮑叔 dum faceret.

遇故贈袍 : *Obvio noto donavit diploidem* 須賈, regni 魏 ad regnum T'sin missus legatus : is olim accusaverat 范雎, quod bene a T'si rege exceptus fuerit : unde Fan tsiu, mutato in 張祿 nomine, fugiit in T'sin, ibique minister factus, pannosus legato se ostendit, qui antiquo concivi diploidem donavit. Tunc minister se revelavit, et ob datam diploidem antiquam culpam condonavit.

盡東南之美 : *Exhaurire orientis austrique egregia*, ex 王勃 in T'eng regis contignationem procemio, significat impensum domini hospitisque studium.

期偲切之誠 : *Expectare sollicitam impensamque sinceritatem*, ex Luen yu significat amicitiæ scopum.

Digitized by Google

19. COGNATI

艮緣夙締 : *Bellum consortium mature conjungitur*, cœlitus nempe in antecessum destinatur.

佳偶天成 : *Egregium connubium cœlitus perficitur*, quod cœlum nempe destinavit, cœlum perficit.

蹇修執柯 : *K'ien sieou tenens manubrium*, significat conjugii conciliatorem : K'ien sieou, ex **楚辭**, antiquitatis peritus paranymphus; tenens manubrium ex **詩經** designat conciliatorem, qui et **作伐** dicitur.

冰人掌判 : *Glaciei vir regens partes*, significat conjugalium partium conciliatorem. Sub Tsin enim dynastia, **令狐策** somniavit se supra glaciem homini infra glaciem colloquentem, quod divinus de futuro conciliatore interpretatus fuit; et revera ille mox præfecti filio egit conciliatorem. **掌判** est ex **周禮**.

六禮之周 : *Sex rituum complementum*, complectitur, juxta Eul ya, 1. **納采** seu **納採**, *propositionem selectis*, sponsalium pactionem, nunc **定親** appellatam; 2. **問名** *petitionem nominis*, quæ nunc locum non habet; 3. **納吉**, *offerre fausta*, dare schedulam, cui puella suis *octo litteris*, respondebit, quod nunc **送帖** dicitur; 4. **納徵**, *submittere invitationem*, seu nuptialia dona, quod nunc **行盤** appellatur; 5. **請期** *petere diem*, nuptiarum scilicet, nunc **報日** dici solitum; 6. **親迎** *personalem occursum*, qui nunc etiam locum habet, cum sponsus ipsemet ad sponsam deducendam accedebat.

二姓之好 : *Duorum cognominum vinculum* in matrimonio, debet, juxta Confucii Lou regulo responsum, habere locum a 16 ad 30 viri annum, et a 14 ad 20 puellæ annum.

于歸，有室 : *Iens domum, habens familiam*, significat ex Carminum libro puellam nubentem, et ex Mentsio puerum ducentem uxorem.

廟見，歸寧 : *Delubro invisens, domi salutans*, significat ex Ritibus novam sponsam salutantem mariti avos, et ex Carmine parentes obsalutantem.

叶敬仲之鳳占 : *Quadrare King tchong phœnicis augurio*, significat nobilitare familiam. Cum enim T'chen reguli filius, King tchong, ivisset T'si regnum, **懿** familiæ toparcha consulens sortes an ei filia nuptui danda, hinc retulit phœnici phœnicem sociandum, et post quinque generationes splendorem emissum iri : de facto T'chen familia T'si thronum occupavit.

Digitized by Google

畢子平之素願 : *Explere Tse p'ing vitæ votum,* significat collocare filios. Sub Han enim 向長, nomine 子平, secessui unice intendens, cum filios filiasque collocaverit, nihil amplius de familia curavit.

星期 : *Stellarum dies,* significat ex Carmine præfixum nuptiarum diem.

月老 : *Lunæ senex,* significat conciliatorem. Nam sub T'ang 韋固 iter faciens invenit senem, peræ assidentem rubris funiculis plenæ, et ad lunam volventem connubiorum codicem.

委禽納幣 : *Submittere volucrem et offerre dona,* significat nuptiarum arrhas : submittere volucrem, ut Tsouo memoriæ habent, est dare anserem, quod nunc 奠鴈 dicitur.

合巹交盃 : *Jungere cucurbitam et transmutare scyphos,* est nuptialis convivii ritus : lagenariâ enim in duas partes seu 巹 divisâ, sponsi singuli sumunt partem et dein conjungunt, tum scyphum invicem transmutant.

侍巾櫛,執箕帚 : *Assistens munditiei cultuique, apprehendens fiscellam scopasque,* dicitur ex humili modestia puella nuptura.

嫻姆訓,習閨儀 : *Exercens magistræ documenta, addiscens conclavis ritus,* dicitur sapiens sponsa.

綠影垂窗 : *Viridis umbra illapsa fenestræ,* refert pauperis domus puellam, ex T'ang dynastiæ poeta 白樂天.

紅樓夾道 : *Miniatæ contignationes distinentes viam,* innuunt divitis familiæ feminam, ex 白樂天 carmine.

桃之華 : *Persici flores,* innuunt ex Carmine nuptiarum tempus advenisse.

標有梅 : *Decidentia illa pruna,* innuunt ex Carmine nuptiarum tempus dilapsum esse.

御溝流葉 : *Imperiali aquæductu defluens folium,* fit mirabilis conciliator. Sub T'ang, 羊祐 casu vidit ex imperiali aquæductu defluens rubrum folium, versibus inscriptum, a subnuba 韓翠蘋 missum, cui per simile folium respondit. Mox subnubas remisit imperator, et ii duo conjugium inierunt, quin scirent de frondibus mutuo transmissis.

繡幙牽絲 : *Plumatili tentorio trahens filum,* fit fortunatus gener. Sub T'ang, 張嘉貞 minister, habens quinque filias, volensque sibi egregia forma 郭元振 in generum eligere, quinque fila tentorio affixit, quæ pone filiæ manu tenerent, ut hic cujus traheret filum sponsam duceret : duxit tertiam specie præstantem.

Digitized by Google

金屋貯嬌 : *Aurea domo reconditurus Kiao*, exprimit plenum votum. Cum enim Han Ou imperatori adhuc puero, soror major suam filiam 阿嬌 proposuisset, ille, si voti compos fieret, aurea domo se sponsam inclusurum spopondit.

赤繩繫足 : *Rubro funiculo vinciens pedes*, exprimit conjugium indissolubile. Cum enim ad lunam assidens senex interrogaretur cui usui rubra funicula essent, ad conjugum pedes colligandos, respondit.

朱陳結好 : *Tchou et T'chen connectunt vincula*. In 徐州, 古豐 districtu, quidam pagus vocabatur 朱陳, quod totus duabus his familiis constaret, mutuo se vinculo conjugantibus (白樂天詩).

秦晉聯姻 : *T'sin et Tsin conjungunt affinitatem*. T'sin et Tsin regnorum reguli mutuo affines (左傳).

藍田種玉 : *Tinctorio agro conseruntur gemmæ*. 楊雍伯, cum tres annos viantibus potum ministrasset, fuit qui potu recreatus ei lapillos dedit, ut agro insereret, gemmas et sponsam mox obtenturus. Ager polygono tinctorio olim consitus, gemmas vere dedit, et tunc e 徐 familia nobilem sponsam obtinuit, expleta albas gemmas solvendi conditione.

孔雀射屏 : *Pavones sagittantur in diathyro*. 竇毅, nomine 大武, depictis binis in diathyro pavonibus, nonnisi eorum oculum ferienti, suam filiam daturum spoponderat : 唐高祖 solus utrique oculum ferivit.

禮先親迎 : *Ritus præfert personalem occursum*, ad cohonestandum hominum connubium.

詩始好逑 : *Carmen incipit bello connubio*, ad significandum reformationis fontem.

20. AFFINES

尹姞 : *Yn et Ki*, nobiles sub Tcheou dynastia familiæ, unde celebres feminæ affinitatem cohonestarunt.

潘楊 : *P'an et Yang*, egregii sub Tsin dynastia affines; 潘岳 duxerat 楊經 amitam.

冰清玉潤 : *Glaciei puritas et gemmæ lævitas*, appellati fuere socer et gener, 樂廣 et 衛玠, sub Tsin dynastia, ob utriusque eodem tempore celebritatem.

泰水泰山 : *T'ai aqua et T'ai mons*, dicuntur socrus et socer : cum enim T'ai mons habeat 丈人 dictam prominentiam, hinc socer 丈人, vel 岳丈, vel 泰山, et socrus 泰水, et uxoris patrui 列岳 vulgo appellantur.

Digitized by Google

嬌客 : *Elegans hospes*, dicitur novus gener, ex Sou tong p'ouo ad fratris generum 王子立 quodam carmine.

館甥 : *Hospitatus gener*, dicitur ex Mentsio gener in filiæ familiam adscitus.

坦腹東牀 : *Nudans ventrem orientali lecto*, designat insignem generum. Cum enim sub Tsin, 郗鑒 misisset in familiam 王, qui inter juniores generum ipsi eligeret, omnesque suas jactarent dotes, unus in orientali lecto jacens nudato ventre crustulum comedebat : hic electus fuit, celeber 王羲之 scilicet. Hinc gener 令坦 appellatur.

乘龍華閥 : *Conscendere draconem ornatis ædibus*, designat insignem obtinuisse generum : dracones enim conscendisse dicebantur sub Han duæ 桓叔元 filiæ, quæ 黃憲 et 李膺 nuptæ fuerant.

半子之禮 : *Alterius filii ritus*, significat generi selectum : gener enim, quasi alter filius, dicitur 半子 a 劉禹錫.

百兩之將 : *Centum curruum comitatus*, significat ex 詩經 nobilem sponsam deducere.

女子號門楣 : *Feminea proles appellata familiæ stemma*, cum T'ang dynastiæ 玄宗 imperator, electa 楊太眞 in nobilem subnubam, ob ejus causam fratres sororesque simul nobilitavit.

外甥稱宅相 : *Sororis filius respondens domus prognostico*, pupillus pauperque 魏舒, sub Tsin dynastia, qui, quum avunculo 甯 cognominato domum extruenti divinus bonum omen nuntiasset, se istum hominem futurum spopondit : et dein revera præfectus institutionis fuit.

瓜葛之親 : *Cucurbitæ puerariæque propago*, significat longe porrectam affinitatem, ex posterioris Han 謝承 dicto.

葭莩之末 : *Canneæ pelliculæ quisquilias*, se vocat ex humilitate alicui affinitate conjunctus, ut dixit Han ex progenie, 中山 regis titulo insignitus, 靖 nomine.

外家之寶 : *Lateralis stirpis gemmula*, designat amitæ filium; sic enim suspirans 元行沖 vocavit ingeniosum 韋景駿, sub T'ang dynastia.

渭陽之情 : *Wei septentrionis officium*, significat ex Carmine avunculum honorare; T'sin enim hæres princeps comitatus est Tsin reguli filium, avunculum suum, usque ad Wei septentrionem.

大喬, 小喬 : *Major Kiao et minor Kiao*, duæ egregiæ formæ sorores, quas trium regnorum tempore duxerunt 孫策 et 周瑜.

連襟, 連袂 : *Conjuncta lacinia, conjuncta manica*, vocantur

Digitized by Google

duarum sororum mariti, alias 僚婿 dicti sive 亞婿.

蒹葭倚玉 : *Eleusine et phragmitis innititur gemmea-arbore*, dixit 毛曾 ad 夏侯湛, trium regnorum tempore; seu debilis innititur nobili affini.

蔦蘿附松 : *Loranthus et cuscuta adhæret pino*, ait liber Carminum; seu affinis affini nititur.

21. HOMINUM USUS

首重明新，先嫻應對 : *Potissimum æstimandum, illustrare et renovare; primum addiscendum, respondere et excipere.* Illud viri, hoc pueri proprium est.

修容合度，出言有章 : *Compositio vultus quadret normæ, prolatio verborum habet regulam*, (禮記 et 詩經).

智圓，行方 : *Judicium tornatum, actio quadrata*, (孫思邈).

膽大，心小 : *Animositas magna, cura minuta*, (孫思邈).

執事，足下 : *Gerens rerum, pedibus suppositus*, idem valent ac *dominatio tua*. Primum ita dicitur, quod exigente urbanitate ne persona directe appelletur, ejus administer ipsius loco nominatur : secundum vero, quod delitescente 介子推 in 綿上 monte, et igne monti admoto, ipse complectens arborem mortuus est; tunc Tsin regni 文 regulus ex ea arbore sibi fecit scalponeas, et suum deplorans ministrum, sæpe illud ingemiscebat 悲乎足下(事文類聚).

不佞，鯫生 : *Minime habilis, tenuis homullus*, idem valent ac *ego* : primum ex 樂毅書, alterum ex 漢書.

原宥，主臣 : *Naturalis indulgentia, dominationi submissio*, significant peccati veniam, et pœnæ timorem. Valet enim 主臣 idem ac 惶恐(陳平世家) : unde dicitur 莫不主臣.

翰撰，春元 : *Academicus scriptor, vernus princeps*, est augurium quod fit doctori, ut mox evadat academicus, et licentiato, ut proximo vere primus doctorum eligatur.

貤封，碩望 : *Donatus titulo, insignis spei*, honoris sunt tituli. Titulatus enim dicitur 大貤封; habens filium qui possit ei titulum comparare, dicitur 大儲封; ab officio segregatus, dicitur 大碩望 vel 大待徵.

錦旋，稛載 : *Sericatus rediens, manipulatim recondens*, significat munere auctum repatriantem (通鑑), et negotiatorem lucra cumulantem (管子).

Digitized by Google

大掾史 : *Magnus ministerii adjutor*, dicitur honoris causa secundarius magistratus (漢制).

大柱石 : *Magna columnæ basis*, dicitur insignis magistratus (漢史).

雲程發軔 : *Sublimi cursui solvere currum*, dicitur ad gratulandum baccalaureo (馮衍傳).

元服始加 : *Capitis tegumentum primum imponitur*, dicitur ad gratulandum de pilei impositione (家語).

獻芹, 返璧 : *Offerre apium, reddere gemmas*, significat offerre munera (呂氏春秋), vel recusare munera (左傳).

厚貺, 菲儀 : *Opimum donum, tenue munusculum*, dicitur ad significandum receptum vel datum munus.

贐儀, 贄敬 : *Valedicendi munus, visitationis officium*, dicitur viam inituro oblatum donum, et prima visitatione afferendum munus.

祝敬, 奠儀 : *Gratulandi officium, pollucti munus*, dicitur de gratulante longævitatem, et de complorante funus.

洗塵, 祖道 : *Purgare pulverem, piare viam*, significat epulari peregrino, et epulari abeunti. Cum enim 黃帝 filius 纍祖 amaret spatiari atque hinc in itinere mortuus esset, factus dein fuit vialis genius, atque ad iter faciendum ei sacrificari et simul epulari consuevit.

旌使, 優觴 : *Munerari missum, cohonestare poculum*, significat strenam famulo dare, et convivio comediam addere.

辱承華翰 : *Dignatus recipere ornatam epistolam*, respondet receptæ epistolæ.

多蒙寄聲 : *Nimium dignatus missa salutatione*, gratias agit de missa salutatione.

賜玉音 : *Largiaris gemmeum responsum*, dicit qui petit missæ epistolæ responsum (詩經).

承金諾 : *Recepi aureum nutum*, dicit qui gratias agit de promissa re (史記).

投刺, 開緘 : *Immittere schedulam, resignare epistolam* : antiquitus enim deficiente papyro nomen incidebatur bambusa vel ligno, ideo nunc 柬, olim 刺 dicebatur : 緘 autem habetur in 李詩.

瞻韓, 慕藺 : *Suspicere Han, studere Lin*, est suspicere sapientem litteratum, ut olim 李白 desiderabat invisere 韓荆州; et studere sapienti ministro, ut olim 司馬長卿 amavit 藺相如, cujus ipsum nomen mutuatus fuit.

Digitized by Google

半面之識 : *Dimidiæ faciei cognitio*, significat nondum arctam consuetudinem. Olim sub Han, 應奉 convenerat 袁賀, cujus domo erat carrucarius, qui, dimidia facie extra fores porrecta, Fong colloquentem respexit. Aliquot post annos Fong offendit in via carrucarium, et recognoscens illum appellavit.

邂逅之緣 : *Fortuiti occursus fortuna*, dicitur ex libro Carminum.

登龍門 : *Ascendere Dragonis januam*, dicebantur litterati, qui sub posteriore Han possent a magni nominis ministro 李膺 excipi.

瞻山斗 : *Suspicere Montem et Ursam*, dicebantur qui, Han yu post mortem, ejus litteraturæ studebant, ob hominis celsitudinem scilicet, T'ai monti 泰山 et boreali Ursæ 北斗 comparandam.

一日三秋 : *Una dies tres autumni* videtur, ob desiderii intentionem, ex libro Carminum.

渴塵萬斛 : *Anhelantis pulvis mille metretas*, significat ingens desiderium, quod sub T'ang dynastia sensit 盧仝, cum immortalem hominem invisens, invenire non potuit.

鄙吝復萌 : *Ignobiles passiones iterum pullulant*, dixerunt inter se 陳蕃 et 周舉, cum aliquot dies non videris 黃憲 : tanta celebritate sub posteriore Han is efferebatur, nomine 叔度.

飄蓬靡定 : *Volatica conyza nullibi stabilis*, refert ex Tou fou versibus vaga eundi redeundique vestigia.

見於羹見於牆 : *Videbat in jusculo videbat in muro*, defunctum Yao imperatorem superstes Choen imperator, cum comederet vel sederet (李固傳).

趨亦趨步亦步 : *Currente item currebat, ambulante item ambulabat*, ita 顏淵 sequebatur Confucium.

承顏接辭 : *Excipere vultum et accipere verba*, dicitur qui diu desideratum obtinet præsentem, ut sub Han 雋不疑 videns 暴勝之.

耳提面命 : *Auris vellicationem præsensque mandatum* nancisci ex Carmine dicitur, qui colloquium sapientis obtinet.

吹噓 : *Flatu sufflari* vult, qui promoveri sperat; sic Tou fou cantabat : 願借吹噓送上天.

包荒 : *Complecti miserum* rogatur, qui protectionem impertiri rogatur, ex 易經.

幸爲先容 : *Faveas esse præcursor receptor*, seu sis mihi suffragio introductor 薦剡, apud magnates (鄧陽傳).

Digitized by Google

懇賜郢斲: *Rogo admoveas Yng securim,* seu mea scripta corrigas 筆削. Ut enim narrat Tchoang tse, cum quidam Yng urbis civis super nasum tectorii lenticulam haberet, artifex magna vi securim vibrans illam expunxit, quin nasum convulneraret.

借重鼎言: *Mutuor graviorem tripodibus sermonem,* significat invito oratorem ad res deliberandas. Cum enim 毛遂 ad T'chou accessisset, fecit ut Tchao regnum ipsis novem tripodibus prævaleret; unde vulgus aiebat 片言重於九鼎(平原君傳).

乞移玉趾: *Rogo moveas pretiosa vestigia,* significat rogo ipsemet advenias. Consule 左傳, cum, T'si Hiao regulo invadente Lou regnum, Lou regulus misit 展喜 illius exercitum remunerari.

多蒙推轂: *Admodum recepi impelli cnodacem,* seu gratias ago, quod me ad progrediendum promovisti, velut impellens rotam ad gyrandum (馮唐傳).

望爲領袖: *Rogo sis ducens manicam,* seu committo me tibi, ut me ducas (晉史).

月旦評: *Mensis initio censura,* significat hominis progressum. Nam sub posteriore Han, 許邵 cum patruele 靖, magni nominis viri, initio cujusque mensis compaganorum hominum actionem notis castigabant.

金石語: *Aureum gemmeumque verbum,* significat appositum documentum: ut enim 荀子 ait: 贈人以言,重于金石珠玉.

逢人說項: *Occurrenti cuique celebrare Hiang,* innuit continuam laudandi mentem. Poeta enim 楊烱 ad 項斯 scripsit, ejus versibus atque virtute commotum se non posse a laudibus temperare.

名下無虛: *In fama nihil falsum,* exclamavit tertia die 閻立本: is 荆州 contenderat, aspecturus 鍾繇 famosam scripturam; prima vice dixit: 虛得名耳; crastina die iterum aspexit, aitque: 近代佳乎; perendie vero, ita adamavit ut decem dies affixus ei contemplandæ permanserit.

22. HOMINUM ACTIO

朋姦,孤注: *Socians scelera, coadunans aleam,* dicitur qui coit societatem ad malum patrandum, et qui fortunam decoquit aleâ, aleam in unum monticulum veluti jaciens.

塞責,苛求: *Opplere munus, vexabiliter exigere,* significat defunctorie obire partes, exacte facta scrutari.

Digitized by Google

方命,執拗 : *Violans mandata, tenax arbitrii.* Petiit 神宗 imperator a 司馬光, quomodo esset 安石; respondit : pravum illum exaggerate aliqui dicunt, sed vere suo arbitrio agere amat.

稔惡,貫盈 : *Assuetus malo, series expleta,* significat mali habitum, expletamque criminum mensuram; unde Annalium liber : 商罪貫盈.

覬覦,睥睨 : *Attente explorare, limis aspicere,* æque significant iniquo animo rimari.

倥偬,旁午 : *Exhauste presseque, recta transverseque,* æque significant multis rebus implicatum confuseque negotiosum : sic cum sub T'ang octennis 劉晏, vianti imperatori gratulationem obtulerit laudemque tulerit insignem, omnes magnates illum pressim invisere 邀請旁午.

吹毛求疵 : *Exsufflatis pilis quærere nævos,* significat aucupari defectus : sic Han Ou imperator volens reprimere regulos, præcepit ut, flatu distractis pilis, obtecti nævi studiose lustrarentur.

落穽下石 : *Illapso fossæ injicere lapides,* significat angustiis jam presso negotia facessere (韓文).

如溪壑 : *Assimilatur torrentis fossæ,* quæ difficile oppletur, ille cujus passiones difficile satiantur : sic enim de filio 伯魚 conjecit mater, ob informem hominis speciem (國語).

如漏卮 : *Assimilatur pertuso poculo,* ille qui opes facile distrahit (鹽鐵論).

頓開茅塞 : *Subito aperuisti stramine obrutum,* ait qui gratias agit de illustrante mentem documento (孟子).

深蒙藥石 : *Penitus recepi medicinalem lapidem,* ait qui gratias agit de corrigente actionem norma : sic medicinâ donans suum ministrum 高季轉 sub T'ang dynastia, ei dixit 太宗 imperator : 卿進藥石之言,故以藥石報之.

清修,芳躅 : *Purus cultus, fragrantia vestigia,* designant æque inclyta gesta.

確論,美談 : *Vera explanatio, optimus sermo,* æque designant egregia dicta.

忍默 : *Sustinere silentium,* erat 山谷 documentum, cujus scholæ illud affigebatur : 百戰百勝不如一忍,萬言萬當不如一默.

霽威 : *Serenare vultum,* visus est T'ang 太宗 imperator, cum ejus iram fidelis minister 魏徵, nomine 玄成, immoto ore suscepit.

Digitized by Google

黃河之清 : *Crocei fluvii limpiditati*, comparabatur Song 仁宗 ministri 包拯, nomine 希仁, risus, qui nunquam risu alios excipiebat.

青眼之顧 : *Cæsii oculi obtutum*, a 晉 dynastiæ erudito 阮籍 non obtinebant ritus studiosi litterati; cum enim ipse vinum et libertatem amaret, illos albo oculo respiciebat.

生平可對人言 : *Totam vitam posse coram aliis enarrare*, de se jactabat Se ma koang.

運用存乎一心 : *Strategicus usus pendet ab una mente*, a stratagemate scilicet, dixit Song Kao tsong imperatoris dux 岳飛, nomine 鵬舉 posthumo 武穆, suadenti concinnius instruere acies duci 宗澤.

不修邊幅 : *Haud concinnans marginem panni*, significat hominem inconcinnum incuriosumque. 馬援, ab imperatore missus ad inspiciendum 公孫述 qui 蜀 occupaverat, illum laudavit haud esse inconcinnum.

不立崖岸 : *Haud erectus in altam ripam*, significat facilis hominem indolis, ut de T'ang dynastiæ 鄭羣 dictum fuit.

蕞爾,么麽 : *Modicus, tantillus;* sic (班彪王命論) dicitur : 么麽不及數子而欲妄干天位乎.

鹵莽,滅裂 : *Rudis, crassus;* sic (左傳) dicitur : 爲政勿鹵莽治民勿滅裂.

誤處緣不學 : *Errata ex defectu studii* esse, dicebatur de Han 高祖, qui ea ex naturali perspicacia corrigebat (唐仲友鑑戒).

習慣成自然 : *Consuetudo efficitur naturalis habitus* (語云).

躐等,足恭 : *Nimis præproperus, nimis officiosus* (禮記 et 論語).

鄉原,巨擘 : *Pagi ingenuus, manus pollex*, significant falsum sapientem (孟子), et aliis præstantiorem (孟子).

孟浪由輕薄 : *Præceps effusio ex indiligenti lenitate* (莊子).

暇豫乃精詳 : *Sedate prævidens est limate accuratus* (韓文).

流芳百世 : *Transfundere fragrantiam centum generationibus*, dicitur de agente bonum.

遺臭萬年 : *Transmittere fœtorem mille annis*, dicitur de agente malum.

冶容誨淫 : *Fucatus vultus edocet lasciviam*, allicit ad lasciviam scilicet (易經).

慢藏誨盜 : *Negligere thesaurum edocet latrocinium*, non abs-

Digitized by Google

condere thesaurum provocat ad latrocinium scilicet (易經).

管中窺豹 : *Per calamum inspicere pardum*, angustum designat visum 特見一斑.

坐井觀天 : *E puteo suspicere cœlum*, angustum designat judicium (韓文).

英雄無用武之地 : *Heros deficit exercendi strenuitatem loco*, cum nulla obvenit occasio, dixit 孔明 ad Ou regem.

君子展濟世之才 : *Sapiens explicat succurrendi sæculo habilitatem*, sese prodit scilicet, cum publicus viget ordo (論語).

捷足先得 : *Pernix pedibus prior capit* (史記), innuit prompti ingenii successum.

大器晚成 : *Vastus capacitate serius perficitur* (老子), dicitur ad solandum hærentem litteratum.

徒讀父書 : *Frustra discens paterna scripta*, dicitur qui nescit scita accommodare eventibus, ut de 趙括 dixit 藺相如 (史記).

徒執己見 : *Perperam tenax sui judicii*, dicitur in 書經 qui sibi vult esse sapiens 自作聰明.

膚見, 俚言 : *Superficiale judicium, vulgaris sermo*; 皮膚之見 (文中子序), 鄙俚之言 (陸澄傳).

先幾, 時務 : *Prima indicia, tempestiva negotia*, haud fallunt perspicacem (易經), haud heroem (通鑑).

愚者豈無一得 : *Insipiens qui nec unum attingat?* Sapiens inter mille fallit unum, insipiens inter mille attingit unum.

武人不識一丁 : *Militaris nec noscit unam litteram* : unde 張弘靖, dum quiesceret imperium, hortabatur aliquas addiscere litteras.

勿謂秦無人 : *Ne dicas T'sin destitutum viris*, significat hostem non negligendum (左傳).

恐麟垣有耳 : *Fortasse applicata muro adest auris*, significat attendendum verbis (詩經).

助桀爲虐 : *Juvare Kié ad tyrannidem*, significat dare suppetias malo.

得隴望蜀 : *Obtenta Long desiderare Chou*, significat inexplebili satietate lucrum desiderare (晉志) : Long et Chou, Se t'choan regiones.

器滿必傾 : *Vas plenum certe effunditur*, justum medium tenendum (宋語).

物極則反 : *Res extremæ tunc retrocedunt*, extrema mala defervescunt (宋語).

Digitized by Google

好弄，詼諧 : *Amans ludendi, facete dicta :* sic 夷吾 junior non amabat ludere (左傳), et 東方朔 amabat facetias (漢書).

鍼砭，鴆毒 : *Acus lapideus, noctuinum toxicum,* alter ad pungendum morbum, alterum ad occidendos homines : fit enim hoc ex maceratis noxiæ avis pennis.

市中有虎 : *In foro est tigris,* si multi dicunt, certe credes, 龐共 dicebat 魏 regni regi (韓子).

聚蚊成雷 : *Multiplicatis culicibus fit tonitru,* seu multiplicatis iniquis fit turbatio, dixit 中山靖 rex, cum ingressus aulam audivit musicam (漢書).

蔞蒌成錦 : *E modico ornatu conficere textile,* significat ex Carmine exaggerare aliorum defectus.

含沙射影 : *Cum oris arena impetere umbram,* significat ex Carmine clam nocere aliis.

笑裏藏刀 : *Sub risu abscondere gladium,* dicebatur 李義府, ut 唐書 habent, ideo appellatus 李貓.

腹中有劍 : *In viscere habere ensem,* ore autem mel, dicebatur execrandus 玄宗 imperatoris minister 李林甫.

拔去一釘 : *Avellere unum clavum,* significat de medio tollere unam difficultatem : sub Song dynastia, hoc adagium alludebat ad malum ministrum 丁謂.

又生一秦 : *Alterum oriri T'sin,* significat rursus creari hostem (陳平世家).

淑慝在懲誡 : *Bonum malumque pendet a reprehendendo et coercendo :* 小懲而大誡, ait 易經.

清濁賴激揚 : *Puri sordidique pendent ab eliminando et extollendo :* 王珪 in hoc peritus erat, 激濁揚清 (通鑑).

23. HOMINUM RES

解頤，莞爾 : *Solvere os, leniter arridere,* significant magnum risum (匡衡傳), levem risum (論語).

匍匐，低徊 : *Manibus reptare, gressu hæsitare,* significant trepide properantem, animique incertum.

撫掌絕倒 : *Plaudens manibus extasi rapiebatur,* 王澄 nomine 平子, ad 衞玠 sermonem, ut Tsin effata aiebant.

掩口胡盧 : *Obducto ore edidit risum* advena, qui Yen regni petram a Song homine uti pretiosissimam reconditam vidit (說苑).

Digitized by Google

向隅，哄堂 : *Obversus angulo, acclamantes aulæ,* significant solum tristem, plures ridentes. T'ang enim censor habebat tres aulas, quibus convivantes silentium servabant : at si quid ridiculum improviso accideret, omnes cachinnis aulas replebant.

虛左，同寅 : *Vacua sinixtra, sociata reverentia,* primum significat relinquere nobiliorem sedem ad expectandum hospitem; nam 魏 reguli filius 信陵君 currum ducens eam sedem non occupabat, ut obvium 侯生 excipere posset : alterum significat ex Annalium libro collegas magistratus.

爽約，食言 : *Fallere fidem, fallere promissum,* dictiones ex Tsouo tchoan desumptæ.

寒盟，反汗 : *Frigidum fœdus, retroactus sudor,* significant violare pactum : fœdus enim frigescere nequit (左傳), estque sicut sudor, qui emissus retroferri nequit (劉向封事).

銘心，鏤骨 : *Insculpere corde, incidere ossibus,* significat alte impressam beneficii memoriam (李義山云).

結草，銜環 : *Adnectere cæspites, afferre armillam,* significant referre gratias. E regno enim Tsin 魏顆, secutus clementius patris 武子 mandatum, subnubam remiserat, cum mox adversus T'sin certans fortem 杜回 cepit, conspicatus senem cæspites innectentem, ut hostis equus sterneretur; noctuque audivit dicentem, se esse remissæ subnubæ patrem, qui sic beneficium rependerat (左傳). E 宏農 vero, quidam 楊寶, benefica admodum indole, adhuc novennis vidit in 華陰 monte chrysomitrim a bubone impeti : liberavit, domum reduxit, in capsa enutrivit; mox avis mane abibat vespere redibat, usquedum aliquot post annos, loco avis, puer flava veste indutus gemmeam armillam benefactori attulerit, et magnos honores promiserit. Revera illius filius 震, nepos 秉, pronepos 彪, celebres etiam evaserunt Summates.

解衣包烈火 : *Explicata veste complecti ardentem ignem,* uti eruditus minister 崔浩, nomine 伯淵 (an. 430) dicebat 魏 regi 嗣, est sibi provocare damnum; quod dicitur etiam 張網捕虎.

漏網就深淵 : *Laxum rete applicare profundæ voragini,* est fortunate evadere malum, ut piscis laxum rete (漢刑法志).

柄鑿，冰炭 : *Manubrium et scalpellum, glacies et titio,* significant mutuam discrepantiam; ut rotundum manubrium cum quadrato foramine (宋玉九辨), et glacies cum igne (白樂天歌).

齟齬，趦趄 : *Dentes incongruentes, gressus obstructus,* significant

Digitized by Google

mutuam discrepantiam (宋玉九辨), et progrediendi impedimentum 足將進而趦趄 (韓文).

落落，區區 : *Dispersum, tantillum,* primum dicitur quod conjungi et perfici nequit 落落難合, ut imperator dixit duci 耿弇; alterum, quod seipsum respicit 區區之意, (嵇康書).

告竣，合醵 : *Imponere finem, symbolâ convivantes,* significat absolvere negotium (國語), collecta pecunia facere convivium (禮記).

玉成，瓦解 : *Gemmam perfici, tegulam dissolvi,* significat belle adjuvare opus (書經), opus rescindi (徐樂傳).

軒輊，頡頏 : *Elate et demisse, sursum et deorsum,* significant ex libro Carminum negotii inæqualitatem.

作俑，效尤 : *Inducere statuas, imitari erratum,* significat aggredi malum, prosequi malum.

拮据，鞅掌 : *Labore fatigatus, labore incultus,* significat ex libro Carminum non parcere labori, fatigari ad squalorem usque.

明珠投暗 : *Lucida gemma injecta tenebris,* significat admodum suppressas hominis dotes (鄒陽書).

入室操戈 : *E domo capta hasta,* significat uti alicujus re in ipsius damnum, uti 何休, qui 公羊 memorias præ aliis amabat, de celebri Han litterato 鄭玄 nomine 康成 dixit : is enim illius opus ad ipsum refutandum usurpaverat (鄭玄傳).

問道於盲 : *Scitari viam a cæco,* significat petere doctrinam a rudi (韓文).

衒玉求售 : *Jactare gemmam ad vendendum,* significat suas dotes venditare.

智士見同 : *Prudentium hominum judicium convenit,* dixit suspirans Lieou pei, cum vidit T'sao t'sao, contempto consilio, cædem retulisse.

仁言利溥 : *Humanorum dictorum emolumentum magnum;* sic ad unum 晏子 verbum, T'si regulus abrogavit supplicia.

班門弄斧 : *Pan schola tractare securim,* significat rudem præsumptionem. Pan est cognomen celebris e regno Lou artificis seu Kong chou tse, de quo Mentsius.

岑樓齊末 : *Altæ contignationi æquare extremum,* significat ex Mentsio celsitudinis ignorantiam.

滋蔓難圖 : *Dilatatum serpere difficili conjectura,* significat ex Tsouo tchoan rei præter opinionem extensionem.

Digitized by Google

情形叵測 : *Externa species impossibilis conjectu*, significat ex Tsouo tchoan recondere infestum animum.

道旁作舍 : *Viam juxta excitare domum*, significat multis deliberationibus rem non perfici, ut Han 宣 imperator dixit historico 班固, litteratos convocare volenti.

一國三公 : *Uno regno tres reguli*, significat ex Tsouo tchoan divisam auctoritatem, rerumque turbationem.

三生有幸 : *Tertia metempsycosi habere fortunam*, significat sortiri miram affinitatem (古詩).

一事無成 : *Una re neque succedere*, significat malum rerum successum (語云).

雙斧伐孤樹 : *Duplici securi excidere solitariam arborem*, vino et luxuria scilicet, dehortatus est Yuen dynastiæ 武宗 imperatorem ejus minister.

寸膠理黃河 : *Modico alumine purgare croceum fluvium*, indicat vires non sufficere (抱朴子).

兼聽則明,偏信則暗 : *Utrinque audiens tunc perspicies, uni fidens tunc hallucinaberis*, T'ang 太宗 imperatori aiebat minister 魏徵.

衆怒難犯,專欲難成 : *Multitudinis furor difficile lacessitur, unius arbitrium difficile succedit*, dicebat Tcheng regni toparchæ 子孔 alter toparcha 子產.

心煩,技癢 : *Animus inquietus, habilitas pruriens*, designat desiderium ea quæ callentur exercendi (潘岳賦).

槁木,死灰 : *Siccum lignum, extinctum cinerem* refert, juxta Tchoang tse, ille qui nihil amat.

座上有南客 : *Super sedem est australis hospes*, admodum oportet verbis cavere (山谷詩).

往來無白丁 : *Euntium venientiumque nemo nudo vertice*, amici omnes globulo insigniti (陋室銘).

漸入佳境 : *Paullatim attingit bonum punctum*, 顧愷之, saccharum sinense solitus ab extremo ad radicem manducare.

旁若無人 : *Juxta quasi nemo esset*, futurus minister (an. 372) 王猛 invisit 桓温, simul pediculos mactans, simul regimen disserens.

奇貨可居 : *Mira merce fas potiri*, dixit 呂不韋, cum vidit T'sin reguli filium præcellere dotibus, eique gravidam subnubam obtulit, quæ peperit futurum 秦始皇.

Digitized by Google

覆車可戒 : *Eversus currus facit cavere*, ne posterior currus item subvertatur (賈誼策).

告假', 貪緣 : *Petere commeatum, aucupari dignitatem*, est petere veniam intermittendi officium, data pecunia committere aliquid.

左袒, 摸稜 : *Sinixtrorsum nudari, fricare spondam.* Primum significat stare ab aliquo : cum enim sub Han familia 呂 rebellasset, 周勃 dedit edictum, ut qui a 劉 starent, sinixtrum, qui a 呂, dextrum humerum nudarent; exercitus totus sinixtrorsum se nudavit. Secundum significat duo extrema simul fricare, quo sub T'ang 蘇味道 minister significabat modum concordiam conciliandi.

發蒙, 振落 : *Excutere pulverem, quassare cadiva* folia, significat exturbandi inimicum facilitatem, ut dixit rebellans 淮南王, de omnibus Han regiæ ministris, uno excepto integerrimo 汲黯.

破釜, 沉舟 : *Frangere cacabos, immergere naves*, significat omnino vincendi propositum. Ut enim miles omnino T'sin exercitum vinceret, 項羽 trium dierum commeatum ei reliquit.

曲突徙薪無恩澤 : *Postico camino amovere cremia non habetur beneficio*, scilicet eorum, qui præcavere damnum curant, non consideratur beneficium.

焦頭爛額爲上客 : *Suburentes caput deterentes frontem censentur summi adjutores.* 徐福 monuerat Han 宣 imperatorem, ut a 霍 familia caveret : ille non audivit, moxque debuit rebellem familiam delere. Tunc quidam proposuit imperatori exemplum de hospite, qui monuerat dominum a camino removere incendii causam; is non audivit, moxque incendio excitato, incendii extinctores remuneravit. Imperator tunc remuneravit 徐福.

梁上君子 : *Super trabem dominus*, dicitur fur. Sub Han 陳寶, vidit noctu furem super trabem delitentem : tunc advocavit pueros, eosque docuit ne pravos habitus contraherent, sicut ille super trabem dominus; is statim veniam petiit, binisque sericis voluminibus donatus abiit.

化外頑民 : *Institutionem extra procax populus*, significat ex Annalium libro obstinatos pervicaces.

竹頭, 木屑 : *Bambusæ frustula, ligni scobs*, etiam usui sunt. Ea diligenter servaverat 陶侃, mirantibus aliis : mox decidua nive madefactum cavædium scobe siccavit, et e bambusæ segminibus clavos cymbæ reparandæ confecit.

牛溲, 馬勃 : *Bovina urina, equinum stercus*, etiam possunt

Digitized by Google

esse medicinæ materia, adeoque pharmacopolæ haud rejiciendæ (韓文).

五經掃地 : *Quinque libris everrere solum*, significat suam dedecorare dignitatem, ut evenit cum T'ang dynastiæ 中宗 imperator dedit convivium summis magistratibus, et litteratus 祝欽明 scurram indecore gessit.

一木撐天 : *Uno ligno fulciri cælum*, quum sub Tsin dynastia 王敦 rebellionem moliens somniasset, ei dixit 吳猛 rem non bene cessuram, siquidem hasta fulciens cælum litteram 未 refert (列仙傳).

題鳳,書午 : *Inscribere phœnicem, inscribere meridiem*, significat obtectam irrisionem. 呂安 enim cum non invenisset domi 嵇康, noluit ad ejus fratrem majorem 喜 ingredi, inscripta ad januam phœnicis littera, seu 凡鳥 (世說) : 李安義 vero cum a divite non reciperetur, ejus januæ inscripsit meridiei litteram, seu 牛 bovem caput non exerentem (遯齋閒覽).

破麥,剖梨 : *Aperire triticum, findere pyrum*, somniati sunt, mulier quæ amiserat maritum, et pater qui amiserat filium. Aperto tritico, habetur cortex 麸, qui 夫 sonat, ait divinus; fisso pyro, patebit semen 子 : ergo maritus et filius invenientur.

片言九鼎 : *Dimidium verbum novem tripodes valuit*, cum 毛遂 allocutus fuit T'chou regni regem.

一諾千金 : *Unus nutus mille aureos*, dicebat de 季布 commune T'chou regni adagium (史記).

志士盡忠 : *Cordatus vir devotus fidelitati*, sub Song 岳飛, qui accusatus a 秦檜, judicanti 何鑄 ostendit dorso penitus impressas 盡忠報國 quatuor litteras, sicque innocens declaratus fuit.

大儒清白 : *Magnus litteratus purus integritate*, sub Han 楊震, qui suadentibus instituere patrimonium, respondit integritatis famam esse a se relinquendum patrimonium.

尾大不掉 : *Cauda magna non vibrat*, significat fortem subditum sub debili capite (語云).

太阿倒持 : *Magnus ensis inversus tenetur*, significat auctoritatem ab alio exerceri : 太阿, ensis nomen (梅福傳).

代庖 : *Vices coqui* gerere dicitur, qui aliena peragit negotia, ex Tchoang tse, qui dicit precatorem in sacrificiis non se ingerere in coqui officium.

借箸 : *Mutuatus bacilla*, quibus Han imperator tunc comedens utebatur, 張良 ei per figuram ostendit consilium, ab oratore 酈食其

Digitized by Google

propositum, sex regna restaurandi, haud esse probabile.

明若觀火 : *Clare velut inspicere ignem,* significat ex libro Annalium exploratam rem habere.

勢若摧枯 : *Violenter velut frangere siccum,* significat commode vincere hostem (唐功臣贊).

24. ÆTAS

生申初度 : *Procreandi Chen prima dies,* dicitur ad gratulandum natalem diem (詩經 et 離騷).

遐筭修齡 : *Longe supputanda provecta ætas,* dicitur ad precandam longævitatem.

湯餅之會 : *Jurulentæ offæ conventus,* significat tertiam a nativitate diem quæ 洗三 dicitur (劉禹錫詩).

晬盤之期 : *Annui præfericuli tempus,* significat annuam a nativitate diem, quæ 試周 dicitur. Cum 曹彬 ab anno natus esset, parentes crepundia pelvi obtulerunt : ille sinixtra arma, dextera quadras, moxque sigillum apprehendit; postea revera minister fuit (宋鑑).

懸弧令旦 : *Suspendendi arcum fausta dies,* significat masculi nativitatem (禮記).

設帨良辰 : *Proponendi mantile pulchra dies,* significat feminæ nativitatem (禮記).

崧嶽降神 : *Alta juga demisisse subtiliora,* gratulatur aliis masculi partum.

緩急非益 : *Quavis necessitate carentes utilitate* filias conquestus est se peperisse 淳于意, sub Han granariis præfectus.

夢熊，弄璋 : *Somniari ursos, tractare gemmam,* pariendi masculum prognosticum (詩經).

夢虺，弄瓦 : *Somniari serpentes, tractare tegulam,* pariendi feminam omen (詩經).

履巨跡 : *Insistens magnis vestigiis,* dicitur 姜嫄 concepisse famosum 后稷, tertiæ dynastiæ protoparentem.

吞鳦卵 : *Deglutiens hirundinis ovum,* dicitur 簡狄 concepisse famosum 契, secundæ dynastiæ protoparentem.

芳蘭叶吉夢 : *Fragrans orchidea respondet fausto somnio :* Tcheng 文 reguli subnuba cum somniasset orchideam sibi cœlitus dari, peperit 穆公, appellavitque 蘭 (左傳).

英物試啼聲 : *Eximium ens probatur plorandi voce :* hinc

Digitized by Google

enim 温橋, eximium fore declaravit anniculum puerum 桓温.

麟吐玉書 : *Unicornis evomuisse gemmeum librum* dicitur, qua nocte Confucius ortus est (拾遺記).

燕投懷內 : *Hirundo ingredi in sinum* gemmea visa est, cum mater concepit 張說, sapientem sub T'ang ministrum.

道號猶龍 : *Doctrina dictus similis draconi* a Confucio fuit Lao tse, octogenarius cano capite sub pruno ortus.

門名堯母 : *Diæta dicta a Yao matre* fuit Han 昭 imperatoris diæta, qui sicut Yao post quatuordecim menses ortus est : unde principis diæta 堯母門 appellata est.

老蚌生珠 : *Senior concha gignens unionem*, significat provecta ætate generare filium : cum enim 魏 regni 韋元將 et 仲將 magna fama coruscarent, 孔融, nomine 文舉, labentis Han consiliarius, ad eorum patrem scripsit : 不意雙珠近出老蚌.

龍頭有屬 : *Draconis caput alicui adnexum*, significat academiæ principatum albo capiti obvenientem ; sub Song enim 梁灝 octoginta duos annos natus princeps electus, gratiarum carmine ait : 怎奈龍頭屬老成.

南極星輝 : *Australis poli sidus clarere*, dicitur ad gratulandum maris longævitatem : nam illic est 老人星 (天文志).

中天婺彩 : *Medii cœli stellam nitere*, dicitur ad gratulandum feminæ longævitatem : 婺女 est stella Aquarii.

松筠節操 : *Pini bambusæque tenax integritas*, exhibet ad ventum pruinamque perdurantem (唐詩).

桑榆暮景 : *Mori ulmique vespertina umbra*, refert proximum vitæ occasum (白樂天詩).

矍鑠 *Vigorosus vir*, dicitur de alio : sic Han imperator miratus fuit 馬援 sexaginta duos annos natum, 矍鑠哉是翁也.

老朽 : *Senex putridus*, dicitur de se, jam putrido ligno comparando.

黃髮兒齒 : *Flavus crinis puerique dentes*, senectutis indicium (詩經).

潦倒龍鍾 : *Rivulus jacens bambusaque nutans*, senectutis imago (杜牧 et 韓愈 versus) : 龍鍾 est bambusæ nomen.

日月其邁 : *Dies mensesque jam provecti*, significat se annis jam gravem.

青春幾何 : *Florentia verna quot jam*, interrogat aliorum ætatem, si juvenes sint.

Digitized by Google

行年五十當知四十九年之非 : *Agens annum quinquagesimum debet scire quadraginta novem annorum errata :* ita K'iu pé yu (論語).

在世百歲那有三萬六千之樂 : *Degens sæculo centum annos qui habet triginta sex mille lætitias?* (藝文云).

上中下壽 : *Summa, media, infima longævitas* dicitur, prout centum, vel octoginta, vel sexaginta annos continet.

耋耄期頤 : *Senex, decrepitus, ætate confectus* dicitur homo, prout septuaginta, vel octoginta nonagintave, vel centum annos habet.

就傅而舞勺舞象 : *Accedens magistrum, exercebit civicam, exercebit bellicam*, decem, tredecim, quindecim annorum puer (禮記).

杖鄉而杖國杖朝 : *Baculus in pago, in metropoli, in regia*, sexagenario, septuagenario, octogenario (禮記).

25. INVENTIONES (1)

上古政尙結繩 : *Summa antiquitas regimine usurpabat nodatos funiculos*, minores pro minoribus, majores pro majoribus rebus.

---

(1) Si consulas 格致餘原 et 事物原會 aliosque hujusmodi libros, reperies 伏羲 invenisse etiam sphæram astronomicam, scutum et hastam : 神農 etiam mœnium fossam, theam et oleum, lectum et stragulum, stoream et cervical : eodemque fere tempore, 夙沙 salem, et 白阜 mappam geographicam : 黃帝 acum nauticam, vexilla, conopeum, domum, oryzæ cocturam : idemque sub tempus, 寧封 figuli fornacem, 赤將 artem materiariam, 揮 arcum, 夷牟 sagittam, 岐伯 musica instrumenta, 共鼓 navem, 邑夷 currum, 左徹 inferias, 嫘祖 sericum, 雍父 moletrinam, 巫彭 medicinas : 顓頊 invenisse remum transversum et campanam : 帝嚳 remum directum et gubernaculum : 堯 tapete, et eodem tempore 尹壽 speculum : 舜 vernicem, eodemque tempore 妹嬉 picturam : 禹 velum navisque malum, eodemque tempore 儀狄 vinum, et 奚仲 rhedam : 昆吾 (anno 1818 a. C.) calcem et tegulas : 湯 cereum, et 伊尹 coctam medicinam : 武王 flabellum, et 周公 parietem : 仲由, ut in 聖門志 legitur, lapidem atramentarium : 班 cujusdam uxorem (anno 380 a. C.) invenisse umbellam : 始皇 lecticam : 韓信 (anno 206 a. C.) milvum chartaceum : 淮南王安 (anno 173 a. C.) fabaceam pultem : 漢武帝 sellam : et post Christum, 田眞 (anno 146) atramentum, 諸葛亮, panem, 孫權 turrim, 梁武帝 farinæ gluten.

Digitized by Google

蒼頡制爲文字 : *T'sang hié inveniens composuit scripturæ litteras*, a variegatarum avium ferarumque aspectu : erat Hoang ti cancellarius.

河馬負圖 : *Fluvialis equus portans mappam*, octo trigrammata veteri Fou hi præsentavit.

洛龜呈瑞 : *Aquatilis emys exhibens prognostica*, novem articulos magno Yu demonstravit.

挈壺司刻漏 : *K'ié hou curabat temporis clepsydram*, inter Tcheou magistratus numeratus. K'ié hou, *tenens clepsydram*, officii est titulus.

大撓造甲子 : *Ta nao invenit temporis cyclum* sub Hoang ti.

隸首作筭數 : *Li cheou invenit arithmeticam numerorum* sub Hoang ti : Tcheou Dux vero regulas ad novem capita redegit.

伶倫制律呂 : *Ling luen repperit tubos musicos* sub Hoang ti, tentans 崑崙 montis 蟹谷 bambusas.

軒轅創甲冑舟車 : *Hien yuen invenit loricam, galeam, cymbam, currum.*

黃帝立權衡度量 : *Hoang ti instituit pondera et mensuras.*

章亥紀步數 : *Tchang et Hai adnotarunt passuum numerum*, a Yu missi : 大章 ab orientali ad occidentalem terminum numeravit 223500 stadia, 竪亥 ab australi ad borealem polum 202500 stadia.

伯鯀築城郭 : *Dux Koen fabricavit mœnia et suburbia*, illa ad principis, hæc ad populi defensionem.

太昊造網罟 : *T'ai hao condidit retia et aviaria*, instituitque piscationem venationemque.

少昊作弧矢 : *Chao hao invenit arcus et sagittas.*

炎帝製耒耜與陶冶 : *Yen ti finxit stivam et vomer, instituitque figlinam et fusuram.*

羲皇造琴瑟作杵臼 : *Fou hi condidit lyram et cytharam, instituitque pistillum et mortarium.*

有熊備冠裳 : *Yeou hiong comparavit pileos et vestes.*

元妃與蠶桑 : *Yuen fei instituit bombyces et moros.*

神農嘗百草 : *Chen nong tentavit centum plantas.*

后稷藝五穀 : *Heou tsi plantavit quinque fruges.*

夏王鑄鼎 : *Hia rex fudit tripodes*, magnus 禹 scilicet, ad repræsentandas novem provincias.

Digitized by Google

漢帝建寺 : *Han imperator ædificavit fana*, 明 imperator scilicet, ad Fou religionem invehendam.

姬周翃指南車 : *Tcheou Dux creavit indicem austri currum*, cujus nautica pyxis 羅盤 est complementum.

炎漢肇渾天儀 : *Ignea Han excitavit motus cœlestis spheram*, antiqua enim sub T'sin destructa fuerat.

秦始皇築萬里長城 : *T'sin che hoang ædificavit decem mille stadiis porrecta mœnia.*

魏文帝敘九品官秩 : *Wei wen ti ordinavit novem graduum præfectorios ordines.*

蕭相國造千秋律令 : *Siao minister regni composuit mille annorum legales ordinationes.* Cum enim Han Kao tsou pœnales leges ad tres contraxisset, eæque coercendis criminibus minime sufficerent, Siao ho octo universim constituit.

叔孫通定百職朝儀 : *Chou suen t'ong stabilivit centum officialium aulicas normas.* Cum enim aulici Han magistratus e castris educti, ritus erga imperatorem minime servarent, is ritus instituit, et rituum præfectus creatus fuit.

大篆小篆異名 : *Major minorque scriptura antiqua differt nomine*, illa a Tcheou Siuen regis cancellario 籀, ista a T'sin regis ministro 李斯 inventa. Scripturæ *quadratæ* auctor dicitur 程邈 sub Che hoang ti, *expeditæ* auctor 史游 sub Han 元 imperatore, *usualis* auctor 劉德昇 sub Han 靈 imperatore, *rectæ* auctor 王次仲 sub 蜀漢 dynastia.

圍棋象棋殊用 : *Scruporum lusus et latrunculorum lusus differunt usu*, ille a Yu vel Choen inventus ad filios educandos; iste bellantium regnorum tempore vel a Tcheou 武 imperatore ad conflictus repræsentandos institutus.

詩賦選才 : *Versibus descriptionibusque seligere peritiores*, incepit T'ang 玄宗 imperator. Paullo ante, anno 691, 武后 instituerat accademici gradum, sicut anno 606 Soei 煬 imperator doctoratum, et anno ante Christum 133, Han 武 imperator licentiæ gradum instituerat.

文章取士 : *Litterariis amplificationibus seligere litteratos*, incepit Song 神宗 imperator.

馮道印經書 : *Fong tao impressit litterarios libros.*

温公編通鑑 : *Wen kong compegit universalem historiam*, scilicet Se ma koang.

Digitized by Google

鴈塔載於佛經 : *Anseris turris memoratur in Fou libris.* Ibi enim narratur Fou quondam vidisse anserem volantem, dumque capere vellet ad comedendum, anserem ipsum humi procubuisse : unde Fou non audens comedere, sepelivit ad turris pedem, quam T'ang 韋肇, factus academicus, anseris turrim nominavit.

梨園著於唐史 : *Pyrorum hortus exhibetur in T'ang historiis.* Ibi enim narratur T'ang 明 imperatorem, musices summopere amantem, in eo horto consuevisse tercentum amplius pueros edocere, ideo 梨園子弟 appellatos.

恬筆, 倫紙 : *T'ien penicillum, Luen papyrum* invenit, 蒙恬 sub T'sin che hoang, 蔡倫 sub Han 桓 imperatore : qui penicilli nucleum ex cervi, ambitum vero ex ovis pilis, et papyrum ex detritis retibus pannisve composuisse dicuntur.

和弓, 垂矢 : *Ho arcum, Choei sagittam* fabrefecit, ille peritus antiquitatis artifex, iste Choen imperatoris operum præfectus.

26. LITTERÆ

才儲八斗 : *Ingenium complectens octo modios*, significat insignem litteratum. Aiebat enim 謝靈運, in imperio decem esse ingenii modios, quorum se unum, octo vero jam 曹植 nomine 子建 abstulisse, unum inter ceteros distribui (魏志).

學富五車 : *Scientia locuples quinque curribus*, significat multorum librorum intelligentiam (莊子).

三墳五典 : *Tres cumuli et quinque regulæ*, trium Augustorum et quinque Dominatorum libri.

七緯九經 : *Septem explanationes et novem canones*, dicuntur a tramæ analogia : hi sunt quinque canonici cum 論 et 孟 et 孝經 et 周禮 ; explanationes sunt quinque canonicis et 孝 et 樂 appositæ.

麒麟絶筆 : *Ad unicornem abrupta scriptura*, designat Confucii chronica.

虎豹名篇 : *A tigre et pardo appellata capita*, designant a T'ai Duce sex recondita et tria molimina.

縹緗, 黃卷 : *Galbina tegmina, flava volumina*, designant generatim libros. Nam quatuor T'ang dynastiæ bibliothecis, voluminum tegmina erant e melino serico 緗, operum vero involucra e galbino serico 縹 : antiquitus autem librorum charta flavo succo liniebatur ad tineas arcendas.

Digitized by Google

鴈帛，魚書 : *Anseris vitta, piscis scriptum,* æque significant epistolam. Nam cum Han imperator in regio horto sagitta anserem confecisset, hujus pedi vitta alligabatur, quæ captivi Sou ou apud Hunnos angustias litteris admonebat (蘇武賦) : habetur autem in 古詩, advenam attulisse binos cyprinos, et in his epistolam fuisse inventam.

錦心繡口 : *Aurea mens plumatile os*; designat famosi 李白 elucubrationes, sententia et dictione inclytas.

鐵畫銀鈎 : *Ferrei ductus argentei unci,* designant famosi 王羲之 scripturam.

雕蟲 : *Sculpere vermiculos,* designant tenuem habilitatem, ut de se dixit 楊子.

倚馬 : *Conscenso equo*, designat componendi pernicitatem : 袁宏 enim super equo septem folia brevi momento conscripsit.

別來三日 : *Separatus a tribus diebus*, litteratus jam debet alio oculo respici, utpote qui magnos jam progressus fecerit, respondit eruditus dux 呂蒙 amico 魯肅, qui illum profecisse mirabatur (三國志).

面壁九年 : *Conversus parieti novem annos*, in 少林 fano, tunc primus sinensis budhismi patriarcha 達磨 intellexit summam doctrinam, et factus est budha (傳燈錄).

五鳳 : *A quinque phœnicibus* laudatur mira dexteritas : nam 韓泊 coram majore fratre 浦 se jactans, sibi attribuit præstantem ædificandi quinque phœnicum contignationem dexteritatem. Fratres ambo litteratura celebres (談苑).

七步 : *A septem passibus* celebratur prompta dexteritas : nam 曹植, nomine 子建, tertius famosi 曹操 filius, poterat ad septem passus componere versus (魏志).

壓倒元白 : *Abjicere humi Yuen et Pé,* dicitur qui versibus excellit : quum enim sub T'ang dynastia 楊汝士 cum 元稹 et 白居易 versibus pangendis concertaret, ipse ultimus absolvit, sed communes t laudes; unde domi ebrius reversus, se illos profligasse prædicavit.

媲美班楊 : *Æquare dotibus Pan et Yang*, seu 班固 nomine 孟堅, et 楊雄 nomine 子雲, dicitur qui acri ingenio præstat.

智囊 : *Prudentiæ saccus*, dicebatur 晁錯, sub Han censor toparcha.

詩窖 : *Carminum fodina*, dicebatur 王仁裕 poesi celeber (後史補).

推李杜 : *Extolluntur Li et Tou*, seu 李白 et 杜甫, egregiâ carminum laude.

Digitized by Google

仰鍾王 : *Suspiciuntur Tchong et Wang*, seu 鍾繇 et 王羲之, insigni calligraphiæ arte.

陽春白雪 : *Virescentis veris alba nix*, præstantis cantionis titulus, significat præstantia ingenia vulgus excedere. Ut enim narrat 宋玉, vix ac illam cantor in T'chou via fuerit aggressus, nonnisi decem homines illi adfuerunt.

萬選青錢 : *Millies seligitur æneus teruncius*, significat quovis examine ferre palmam, ut æneus teruncius usque præstat.

驚神泣鬼 : *Commovens spiritus ciensque dæmones*, dicitur poesis eloquentiaque vis (杜詩).

遏雲繞梁 : *Sistens nubes cingensque trabem*, dicitur suavis cantus. Cum enim 薛譚 cantum a 秦青 didicisset, seque jam absolutum putasset, is cecinit flebile carmen, ad quod arbores concuti et nubes consistere visæ sunt : unde ille nunquam jam discedere voluit. 韓娥 ad T'si ivit, cantu sibi victum quæsitura : post discessum echo trabi superfuit tres dies.

涉獵不精 : *Transcurrendi properantia sine limatione*, veluti qui tranatat aquas et persequitur feras, innuit multa legendi nihilque scrutandi defectum; is, dicebat sub Han dynastia 賈山, nequit evadere verus litteratus.

咿唔不輟 : *Studendi murmur nunquam cessans*, innuit studentium ardorem.

潤筆之資 : *Irrigandi penicillum sumptus* dat, qui media pecunia sibi petit elucubrationem (隋書鄭譯傳).

稽古之力 : *Scrutandi antiquitatem vires* accipit, qui pecuniam per litteraturam recipit (後漢書).

曳白 : *Pertractus albus*, dicitur examinis codex, vacuus ab ignaro candidato relictus. Sic 苗晉卿 elegerat 張奭, summi magistratus 倚之 filium, in primum punctum : reclamantibus ceteris, imperator jussit electum renovare periculum, qui codici nec unam litteram inscribere potuit (唐史).

殺青 : *Constrictus viridis*, dicitur arundineus pugillaris ad ignem exsuccatus, ut facilius inscribatur : qui etiam 汗簡 dicitur (後漢書).

機杼成一家 : *Præli radius formet particularem apothecam*, dicebat litteratura præstans 祖瑩, significans litterarias lucubrationes cuique requiri proprias, haud servili imitatione concinnandas (北史).

辭意從百鍊 : *Dictio et sententia sequatur multam limatio-*

Digitized by Google

nem, uti sub T'ang 皮日休 peragere solebat, centies vocabula, millies phrases limans.

襪線之才 : *Tibialium fili instar eruditio,* valde est curta; ut de 蜀 regni rituum tribunalis præside 韓昭 dicebat 李台暇.

記問之學 : *Adnotantis interrogata scientia,* non sufficit ad efficiendum magistratum, ait 禮記.

裁詩費推敲 : *Assuens versum impendit impulsiones et percussiones,* sub T'ang 賈島 scilicet, qui quærens litteram ad conficiendum versum, sui impos januam impellebat percutiebatque, donec a 韓愈 acceperit litteram 敲 ad rem commodum facere.

曠學在作輟 : *Vacuam scientiam constituit aggredi et intermittere,* modo studere, modo cessare.

月露,風雲 : *Lunaris ros, ventosa nubes,* referunt levem volaticamque elucubrationem, ut 隋 dynastiæ 李諤 monuit imperatorem.

蘭臺,石室 : *Orchideæ tribunal, lapidea ædes,* æque recondunt libellos codicesque. Nam (漢官儀) secretiores libri servantur in censoris tribunali, dicto 蘭臺 vel 麟臺 vel 芸臺 : et apud Se ma t'sien legitur 石室金匱之書.

焚書坑儒 : *Comburens libros sepeliens litteratos,* scilicet 祖龍 seu T'sin che imperator, qui ministro Li se instigante delevit libros, et repugnantes 咸陽 litteratos, 460 et amplius, fossa sepelivit.

開科取士 : *Instituens examen eligendis litteratis,* T'ang 太宗 imperator, qui lucubrationes in honore habuit 右文.

依樣葫蘆 : *Ad exemplar lagenariam vulgarem* expingere, irridebat sese 陶穀 sub dynastia Song academicus, qui servili imitatione vetera scripta imitabatur.

潦草塞責 : *Perfunctorie explens rimas,* non quærit limatum stylum.

異端,左道 : *Alienum principium, obliqua doctrina,* a recto aberrat (論語 et 王商傳).

肄業,藏修 : *Exercens opus, recondite excolens,* impense studio operatur (左傳 et 樂記).

飛翰操觚 : *Agitando penicillum tenere pugillarem,* significat exarare elucubrationem (藝文 et 文選) : id dicitur etiam 染翰.

執經問難 : *Tenendo librum petere difficultates,* significat sequi magistri disciplinam (後漢書).

乞如椽筆 : *Petere similem scandulæ penicillum,* significat

Digitized by Google

petere ab aliquo scripturam. Sub Tsin enim 王珣 nomine 元琳, cum somniasset ab aliquo magnum veluti scandulam penicillum accepisse, mox regias scripturas debuit expedire (晉書).

是大方家 : *Esse magnæ regulæ homo* laudatur summus litteratus (莊子).

洛陽紙貴 : *Lo yang papyrus carior*, dicitur ad elucubrationem laudandam. Cum enim sub Tsin 左思 composuisset 三都賦, omnes exscribere voluerunt, ita ut papyrus cariore pretio venderetur.

明鏡不疲 : *Lucida specula non lassantur*, 袁羊 dixit ad 車轍, significans se interrogare et respondere non lassari.

鄴架 : *Yé plutei*, significant magnam bibliothecam; nam T'ang 肅宗 minister 李泌, creatus 鄴 Marchio, multa recondiderat volumina.

書淫 : *Librorum libido*, appellatur discendi percupidus, sicut a 崔慰祖 appellatus fuit 劉峻, qui, paupere domo, ut audiret aliquem habere libros, statim mutuari adibat (南史).

識之無 : *Noscens duas litteras*, 白樂天 agnomine 居易, qui septem menses natus jam noscebat 之 et 無 duas litteras.

高軒過 : *Sublimis currus transitus*, est elucubrationis titulus, quam 李長吉 agnomine 賀, septennis ex tempore exaravit, cum 韓愈 et 皇甫湜, ad eum probandi causa diverterant (唐書).

開卷有益 : *Volvere volumina habet utilitatem*, non laborem, respondit Song 太宗 imperator quotidie tria volumina perlegens, cum 宋琪 nimium ejus laborem reprehendit : imperator jusserat ordinare 太平御覽 mille volumina, et volebat intra annum perlegere omnia.

不學無術 : *Sine studio nulla ars*, de Han 昭 imperatoris ministro 霍光 dictum fuit (漢書).

校書芸閣, 丙夜燃藜 : *Examinanti libros rutato conclavi, prima nocte accenditur chenopodium;* Han historico 劉向 in bibliotheca libros legenti apparuit senex baculo innixus, qui baculi verticem insufflans accendit, ad lucem legenti præferendam, eique astronomicum geographicumque codicem dedit (拾遺記).

執卷茅簷, 隆冬映雪 : *Tenens volumen stramineo subgrundio, summo hieme reflectebat nivem*, 孫康, sic olei defectum supplens.

筆生花 : *Penicillum parere flores* somniavit 李白, et ex hoc sententia et elocutione summopere profecit.

口吐鳳 : *Ore emittere phœnicem* album somniavit 揚雄, et

Digitized by Google

exinde descriptionum excelluit arte.

人物志 : *Hominum familiarum memoriale*, dictus fuit sub T'ang 李守素 a 虞世南, ob plenam familiarum cognitionem.

行秘書 : *Ambulans familiæ liber*, dictus fuit 虞世南 a T'ang 太宗 imperatore, ob magnam ejus eruditionem.

泰山北斗 : *T'ai monti et boreali Ursæ*, comparatur sursum suspicienda Han yu litteratura.

艮玉精金 : *Naturalem gemmam purumque aurum*, ampla institutione expolivisse dicitur 程伊川, egregium magistrum secutus.

咳唾隨風生珠玉 : *Emissum sputum sequens ventum pariet pretiosas gemmas*, de eleganti litteratura cecinit suis versibus Li pé.

賦詩擲地作金聲 : *Descriptiones versusque projecti humi dabunt auri sonum*, dixit 范榮期, cum vidit 天台賦 a 孫綽 sub Tsin elucubratam descriptionem.

茹古涵今 : *Continens antiqua et nova*, dicitur mire doctus.

咀英嚼華 : *Mandens baccas et flores*, dicitur floride eloquens.

抄書至數十篋 : *Transcribens libros ad numerum decem capsarum*, 沈麟士 e T'si, plusquam octogenarius, cum incendium libros combusserit.

徙居載三十車 : *Mutando habitationem onerans triginta currus* librorum, Tsin 惠 regis minister 張華, vasta eruditione præditus.

聚書必典 : *Colligendis libris oportet studere*, ut Song dynastiæ 丁顗, qui suum patrimonium in id impendens, octo mille volumina collegit.

鬻書不孝 : *Vendere libros deficit pietate*, ut T'ang dynastiæ 杜暹 inscripsit decemmille voluminibus quæ collegerat.

27. ARTES

國手擅岐黃 : *Regnorum curator versat K'i et Hoang*, seu 岐伯 et 黃帝 : is illum miserat tentare varias herbas ad medicinam præstandam (帝王世紀). Medicus dicitur 國手, quod medicus a T'sin regulo missus ad curandum Tsin regulum dixerit, supremum medicum curare regna (國語).

堪輿精青烏 : *Soli inspector callet cærulum et nigrum*, seu libros a 黃帝 sub hoc titulo compositos : 地師 soli inspector, dicitur 堪輿 a cœlo et terra (楊子); dicitur etiam 青烏家.

盧醫, 扁鵲 : *Lou i* et *Pien t'sio*, antiquitatis divini medici (列子 et 史記).

Digitized by Google

王墨, 鄭虔 : *Wang mé* et *Tcheng k'ien*, antiquitatis celebres pictores (類說 et 唐書).

青囊秘術 : *Cærulei sacci secreta artificia* obtinuit sub Tsin eruditus scriptor 郭璞 nomine 景純, qui magistrum 郭公 peritum haruspicem secutus, ab eo accepit novem volumina e cæruleo sacco educta, per quæ astrologicas et haruspicinas artes didicit : ea a discipulo surrepta ignis combussit (晉書).

龍府仙方 : *Draconis palatii immortalia remedia* invenit sub T'ang 孫思邈 immortalium sectator : is liberaverat cæruleum dracunculum, tumque dein invenit tredecim volumina miras artes continentia.

君平, 詹尹 : *Kiun p'in* et *Tchan yn*, famosi haruspices, scilicet sub Han 嚴君平, et quem 屈原 adivit 鄭詹尹.

唐舉, 子卿 : *T'ang kiu* et *Tse k'ing*, famosi physiognomones, ille bellantium regnorum, is Veris Autumnique tempore.

風角 : *Venti angulus*, dicitur hariolus, quod ex quatuor angulis venti spiramen consideret ad conjiciendum.

丹青 : *Minium et cærulum*, dicitur pictor, quod ii e præcipuis coloribus sint.

大風鑑 : *Magnus habitus inspector*, dicitur physiognomon.

大工師 : *Magnus operum magister*, dicitur faber.

王良, 造父 : *Wang leang* et *Tchao fou*, celebres aurigæ, ille apud 趙簡子, is apud 周穆王.

東方, 淳于 : *Tong fang* et *Choen yu*, verbo potentes; 東方朔 nomine 曼倩 Han 武 regi acceptus, et 淳于髡 T'si reguli gener.

世之鬼谷 : *Sæculi Koei kou*, laudatur haruspex. Bellantium regnorum tempore, 王詡 peritus haruspex, delituit in Koei kou, indeque 鬼谷先生 appellatus, fuit 蘇秦 et 張儀 et 孫臏 et 龐涓 aliorumque magister.

鬼之董狐 : *Dæmonum Tong hou*, laudatur monstrorum scriptor; sic enim 劉恢 appellavit 干寶 nomine 令升, qui 20 volumina de spirituum rebus conscripsit sub titulo 搜神記 : fuit autem Tong hou, Tsin regni historiographus (晉書).

喝雉呼盧 : *Clamans ternionem conclamans quinionem*, dicitur tesserarum lusor. Tesseræ seu tali, a Lao tse invecti, quinque usurpabantur, superne nigri inferne albi : si jactus erat quinio niger, dicebatur 盧 et valebat sexdecim; si ternio niger, dicebatur 雉 et valebat quatuordecim; si duplio niger, dicebatur 犢 et valebat decem; si quinio albus, dicebatur

Digitized by Google

塞 et valebat octo; quaternio erat potissimus.

穿楊貫虱 : *Transfigens populum, trajiciens pediculum,* periti sagittatores : 養由基 ad centum passus transverberabat populi folium (戰國策); 紀昌 recta transfodit pediculi cor (列子).

樗蒱之戲 : *Tesseras jaciendi lusus,* qui dicitur etiam 雙陸, licet aliis diversus uterque videatur, quod ille quinque, ut diximus, talos adhibeat, hic vero sex scrupos, adeoque 雙陸棋 dictus.

橘中之樂 : *Citro intersistendi gaudium* innuit latrunculorum lusum. Quidam enim in aurantiorum horto duo habebat valde grandia : ut aperuit, singula habebant duos senes latrunculis ludentes et gaudia miscentes.

餽儡解圍 : *Ligneola citeria solvit obsidionem,* qua 單于, nomine 冒頓, stringebat 高祖 in 白登 : cum enim illius uxorem 閼 oriundam valde zelotypam scivisset famosus 陳平 minister, ligneam figuram fecit super mœnia agitari. Qua visa mulier, timens ne maritus ludiam exciperet, obsidionem solvi curavit.

牛馬運米 : *Boves equique transportant oryzam,* lignei boves equique elaterio moventes, 木牛流馬, ex artificio ingeniosi 諸葛亮, qui, exercitu 祁 montem pertranseunte, commeatu sic non defecit.

點龍睛 : *Appingere draconibus oculos,* quos binos super fani parietem affabre depinxerat, 張僧繇 nolebat, ne statim avolarent. Aliquis rem irridens, oculos uni appinxit, statimque tonuit, fulguravit, perruptoque muro draco evanuit (名畫記).

削木鳶 : *Præcidere ligneum milvum* tanta scivit arte 公輸, ut statim altum avolaverit (淮南子).

28. OPES

貫朽粟陳 : *Ligaturas corrumpi frugesque marcescere,* indicat magnarum opum cupiditatem, ut sub Han Ou imperatoris initium in metropoli evenisse narratur (漢書).

紫標黃榜 : *Purpureum pittacium flavumque indicium,* indicant magni thesauri notas. Nam 蕭宏 pecuniæ avidus ad quævis decies centena millia flavum signum, ad quævis vero centies centena millia purpureum signum apposuerat, et sic viginti plus cellulas obsignavit (梁史).

錢愚 : *Pecunia obstructus,* argenti percupidum significant : ad irridendum 蕭宏, olim 蕭綜 fecit 錢愚論.

地癖 : *Agrorum famelicus,* dictus fuit sub T'ang 李澄, augen-

Digitized by Google

dis agris præter modum incumbens.

守錢虜 : *Servandi nummos mancipium*, dixit 馬援 eum qui colligit, quin dispergere ferat (後漢書).

落魄子 : *Squalenti forma vir*, dicitur fortuna destitutus, ut 酈食其, qui studii amans paupertate premebatur (漢書).

無立錐 : *Nec quo infigatur subula*, habet paupera agris domus (漢書).

連阡陌 : *Continenter recti transversique*, dicuntur divitis familiæ agri (食貨志).

室如懸磬 : *Ædes videntur suspensa chalcophonos*, granaria non habent nisi trabes (左傳).

家無儋石 : *Domestica nec attingunt centumpondium decimodiamve*, domus est exhausta (劉毅傳).

在陳, 錢癖 : *Degens T'chen, pecuniæ famelicus*, significat annona deficientem, ut Confucius in T'chen, et argenti avarum (晉書).

殷實, 數奇 : *Opime plenus, numerus impar*, significat opibus opulentum, angustiis pressum (高適詩).

決水以活鮒魚 : *Derivare aquam ad vivificandum carassium*, significat angustato ferre suppetias. Ait enim 莊子, se invenisse media via carassium situlum aquæ petentem, cumque ipse vellet amnis derivare aquam, illum respondisse modicum aquæ sufficere, sed non tardandum.

登山而呼庚癸 : *Conscenso monte inclamare fruges et aquam*, significat (左傳) rogare annonam; 庚 enim occidentem seu autumnum frugesque, 癸 vero boream seu hiemem aquamque refert : porro antiqui, deficiente cibo, solebant conscenso monte frugum aquarumque spiritum inclamare ad auxilium implorandum.

家徒壁立 : *Domi solum parietes stantes*, indicant famosi 司馬相如, cum 卓文君 accessit, paupertatem (相如傳).

屋廖爲炊 : *Pessulum ligneum ad coquinandum*, inclyti memorat 百里奚 paupertatem : ei enim abeunti ut gallinam coqueret, se pessulum ligneum cremiorum loco adhibuisse memoravit uxoris canticum (應劭風俗通).

鵠面菜色 : *Cycni facies olerisque color*, æque significant esurientis populi speciem (梁史 et 禮記).

易子析骸 : *Alternare filios et findere ossa*, ad comedendum et coquinandum, significat obsessorum angustias, ut de Song metropoli a T'chou obsessa narrat 左傳.

Digitized by Google

夷齊餓死留君臣之義 : *I et T'si fame perierunt servandæ principis subditique veritati :* de 伯夷 et 叔齊 memoriam habet 史記.

陶倚貲財敵王公之富 : *T'ao et I opes æmulabantur regum principumque divitias.* 范蠡 nomine 少伯, cum adjuvisset Yué delere Ou, mutato nomine adivit T'si regnum, indeque aufugiens ne minister crearetur, ivit in T'ao, indeque se appellavit 陶朱公, opesque innumeras congessit. Quod audiens pauper Lou regni litteratus 倚頓, illum adivit artem ditescendi quæsiturus, consiliumque secutus pecora alendi, mox et ipse ditissimus factus est (史記).

殺妓侑酒 : *Occidendo puellas hortabatur bibere* crudelis 石崇, qui puellas ministrando convivis vino solebat adhibere, et quoties convivæ non exsiccabant poculum, ministrantem puellam occidebat.

食費萬錢 : *Prandio insumebat myriadem terunciorum,* 何曾 nomine 穎考, et adhuc querebatur non habere quo bacilla apponeret (晉書).

二月賣絲五月糶穀 : *Secunda luna vendere sericum et quinta luna vendere fruges,* est veluti sibi præcidere carnis frustulum ad vulnus resarciendum (憫農詩).

三年餘一九年餘三 : *Tribus annis reliquo uno, novem annis reliquis tribus,* seu reliqua trium annorum annona, non est timenda jam penuria (禮王制).

腸習藜莧 : *Venter assuetus chenopodio et spinaciæ,* venter pauperis (韓愈詩).

口厭珍饈 : *Os fastidiens exquisitas escas,* os divitis : dicitur etiam 口厭膏粱.

蠟代薪,粭澳釜 : *Ceram substituens cremiis, saccharo ungens cacabum,* magnam ostendunt prodigentiam. Ut enim 晉書 habetur, 石崇 cum 王愷 sic opibus certabat; is saccharo, ille cera usus : is purpureo serico stravit quadraginta stadia, ille aureo textili stravit quinquaginta stadia.

甑生塵,釜生魚 : *Olla producens pulverem, caldario vivens piscis,* exhibent sobrium epulum : illud populus dicebat de 范丹 nomine 史雲, qui erat 萊蕪 gubernator (後漢書).

捉襟肘見,納履踵決 : *Contrahendo laciniam cubitus apparet, inducendo calceum talus discernitur,* de 曾子 habitante 衞 id scripsit 莊子, magnas significans vestium angustias.

Digitized by Google

數米而炊，秤薪而爨：*Numerare grana ad coquendum, ponderare cremia ad coquinandum,* ut faciebat 韋莊, sordidam innuit parsimoniam (朝野集).

29. JUDICIALIA

桁楊雨潤：*Compedes numellamque beneficio leniri* amat benignus rex. 桁楊 de crurum collique nexu dicitur (莊子).

肺石風清：*Aridæ petræ afflatum purum* gaudet verax testis : juxta 周禮, testis tres dies super eam petram stare cogebatur, et postea verax credebatur ipsius testimonium.

囹圄爲福堂：*Carceris custodiam esse felicitatis aulam* dicebat sub Song 蒼梧 rex, quod afflictio dat intellectum (魏書). Sub Tcheou, carcer dicebatur 囹圄.

畫地可立獄：*Circumscriptum spatium posse fieri carcerem,* significat custodiam non esse duram, et tamen cordatos viros ab ea declinare (漢書).

雀角相爭：*Passerum cornua mutuo concertantia,* denotant, ex Carminum libro, intentam litem.

覆盆得雪：*Inversa scutella poterit patefieri,* cum calumnia ad tribunal accusatur : adagium enim est, solem lunamque neque posse illuminare inversæ scutellæ fundum.

獄門畫狴犴：*Carceris januâ pinguntur feroces canes,* ut custodiant (丹鉛錄).

聽訟在棘木：*Judicatio litium fit ad zizyphos,* quibus externa area conserebatur (禮王制).

鄉亭有岸，朝廷有獄：*Rus habet custodiam, regia hebet carcerem* (韓詩).

死不可生，刑不可贖：*Mortuus non potest reviviscere, punitus non potest redimi,* adeoque judici cavendum, dicebat 緹縈 pro patre regem exorans.

鈞臺，羑里：*Hia carcer, Chang carcer :* de illo loquitur 蔡邕; iste, quo Wen rex detentus fuit, a loci nomine dictus.

桎梏，縲絏：*Compedes et manicæ, vincula et funes :* 縲 niger funis, 絏 longus funis, carcerum instrumenta.

鷸蚌相持：*Alcyon et ostrea mutuo apprehensi,* denotant tenaces rixantes. Juxta apologum enim, quem 蘇代, seu 蘇秦 frater, ad Yen regni regem dixit (戰國策), quum alcyon rostrasset in ostream,

Digitized by Google

hæc rostrum apprehendit, sicque ambo tenaces persistebant, cum piscator utrumque cepit : unde proverbium 鷸蚌相持漁翁得利.

池魚被害 : *Fossæ piscis affectus damno,* significat malum effectum ad innocentem derivari. Cum enim Song urbis mœnia incendio conflagrarent, mœnium fossa incendio extinguendo exhausta fuit, sicque pisces mortui sunt; vel juxta alios, quidam 池仲魚 prope mœnia habitans, incendio combustus fuit (廣韻).

下車泣罪 : *Exscendens curru plorabat peccatum,* magnus Yu, cum sontem aliquem offenderet, sibi imputans populum alium ac sub Yao et Choen jam esse.

入甕承招 : *Ingressus testam confitetur accusationem,* ipse supplicii inventor. 周興 et 來俊臣 simul sub T'ang 武后 severitati operabantur, cum primus crimine insimulatus, clam alteri judicandus traditus fuit : tunc is questus reos difficile confitentes haberi, petiit modum confessionem eliciendi. Testa reus includatur, respondit Tcheou hing, et ignis testæ admoveatur : ingredere ergo testam, subjunxit alter.

健訟,株連 : *Fortiter litigare, surculose connectere,* significat amare lites (易經), et in litibus unum ex alio implicare (唐書).

釋紛,嫁禍 : *Explicare implexa, maritare adversitatem,* significat resolvere litem (戰國策), et judicium in alium rejicere (史記).

城旦,充軍 : *Mœnium matutinum, exilii pœna,* significant illud relegationem (史記), ita dictam, quod mane surgunt proscripti ad mœnia restauranda; ista longinquum exilium seu 流戍 (宋史).

三尺,三木 : *Tres cubiti, tres machinæ,* significant illi pœnales leges (史記), ita dictas, quod arundineis pugillaribus inscribebantur; istæ numellam, compedes, manicas (漢書).

古之五刑 : *Antiquitatis quinque supplicia,* notare faciem, denasare, amputare pedes, castrare, morte plectere (書經).

今之律例 : *Præsentiarum pœnales leges,* virga, fustis, exilium temporarium, exilium perpetuum, pœna capitis (隋書).

削木爲吏 : *Præcisum lignum exercere magistratum,* ostendit antiquitatis simplicitatem, cum sufficiebat lignum reo mittere, ut is statim ad tribunal judicandus accederet (漢書).

縱囚歸省 : *Remissos reos reverti salutatum,* ostendit T'ang 太宗 regimen, cum omnes rei domum remissi, juxta condictum subsequente autumno reversi sunt (唐書).

花落庭閒,草生獄靜 : *Floribus deciduis atrium vacat,*

Digitized by Google

herbis natis carcer silet, cum sub 何易 præfecto, omnes causæ silerent, et carcer vacuus maneret (舊注).

吏立冰上，人行鏡中 : *Magistratus stat super glaciem, homo graditur inter specula*, populus de 盧奐 canebat, ob puram integramque hujus præfecti judicationem (舊注).

30. FUNEREA

玉體違和 : *Pretiosam valetudinem amisisse æquilibrium*, dicitur de alterius infirmitate (魏書).

適沾賤恙 : *Modo contraxisse modicam infirmitatem*, dicitur de propria infirmitate : 恙 significat angorem, et venenatum vermiculum cor hominis rodentem (楚辭九辯).

病在膏肓 : *Morbus in præcordiis*, significat insanabilem : sic enim Tsin 景 reguli morbum declaravit a T'sin regulo missus peritus medicus (左傳).

喜其勿藥 : *Feliciter non medicandus*, significat morbo exemptum (易經).

采薪之憂 : *Colligendi cremia angor*, significat morbo decumbentem (孟子).

河魚之患 : *Fluvialis piscis malum*, seu diu inter aquas immorari, significat inde procreatum ventris morbum (左傳).

瘧不病君子 : *Febrim non affligere sapientem*, putat vulgus, illam parvo dæmoni attribuens (世說).

卜所以決疑 : *Haruspicium esse ad solvenda dubia*, adeoque inutile in indubiis, dixit 張公謹, emydem projiciens, cum 太宗 imperator consuluit de fratribus occidendis (唐書).

謝安夢雞 : *Sié ngan somniatus gallum*, intellexit ægroto sibi finem adesse : cum enim tunc annus esset in 酉, 酉 autem hora galli diceretur, intellexit album gallum in itinere post 16 stadia ante 16 annos visum, finem vitæ nuntiasse; et revera mortuus est (晉書).

楚王吞蛭 : *T'chou rex deglutiens hirudinem*, quam inter oluscula invenerat, ne coquo mortem adscisceret, fluxu sanguinis inde liberatus fuit; T'chou 惠王, is scilicet (賈誼新書).

屬纊，易簀 : *Inducere gossypium, mutare stoream*, æque significant hominem mox moriturum : novum enim gossypium admodum agitabile ori admovetur ad flatum experiendum (禮記); Tseng tse vero ut mutavit stoream statim decessit (檀弓).

Digitized by Google

鬼錄，物故：*Manium census, rerum transitus*, æque significant hominem mortuum esse. 魏文 imperator ad 吳質 epistola scribit：觀其姓名，已登鬼錄矣. Dicitur autem rem transivisse, rebus pro homine, qui eis utebatur, usurpatis, vel hominem sicut res omnes transivisse.

丁憂，丁艱：*Gerere angorem, gerere ærumnam*, significat parentum mortem (北史).

守制，讀禮：*Servare regulam, legere ritus*, significat esse in luctu (禮記).

尸，柩：*Cadaver, funus*, dicitur defunctum in lecto, defunctum in sandapila (禮記).

訃，唁：*Nuntiare mortem, condolere funus* (禮記 et 詩經).

寢苫枕塊：*Incubare stramine et inniti glebæ*, significant lugere mortem parentum, adeoque commode quiescere non posse (禮記).

節哀順變：*Moderari luctum seque accommodare circumstantiis*, est a ritibus pio filio impositus modus (禮記).

崩，薨，卒：*Ex alto ruens, ruinæ echo, finis;* sic dicitur imperatoris, reguli, toparchæ mors (禮記).

死，夭，殤：*Mors, immatura, præcox;* 夭 ante trigesimum, 殤 ante vigesimum annum (儀禮).

孤子，哀子：*Patre orbus, matre orbus :* utroque orbus dicitur 孤哀子.

失怙，失恃：*Destitutum fulcro, destitutum auxilio*, se dicit qui patrem amiserit, qui matrem amiserit (詩經).

泣血，稽顙：*Lacrymari sanguinem, prosternere frontem*, magni luctus tempus; primum intra 100 dies, secundum post eos (禮記).

大祥，小祥：*Majus auspicium, minus auspicium*, subsequens luctus tempus; post 13 menses, intercalari non computato, fit minus, post 25 menses præter intercalarem, fit majus (儀禮).

斬衰，齊衰：*Limbus dissutus, limbus assutus*, vestis triennalis luctus pro patre, pro matre (儀禮).

大功，小功：*Rudius opus, tenuior textura*, vestis pro novem mensium, pro quinque mensium luctu (儀禮).

緦麻，禫服：*Tertiaria tela, finalis vestis*, vestis trimestris luctus, et ea quæ ad sacrificium 禫 post 27 menses assumebatur (家禮).

明器，哀杖：*Manium utensilia, doloris baculus*, dicuntur instrumenta quibus mortuus usus fuerat, et baculus quo filius dolore conster-

Digitized by Google

natus sustentari præ imbecillitate debet; is arundineus in morte patris, ex pawlonia in morte matris (禮記).

嫡孫杖期 : *Germanus nepos baculo per annum* utitur ad mortem avi (家禮).

嫡孫承重 : *Germanus nepos succedit oneri*, ad mortem avi, si pater jam defunctus fuerit, et triennalem luctum suscipit (家禮).

賻, 賵 : *Subsidium, retributio*, dicitur illud opibus juvare funeris expensas, hoc equis et curribus cohonestare pompam (公羊傳).

襚, 琀 : *Prosequi defunctum, implere os*, est dare vestes defuncto induendas, ejusque ori immittere gemmam (公羊傳).

執紼 : *Tenere feretri funem*, significat comitari funus (禮記).

駕輀 : *Vehere currum funebrem*, significat humeris tollere sandapilam (晉書).

牛眠地 : *Bovis dormientis situs*, significat aptum sepulturæ locum : cum enim 陶侃 vellet inhumare patrem, improviso amisit bovem, quærentique senex occurrit dicens, bovem prope jugum quiescere, illumque esse auspicatissimum locum (晉書).

馬鬣封 : *Equina juba tumulus*, dicitur terreus agger, quod jubam referat (禮記).

翁仲 : *Sepulchrales statuæ*, sunt lapidei homines 石人, ante tumulum erigi soliti (唐詩).

銘旌 : *Inscriptum vexillum*, dicitur flammei coloris pannus 丹旐, quo defuncti dignitas, patria, nomen inscribitur (杜牧詩).

挽歌 : *Reducendi canticum*, incepit a 田橫, qui se T'si regem constituerat : cum enim Han exorta fuerit, imperator illum advocavit, qui prope Lo yang appulsus se occidit, et sequaces illius caput reducentes, canticum doloris expresserunt (史記).

墓誌 : *Sepulchri inscriptio*, incepit, putant aliqui, ab historiographo 傅奕 sub T'ang Kao tsou, qui sibi epitaphium composuit (唐書).

壽藏 : *Longævitatis conditorium*, est vivo sibi factus tumulus, ut sub T'ang 姚勗 sibi fecisse dicitur.

佳城 : *Pulchra mœnia* dicuntur factum sepulchrum : quia cum sub Han 夏侯 agnomine 嬰 titulo 滕 Ducis feretrum pervenisset ad orientalem metropolis januam, equi hinnientes et scalpturientes procedere noluerunt; tunc effossa terra inventum est lapideum conditorium, quo inscribebatur, *pulchra mœnia* fore T'eng Ducis sedem.

瘞玉 : *Sepelire gemmeam-arborem* 埋玉樹, ut in sepeliendo

Digitized by Google

sub Tsin 庾亮 dixit 何充, significat terræ mandare.

束芻 : *Colligare feni-fasciculum*, significat ad inferias defuncti stipem offerre 弔奠. Cum enim 郭林宗 matri parentaret, 徐孺子 comploraturus adivit domum, et relicto feni fasciculo abiit : mirantibus omnibus, ille ait : is certe 南州 summus sapiens 徐孺子 qui hoc fecit; nonne Carmen ait 生芻一束其人如玉? Ego revera id non merebar.

窀穸, 夜臺 : *Profunda nox, nocturna ara*, sepulchrum indicant, adeoque inhumationem feretri monent, 告窆; unde 左傳 ait : 惟是春秋窀穸之事.

礿禘烝嘗 : *Vernum, æstivum, hiemale, autumnale*, quatuor temporum sunt sacrificia (禮記) : quorum duo priora Tcheou Dux mutavit in 祠 et 嘗.

口澤如存 : *Oris mador quasi restat*, adeoque non audet pius filius defunctæ matris poculum usurpare (禮記).

手澤未泯 : *Manus unctio nondum evanuit*, adeoque non audet pius filius defuncti patris libros legere (禮記).

悲親泣血 : *Dolens patrem lacrymatus sanguinem*, seu tres annos mutas lacrymas effudit, 子羔 agnomine 柴, Confucii discipulus (禮記).

哭子喪明 : *Plorans filium orbatus lumine*, ut a Tseng tse fuerit reprehensus, 子夏 agnomine 商, Confucii discipulus (家語).

門人廢詩 : *Discipuli expunxerunt odam* 蓼莪 ex libro Carminum, quod sub Han 王褒 nomine 偉元, patre 儀 belli præfecto ab imperatore occiso, quotiescumque eam odam legerit, tota die a fletu temperare non posset (晉書).

里人輟社 : *Conterranei supersederunt compitalibus*, seu festo post vernum æquinoctium fieri solito, quod 王脩 nomine 叔治, ea die septennis matrem amiserat, adeoque ipsa recurrente præter modum consternaretur (魏志).

樹靜而風不息 : *Arbor quieta at ventus non cessat*, filius vellem servire matri, et en mater non superest, dixit plorans Confucio 皐魚, postquam e magistratu rediens matrem defunctam invenit, statimque sibi necem intulit (韓詩外傳). 皐魚 in 家語 dicitur 邱吾子.

椎牛不若雞豚 : *Percussus bos non valet gallum porcellumque*, inferiarum bos gallum porcellumque viventi matri sustentandæ adhibitos, dicebat 曾子 amissam dolens matrem (韓詩外傳).

當知木本水源 : *Oportet scire arboris radicem aquarum*

Digitized by Google

que fontem, parentum scilicet beneficium (左傳).

更宜慎終追遠 : *Magis oportet curare extrema recolereque remotos,* exequiis et sacrificiis scilicet (論語).

31. SECTÆ

如來 seu 釋迦 seu 牟尼, sub Tcheou dynastia, in 莊 regis nono anno quarta luna octavo die natus, reliquit domum, intellexit sapientiam et dictus est 佛, budhismi parens (隋書).

老君, cognomine 李, agnomine 耳, nomine 伯陽, posthumo 聃, Rationis sectæ conditor.

鷲嶺, 祇園 : *Tsieou ling, Tche yuen,* æque denotant Fou regnum, quo quinque eximiæ sedes numerantur : 給孤園, 靈鷲山, 彌猴江, 庵羅樹, 竹林園.

交梨, 火棗 : *Conjuncta pyra, igneæ zizyphi,* sunt immortalium cibi.

沙門稱釋始於晉 : *Quietis schola vocari Budhismus cœpit a Tsin* bonzio, 道安 appellato (世說); 沙門 enim, juxta 漢記, ea dynastia *quiescere* significabat, adeoque ad passionum quietem exprimendam traductum fuit.

中國有佛肇於漢 : *Medium regnum habere Budham cœpit ab Han* 明 imperatore, qui misit in 天竺 regnum, alias 身毒 dictum, quærere 浮圖 seu 佛 religionem (後漢書).

彭祖八百遐齡 : *P'ong senior octingentis provectus annis,* cognomine 籛, agnomine 鏗, Yao imperatoris administer, P'ong urbe dotatus, indeque 彭祖 vel 老彭 appellatus.

旌陽一家昇舉 : *Tsing yang tota familia sursum sublata;* 許遜 nomine 敬之 e 南昌, sub Tsin, Tsing yang gubernator, cum perfectionem excoluerit et 136 annos vixisset, cum 24 domesticis simul sursum sublatus fuisse dicitur.

波羅 : *Illo littore :* Budhistæ sæpe dicunt 波羅蜜, quod significat *ascendere illud littus,* seu sensum intellectumque adipisci.

紫府 : *Purpurea domus,* significat immortalium palatium : in 長洲 enim dicitur esse *Venti* mons, continuo fragore concussus, ibique purpurea domus, aureis lectis gemmeisque mensulis, qua immortales plures spatiantur.

上方, 梵刹 : *Superior locus, Budhisticum vexillum,* æque significant Budhisticum fanum, in quo solet vexillum erigi, ut ab omnibus co-

Digitized by Google

gnoscatur; est autem 刹 vexilli scapus.

紺宇,珠宮 : *Purpurea area, gemmeum palatium*, æque significant immortalium sedes (歐詩 et 李詩) : dicuntur etiam 眞宇 et 蘂珠.

伊蒲饌 : *Prope morandi epulum*, est esuriale budhismi epulum. 史記 habet 以助伊蒲塞桑門之饌 : porro 桑門 est idem ac 沙門, et 伊蒲塞 seu 優婆塞 sinice significat 近住, quatenus per abstinentiam licebit cum bonziis morari.

青精飯 : *Viridis roboris esca*, est pulticula e subtilissimis foliis, senectuti a vultu averruncandæ par, cujus artem obtinuit Rationis flamen 鄧伯元; unde 杜詩 habet : 豈無青精飯使我顏色好.

香積厨 : *Fragrantiæ cumulatæ coquina*, dicitur esurialis bonziorum coquina : cum enim 維摩, immortalium alumnus, misisset in 衆香國 salutare Budham et quærere epuli reliquum, 香積如來 implevit oryza scutellam et dedit ei (維摩經).

玉麟脯 : *Gemmei unicornis perna*, est immortalium cibus : magus 王遠, nomine 方平, cum sorore 麻姑 eam comedisse dicuntur in 蔡經 familia, aureis patinis inter gemmeos scyphos (神仙傳).

履葦渡江 : *Calceata phragmiti trajiciens amnem*, 達摩 Budhæ mystes, tempore quo 梁 dynastiæ 武 imperator regnabat.

咒蓮生鉢 : *Evocatam nymphæam producens scutellâ*, 佛圖澄 e 天竺 oriundus, alter Budhæ mystes, qui quarto 永嘉 anno, venit in Lo yang, et impleta aquæ scutella, adusto thure, recitatisque formulis, illico cæruleam nymphæam florenti colore conspicuam exhibuit (晉書).

噀酒滅火 : *Proflans vinum extinxit ignem*, posterioris Han 欒巴, immortalium alumnus, qui vino apud imperatorem donatus non bibit, sed ore per fenestram explosit : mirantibus administris, se incendium extinxisse dixit, et revera postmodum advenit nuncius ipso mane incendium exortum, et pluvia vini nidorem habente extinctum fuisse (神仙傳).

吐飯成蜂 : *Exspuens oryzam produxit apes*, 葛仙翁, alter immortalium alumnus, qui a conviva rogatus exhibere prodigium, statim oryzæ bucceam explosit, totaque aula apibus innocuis repleta est, donec aperto ore, omnes illud ingressæ rursus in oryzam conversæ fuerint (蜂賦).

吳猛揮扇 : *Ou mong demittens flabellum*, agitati amnis aquas aperuit in viam, et sic pertransiit, 豫章 repetiturus (千寶搜神記).

麻姑撒米 : *Ma kou spargens grana*, solum cinnabari, et juxta alios

Digitized by Google

gemmis, cooperuit, in 蔡經 domo, cujus fratria recens partum ediderat (神仙傳).

導引，胎息 : *Regendo excitare, visceribus respirare,* seu regere spiritus vitales, excitare sanguinis motum, et externam respirationem reprimere, sunt Rationis cultorum sese conservandi artes (華佗傳 et 抱朴子).

飛錫，坐禪 : *Volans virga, sedens meditatio,* innuunt viantem vel subsistentem bonzium : si enim viat, stanneus baculus veluti per spatia discurrit, et si stat, ille suspenditur 掛錫, vel ipse sedet ad contemplandum (高僧傳).

和南，稽首 : *Jungere manus, demittere caput,* significat illud bonzii, istud flaminis salutationem : nam (翻譯名義) conjuctis palmis facere reverentiam dicitur 和南.

圓寂，荼毗 : *Plene liber, igne cinefactus,* dicitur mortuus bonzius, bonzius combustus : nam (翻譯名義) mortuo in Indiis nono patriarcha, cum odoris oleis combustum fuit venerabile corpus 屠維眞體; illud 屠維 idest 荼毗, significat 燒化.

仙遊，尸解 : *Immortalis spatians, cadavere solutus,* dicitur mortuus Rationis flamen (集仙錄) : dicitur etiam 羽化; ut enim in 蘇文 habetur, 羽化而登仙.

巫覡，僧尼 : *Maga et magus, bonzius et bonzia.* In 周禮 magus dicitur simul 巫 : in 大藏一覽 bonzius dicitur etiam 優婆塞, bonzia dicitur etiam 優婆夷.

羽客，黃冠 : *Pennatus hospes, flavo petaso,* æque dicitur Rationis flamen : nam 山海經 loquitur de immortalium pennatorum regno 羽人之國 : sub 隋 autem 李播, abdicato magistratu factus flamen, appellabatur 黃冠子.

上人，比邱 : *Superior vir, rogans homo,* dicitur æque budhismi sectator : quia (圓覺要覽) virtute et sapientia supereminet alios, et (釋氏要覽) a Budha rogat spiritus pabulum, a patronis vero corporis alimentum; 比邱 enim valet 乞士.

檀越，檀那 : *Beneficio transferentes, benefici patroni,* æque dicuntur a bonziis qui eleemosynis illos sustentant. Nam budhistico sermone 檀波羅蜜 significat 布施; largitionibus autem fit ad Budham ascensus (楞嚴經注) : item 陀那鉢底 significat 施主; sub T'ang vero ex errore mutatum 陀 in 檀 (善覺要覽).

燒丹，煉汞 : *Comburere cinnabarim, purgare hydrargyrum,*

Digitized by Google

sunt magicæ flaminum artes ad immortalitatem comparandam : cinnabaris enim diuturno igne in hydrargyrum convertitur, et hoc rursus in cinnabarim, sicque alterna vice communicare immortalitatem dicitur (抱朴子).

空桑子 : *Vacuæ mori filium*, se ex modestia dicit bonzius, alludens ad fabulam, quæ 伊尹 ex moro natum comminiscitur, innuensque se patre et matre carere.

步虛聲 : *Insistentes vacuo voces*, imitantur flamines cum recitant preces : dum enim 曹植 monte spatiaretur, improviso audivit per spatia recitantium preces immortalium voces (異苑).

菩薩，龍象 : *Late auxilians, draco elephas*, dicitur Budha, quia omnibus beneficus, et viribus cœlo terraque præstans (釋典).

赤髭，碧眼 : *Rubro mystace, cæruleo oculo*, dicuntur duo budhismi patriarchæ; ille 佛陀耶 (舊注), iste 達摩 (高僧傳).

曰世，曰劫，曰塵 : *Sæculum, ævum, pulvis*, dicitur a Litteratis, a Budhistis, a Toistis, quodlibet mundi studium (廣異記).

致一，三昧，眞一 : *Summe unum, tres abyssi, vere unum*, dicitur a Litteratis (易繫辭), a Budhistis (金剛經), a Toistis (抱朴子), summa meta.

隻履西歸 : *Uno calceo occidentem petens*, apparuit tertio post mortem anno, vigesimus octavus budhismi patriarcha 達摩, ad Sinas anno 526 appulsus : tunc 宋雲, re visa, monuit imperatorem, qui aperto sepulchro, nonnisi unum calceum invenit (傳燈錄).

雙鳧下降 : *Binis anatibus infra descendens*, 王喬, districtus 葉 gubernator, ineunte et media luna, Han 明 imperatorem invisebat; factum is miratus clam misit, qui rem inspiceret; et ecce tibi duæ anates ex austro advolantes, quæ reti captæ bina esse sandalia inventæ sunt.

凝神辟穀 : *Concreto spiritu abstinere frugibus*, seu spiritu non distracto corpus haud cibis gravare, ut 史記 dicit 張良 fecisse, est immortalium alumni qua utuntur, vitalitatem regendi (服氣) corpusque purificandi (鍊形) ars.

不生不滅 : *Nec vivere nec mori*, ut 維摩經 ait, est bonziorum ab omni vinculo cor liberandi studium.

巖石點頭，天花飛墜 : *Montium lapides annuere capite, cœli flores avolantes cadere*, est miræ doctrinæ effectus. Cum enim Leang dynastiæ bonzius 竺道生, 虎丘 habitans, a nemine agnosceretur, lapides congregavit ad audiendam doctrinam, lapidesque visi sunt annuere capite (廣輿記) : itemque alias dum concionaretur, flores e cœlo de-

Digitized by Google

fluxerunt (高僧傳); quod et sub 梁武 imperatore evenit, adeoque 雨花臺 inditum nomen.

龍虎降伏，雞犬上昇 : *Dracones tigresque submitti subjicique, gallinas canesque sursum ascendere*, est miri pharmaci effectus. Cum enim 張虛靜 cinnabaris fusionem confecisset, dracones submitti tigresque subjici visi sunt (列仙傳) : sub Han vero 淮南 rex, congregatis undique magis, habuit mirum pharmacum, cujus reliquias gallinæ canesque lamberunt, et cum rege simul supernas ascenderunt regiones.

藏世界於一粟 : *Recondere mundi ambitum in uno grano*, ut 偈 ait, ostendit magnas budhismi vires.

貯乾坤於一壺 : *Continere cœlum terramque in uno vinario*, ostendit magicas senis artes. Dum enim 費長房 e 汝南 civis, foro præesset, vidit e contignatione pharmacopolam senem, qui distractis mercibus in appensum urceolum nemine vidente ingrediebatur; miratus adivit, bis adoravit, cum sene, 壺公 ideo appellato, urceolum ingressus, audivit cœlum terramque ibi contineri, vidit gemmeam aulam omnigenis escis instructam, beneque epotus exivit (列仙傳).

32. SPIRITUS

無鬼論 : *Negans Spiritus dissertatio*, ortum habuit a Tsin dynastiæ 阮瞻 nomine 千里; unde quondam habuit hospitem, qui ejus temeritatem increpavit, addensque se esse Spiritum, confestim in horrendam figuram conversus evanuit (晉書).

搜神記 : *Scrutans Spiritus memoria*, viginti constans voluminibus, composita fuit a Tsin dynastiæ 干寶 nomine 令升 (晉書).

地下修文 : *In inferis concinnantes scripturas*, 顏淵 et 子夏; sic fratrem monuit 蘇韶, cum a morte revocatus fuerit (晉書).

閻浮王者 : *Inferorum reges*, 閻羅王 etiam dicti, scilicet 韓擒虎 nomine 子通, et 寇萊公 agnomine 準, regii ministri (1) : illum adhuc viventem ignotus quidam proclamavit (隋史); hunc jam mortuum bonzius quidam vidisse dicitur (翰苑名談).

---

(1) Gentiles plures habent hujusmodi, quos reverentur, semideos : eorum calendarium paucis excipe.

1ae *Lunæ*, die 1° familiæ adorant cœlum, terram, numenque divitiarum : — die 5° vespere 接財神 recipitur numen divitiarum, eique sacrificatur : — die 9° 玉皇誕 nativitas numinis Toistarum : — die 15° 燈節 festum laterna-

Digitized by Google

路鬼揶揄: *Viæ dæmon manus fricans* irrisit 羅友 nomine 宅仁, quod aliis magistratum obtinentibus, ipse pauper nil obtineret: rem is narravit 桓温 domino, qui licet fictam rem irrideret, nonnihil tamen timens, donavit illum 襄陽 præfectura (世說).

---

rum in honorem rerum principii 太乙, ab Han 武 imperatore invectum: — die 23° 接灶 excipitur numen foci.

2de *Lunæ*, die 2° 土地 localium penatum nativitas: — die 3° 文昌 nativitas numinis litteratorum: — die 15° 老君 Lao tse nativitas: — die 19° 觀音 nativitas Deæ matronarum.

3de *Lunæ*, pridie sudæ claritatis 清明, est 寒食節 seu 禁烟節, cum dapes pridie coctæ comeduntur: — die ipso 清明, fit 出會 qua 城隍 civitatis numen, ad commune cœmeterium lustrandum defertur, ubi oryza cocta mortuis jam oblivioni traditis offertur.

4de *Lunæ*, die 1° 蕭公 nativitas numinis navigantium: — die 8° 佛 Budhæ nativitas: — die 14° 呂純陽 nativitas numinis medicorum, sexti ex octo geniis, quorum en nomina: 1. 鍾離權, 2. 張果老, 3. 韓湘子, 4. 李鐵拐, 5. 曹國舅, 6. 呂洞賓, 7. 藍采和, 8. 何仙姑.

5de *Lunæ*, die 5° cymba in draconis formam comparata, flumen lustratur ad acciendum spiritum præfecti 屈原, qui ea die se in flumen 汨羅 projecit: — die 18° 張天師 nativitas regis Toistarum.

6de *Lunæ*, die 23° 關帝 nativitas numinis belli: — die 24° 雷祖 nativitas numinis tonitrui.

7de *Lunæ*, die 30° 地藏王 nativitas numinis infernalis, cui ea die familiæ humi thymiata adolent 點地香.

8de *Lunæ*, die 3° 灶君 focarii laris nativitas: — die 15° comburuntur in cœli honorem odoramenta, idque vocatur 點天香.

9de *Lunæ*, die 9° 登高節 ascensus in altum ad effugiendas, ut olim 桓景, impendentes domui calamitates.

10de *Lunæ*, die 1°, qui etiam 十月朝 dicitur, ciborum ad sepulchra majorum oblatio, angoris indicium ob pruinam, quæ tumulum jam invadit.

11de *Lunæ*, die 4° 孔子 Confucii nativitas: — die 17° 阿彌陀佛 viventis Budhæ nativitas.

12de *Lunæ*, die 20° 魯班 nativitas patroni fabrorum: — die 24° 灶君上天 foci numinis ascensio; vespere 送灶 deducitur numen, ejus imagines comburendo. — Ultimo die anni 諸神下降 omnium numinum descensus, quibus a tota familia fit sacrificium, deprecatio et gratiarum actio.

Digitized by Google

吉神呵護 : *Fausti Spiritus afflantes protegunt* hominem corde purum (韓愈序).

青女 : *Pruinæ spiritus* (淮南子), significat cærulorum puellam, et præest pruinæ et nivi.

望舒 : *Lunæ auriga* (淮南子), qui dicitur etiam 纖阿. Unde 離騷 ait : 前望舒使先驅兮.

律令 : *Tonitrûs sequax* (資暇錄), velox prope tonitrum dæmon, illum cursu exæquans; unde dicitur 急急如律令.

阿香 : *Tonitrûs vectrix* (搜神記); sub Tsin quidam cognomine 居, sub vesperum invitatus domum dicitur a sedecenni puella ad pernoctandum; et ecce nocte puella sub 阿香 nomine appellata fuit ad impellendum tonitrûs cisium. Revera pluit et tonuit, et mane casæ loco novus tumulus apparuit.

屏翳 : *Ventorum magister* (洛神賦); dicit enim 屏翳收風.

滕六 : *Nivis spiritus* (幽怪錄) : cum enim sub T'ang 蕭志忠, qui erat 晉州 præfectus, vellet exire venatum, et senior cervus id timeret, rogati sunt 滕六 demittere nivem, et 巽二 solvere ventos, ad venationem impediendam.

豐隆, 謝仙 : *Fulguris spiritus*. De illo, qui 靈霆 etiam scribitur, sic 離騷 habet : 吾令豐隆乘雲兮. De altero narrat 國史, olim 玉仙 fanum in 岳州 fuisse cælesti igne combustum, una relicta columna tribus inscripta litteris 謝仙火.

飛廉, 少女 : *Ventorum spiritus* : unde 離騷 ait : 後飛廉使奔屬. Et 管公明 loquitur de 少女, et 後漢書 de 箕伯.

馮夷, 陽侯 : *Fluviorum spiritus, fluctuum spiritus*, ambo fluctibus olim enecti homines : ille etiam 冰夷 dictus habetur in 後漢書; hic in 戰國策 memoratur, 輕陽侯之波. Item 左傳 de 元冥 loquitur.

祝融, 回祿 : *Ignis spiritus*, ut ait 左傳 : ille, jam 顓頊 nepos, erat sub 高辛 ignis præfectus.

海若, 尾閭 : *Maris spiritus, rami spiritus*. De illo sic 楚辭 habet : 令海若舞馮夷. De hoc e mari exeunte fluvio, dicto etiam 歸墟, sic 莊子 ait : 海若曰, 天下之水莫大於海, 萬川歸之而不盈, 尾閭洩之而不虛.

天吳, 旱魃 : *Inundationis genius, siccitatis spiritus* : ille tigrino corpore, humana facie, octo manibus et pedibus et caudis instructus (山海經); is nanus, crasso corpore, oculis in sincipite positis, celer tanquam ventus (神異經).

Digitized by Google

魍魎, 魍魎 : *Montani satyri, fluviales najades,* infesti dæmones : 左傳 habet 螭魅罔兩.

神荼, 鬱壘 : *Bonus custos, bonus tutor,* ambo innumeris dæmonibus per 度朔 montem vagantibus præpositi, illosque a malo coercentes : unde domuum custodiæ præficiuntur (東京賦).

爆竹 : *Explodens bambusa* in fugam vertit infestum dæmonem : in occidentali monte est dæmon decem plus pedes altus, dictus 山魈, ad cujus aspectum homines statim infirmantur, sed qui ad pyroclausti explosionem aufugit territus (神異經).

桃符 : *Persici tessera* protegit familias; est enim e persico tabella, qua bini custodes pinguntur, et ad januas suspenditur : fit e persico, quia illi sub persico immani prostare finguntur (風俗通).

夏郊有神 : *Hia sacrificio adjunctus spiritus,* ostendit debitum cultum vertere adversa in prospera. Cum enim Tsin regulus infirmus somniasset flavam testudinem in cubiculum intrasse, remque 子產 interrogatus fuisset, is respondit imperatoris Yu patrem, Koen, in eam testudinem conversum fuisse, eique tres dynastias solitas fuisse sacrificare, adeoque rem nunc ab archonte esse renovandam. Regulus fecit sacrificium, et statim convaluit (左傳).

黎邱奇鬼 : *Li colliculi mirus dæmon,* ostendit inter turbationem facile suscipi hallucinationis damna. Olim enim virum e foro ebrium revertentem, sub ejus filii specie excepit in via demunculus, atque vacillantem sustinens præpropero gradu mirum defatigavit in modum : crapula exhalata, filium vir objurgavit, eoque rem pernegante, gladio præcinctus forum repetivit, demunculum si occurreret occisurus; cum ecce revertenti, verus filius patri timens, occurrit, et ab eo transfossus fuit (呂氏春秋).

青帝, 句芒 : *Viridis dominator et veris spiritus* præsunt veri : ille est 大皞, seu Fou hi, ad cujus numen spectat regio orientalis, dies 甲乙, elementum 木, color 青 (月令).

赤帝, 祝融 : *Rubicundus dominator et ignis spiritus* præsunt æstati : ille est 炎帝, seu Chen nong, ad cujus numen spectat regio australis, dies 丙丁, elementum 火, color 赤 (月令).

白帝, 蓐收 : *Albus dominator et autumni spiritus* præsunt autumno : ille est 少皞, ad cujus numen refertur regio occidentalis, dies 庚辛, elementum 金, color 白 (月令).

黑帝, 玄冥 : *Niger dominator et hiemis spiritus* præsunt hiemi : ille est 顓頊, ad cujus numen refertur regio borealis, dies 壬癸,

Digitized by Google

elementum 水, color 黑 (月令).

黃帝, 后土 : *Flavus dominator et terræ spiritus* præsunt quatuor temporibus : ille est 黃帝, ad cujus numen refertur regio centralis, dies 戊巳, elementum 土, color 黃 (月令).

33. CORPUS

眉分八采 : *Supercilium distinctum octo coloribus*, dicitur habuisse Yao (淮南子).

目有重瞳 : *Oculos cum duplici pupilla*, dicitur habuisse Choen (淮南子), et etiam 項羽 (項羽紀).

耳三漏 : *Auris triplici foramine*, attribuitur Hia dynastiæ regi Yu (淮南子).

臂四肘 : *Brachium quatuor cubitorum*, attribuitur imperatori T'cheng t'ang (宋書).

龍顏虎眉 : *Draconis oculo tigridis supercilio*, dicitur fuisse Wen rex (史記); at 宋書 habet 虎肩, tigridis humero.

斗胸隆準 : *Prominente pectore aquilino naso*, erat Han dynastiæ Kao tsou (史記).

胸四乳 : *Pectus quatuor mammis*, attribuitur Wen regi (淮南子).

頂若圩 : *Sinciput veluti concavum*, habebat Confucius (史記).

反握 : *Inversa capiebat* manu Tcheou Dux, qui manus habuisse dicitur admodum flexibiles 兩手如綿 (舊注).

駢脅 : *Unitis costis*, erat Tsin 文 regulus (左傳).

守身爲大 : *Conservare corpus erat potissimum* pio Tseng tse, qui parentum beneficium nihilo lædere audebat (論語).

唾面自乾 : *Consputa facies a se exsiccetur*, dixit 婁師德, nomine 宗仁, suum fraterculum patientiam docens : cum enim is petierit an abstergere præstaret, id, respondit ille, alterius iram magis accendet (唐史).

金可鑠, 骨可銷 : *Metallo par liquando ossibusque par solvendis*, est calumnia et obtrectatio (西漢文).

敲其膚, 吸其髓 : *Percutiens ipsam pellem sugensque ipsam medullam*, est tyrannicum regimen vexansque exactio. 後漢書 dicit 斲髓, et 韓愈 habet 剝膚椎髓.

掣肘 : *Continere cubitum*, est moleste actionem impedire : in 家語, volens Lou regulum belle admonere, 宓子賤 præfectum agens,

Digitized by Google

petiit duos reguli scribas, quos scribentes cubito urgebat, cumque scriptura recta non esset, reprehendebat; quod illi regulum monuerunt.

厚顏 : *Durum os,* significat ruboris expertem (書經).

談心，鼓舌 : *Aperire cor, agitare linguam,* est loqui intima et agere susurronem; 莊子 ait : 搖脣鼓舌，擅生是非.

息肩，强項 : *Levare humeros, arrigere cervicem,* est deponere onus (左傳), et nolle submitti (漢史).

怒髮冲冠 : *Irato capillus impetiit pileum,* cum 藺相如 animadvertit T'sin regem non habere voluntatem reddendi quindecim urbes, quas pro peregrina gemma Tchao regi promiserat. Et in 戰國策 legitur : 士皆瞋目，髮盡上衝冠.

炙手可熱 : *Admota manus poterit calere,* aiebat vulgus, dum sub T'ang dynastia aliqui cum ministro 催鉉 nomine 台碩, de regimine deliberarent; sic innuens ministri auctoritatem magno ardere æstu (唐書).

民肥君瘦 : *Populus pinguis princeps gracilis,* ostendit T'ang 元宗 imperatoris virtutem; cum enim is speculum consulens ægre suam gracilitatem ferret, indeque administri eum ad ministrum 韓休 abrogandum incitarent, at si ego gracilis, respondit rex, populus pinguescit (朱子綱目).

口蜜腹刀 : *Ore mel ventre gladius,* minister 李林甫, qui principis gratia fretus, mellitis verbis alliciebat, clam vero in foveam inducebat (朱子綱目).

一身是膽 : *Toto corpore ex felle,* seu totus quantus audacia erat 趙雲, nomine 子龍, qui paucis cum equitibus, myriades hostium propulit (三國志).

生而有髭 : *Nascens jam habebat mystacem,* adeoque 髭王 appellatus, Tcheou 靈 rex (皇覽).

注醯囚鼻 : *Infundebat acetum reorum naribus,* ad inhumanitatem explendam, judex 來俊臣 (唐史).

加足帝腹 : *Intulit pedem imperatoris ventri,* cum ipso dum dormiret, intimus Han 光武 imperatoris amicus 嚴子陵; maneque facto, astronomus monuit peregrinam stellam imperatoris sidus oppressisse (通鑑).

久不屈茲膝 : *Jamdiu non flexi istud genu,* et ecce nunc pro tuo domino flecto, dixit ad famosi sub T'ang ducis 郭子儀 missum, superbus et pervicax 田承嗣, quanti illum faceret sic ostendens (唐書).

Digitized by Google

不爲米折腰 : *Haud pro frugibus inflectam latera*, dixit 陶淵明, cum 彭澤 gubernatorem agens, vidit omnes administros reverenter invisere advenientem præfecti legatum, statimque munere desistens domum petivit (宋書).

指如春筍 : *Digiti similes vernis turionibus*, scilicet exiles et oblongi; 蘇軾 ait : 春笋纖長.

眼似秋波 : *Oculi similes autumnalibus undis*, scilicet limpidi et cæsii; 蘇軾 ait : 肯回秋波.

肩聳玉樓 : *Humeri prominentis gemmea contignatio* (道經) : unde 蘇軾 in *nivis* oda, 凍合玉樓.

目澄銀海 : *Oculi limpidi argenteum mare* (道經) : unde 蘇軾 in *nivis* oda, 光搖銀海.

淚垂玉筯 : *Lacryma demittit gemmeas virgulas* (白居易) 白淚雙垂如筯.

額表珠庭 : *Vertex exhibet gemmeum culmen* (唐書).

爲人拂鬚 : *Pro alio extergere barbam*, molliorem indicat assentationem : id in 丁謂 summo jam magistratu reprehendit 寇準 Song dynastiæ minister, cujus ille cliens barbam jusculo infectam diligenter abstergebat (宋史).

截腸決戰 : *Præcisis intestinis definire certamen*, fortis 彭樂 ostendit animum : is cum 周文 imperatore certans, confossus effusisque intestinis, ea inducere conatus est; remque absolvere non valens, ea præcidit, certamenque renovavit (北史).

剜肉醫瘡 : *Eruto frustulo medicari vulnus*, seu avellere hinc carnis frustulum ad supplendum illic defectum, est præsenti tantum succurrere malo (憫農詩).

傷胸捫足 : *Vulneratus pectore palpavit pedem*, Han fundator a 項羽 sagitta impetitus, ut ne timorem suis injiceret (漢史).

躡足附耳 : *Terens pedem proximansque auri*, minister 張良 suasit Han imperatori acquiescere 韓信 ducis petitioni : is, sedato T'si, miserat qui peteret regis titulum; imperator irâ exarserat; minister timebat ducis potentiam (史記).

洗髓伐毛 : *Abluere medullam et excidere pilos* ad quosvis ter mille annos se solere, jamque ter id peregisse, dixit ad 東方朔 occurrens quidam flavo supercilio senex, abstinendi frugibus et externam respirationem reprimendi artibus intentus (太平廣記).

黑面大王 : *Nigra facie magnum regem* vitare oportet, sese

Digitized by Google

hortabantur tartari 契丹, postquam insignem cladem, amisso etiam summo duce et ministro 皮室, a 沈繼倫 retulerint : is nigra erat facie (宋史).

鐵肝御史 : *Ferreo felle regium censorem* laudat Sou tong p'ouo, 烏府先生鐵作肝.

土木形骸 : *Cœnum habebat corpus*, octo fere pedibus altum præstantique habitu, ita ut nullo exornaret cultu, 嵇康 nomine 叔夜 e dynastia Tsin (韻府).

心腸鐵石 : *Visceribus ferreis lapideisque* ministrum laudabam 宋璟 agnomine 廣平, ait sub T'ang 皮日休, nullusque cogitassem tam delicatis sensibus parem, quales in 梅花賦 ipsemet exhibere deprehenditur (桃花賦序).

得挹芝眉 : *Posse percipere Tche supercilia*, significat obtinere congressum. Sub T'ang enim 元德秀 nomine 紫芝, tam eleganti, nullo licet cultu, erat specie, ut 房琯 diceret, ad illius aspectum omne famæ lucrique studium evanescere (唐書).

敢扳玉趾 : *Ausim attrahere gemmea vestigia*, dicitur ad invitandum, locutione deducta ex 左傳, cum 展喜 muneravit T'si Hiao reguli militem.

龍章鳳姿 : *Draconis ornatus phœnicisque elegantia*, dicitur de sapiente naturali splendore ornato, ut de 嵇康 dici solebat (晉書).

鑿頭鼠目 : *Hydropotis caput murisque oculus*, dicitur de rustico homine, ut 李揆 per contemptum dixit de 元載, cui 苗晉卿 sæpe suffragabatur (唐書).

畏首畏尾 : *Trepidare capite trepidare cauda*, significat nimis timere, cum præter caput et caudam vix supersit quod non trepidet (左傳).

刻骨銘心 : *Incidere ossibus insculpere corde*, significat indelebilem beneficii memoriam (李白).

侏儒 : *Statura pusillus* (左傳).

魁梧 : *Forma præstans* (史記). Antiqua commentaria dicunt 梧 valere 悟, præstantia *percellens*.

不颺 : *Non conspicuus*, significat forma turpem (左傳).

冠玉 : *Pilei gemma*, significat venustam speciem (史記), quæ tota externa est. Alii legunt 冠, *obtectus* gemmis.

重聽 : *Gravi auditu*, dicitur surdus (漢書).

蹣跚 : *Obliquo pede*, dicitur claudicans. 史記 habet 槃散 vel 槃跚 vel 槃跚, exhibetque claudicandi modum.

Digitized by Google

柳腰 : *Saligna latera*, significant subtilia latera (白居易).

雞肋 : *Gallinaceæ costæ*, significant parvum corpus (世說).

期期, 艾艾 : *Balbutiens, blæsus*, valet 口吃 vel 口訥. Sic (漢史) 周昌 recusavit edicere hæredis principis dejectionem, dicens : 臣期期不奉詔. Et (魏志) Tsin Wen rex irrisit 鄧艾 dicens: 卿云艾艾.

喋喋, 便便 : *Garrulus, verbosus*. Sic (漢書) 喋喋利口, et (論語) 便便言.

小心翼翼 : *Attento animo vigilare* (詩經).

讒口囂囂 : *Blateranti ore strepere* (詩經).

狗竇大開 : *Caninum foramen late patet*, dicitur ad irridendum edentulum (幼童傳).

首鼠僨事 : *Nutatio murina evertit negotia*, ancipitem significat animum, qui ut muris caput prorsum rursum reciprocat motus. Sic 田蚡 succensens Han ministro 韓安國, ait : 何爲首鼠兩端 (史記).

胸中冰炭 : *In pectore glacies et carbo*, significat hominis res perturbari. Adagium ait : 不作風波于世上, 自無冰炭到胸中.

皮裏陽秋 : *Sub cute Ver et Autumnus*, significat exterius nihil dicere, in corde vero egregie alios probare vel improbare; sic de 褚裒 nomine 季野 dixit 桓彝 : 季野有皮裏春秋. (晉書 ait 陽, quia 春 erat supprimendum).

唇亡齒寒 : *Labiis amissis dentes frigescunt*, significat intus forisque mutuo auxilio innitendum esse, ut 宮之奇 dixit 虞 regulo, cum Tsin regulus ab eo viam mutuari volebat ad impetendum regnum 虢 (左傳).

足上首下 : *Pedes supra caput infra*, significat ordinis perturbationem (漢書).

吐氣揚眉 : *Ducere spiritum et explicare supercilium*, significat compotem voti hominem, ut habet 李白 in epistola ad 韓荆州.

推心置腹 : *Trahere cor et collocare visceribus* alicujus, significat sincero animo cum eo tractare. Sic (後漢書) 蕭王推赤心置人腹中.

方寸已亂 : *Quadratus pollex jam turbatus*, animum indicat agitatum : 靈臺亂 idem significat, cum 靈臺 ex 莊子 æque cor significet. 徐庶, cum ejus mater a T'sao t'sao capta fuerit, reliquit Lieou pei dicens 方寸亂矣 (三國志).

Digitized by Google

玉山將頹 : *Gemmeus mons mox ruiturus*, dicitur præstans vir vino madidus : de 嵇康 id dixit insignis 山濤 (世說).

童蒙乳臭 : *Puer ignarus lac olens*, significat rerum inscium adolescentem. Cum 魏 rex ducem 柏直 opponeret duci 韓信, Han imperator exclamavit : 是口尙乳臭，不能當韓信 (史記).

折臂折肱 : *Fractus lacertus fractum brachium*, facit peritum medicum; ter fractum brachium, ait 左傳, novies fractus lacertus, ait 楚辭 : sic enim medicus, mutatis remediis, experientiam acquirit.

肉眼 : *Carneus oculus* non cognoscit sapientes : sic se excusavit quidam apud 鄭光業, quem in diversorio aquam sibi afferre et theam præparare jusserat, cum duos post dies illum academiæ principem vidit electum (摭言).

青睛 : *Cæsia pupilla*, perspicacis ingenii habetur indicium : sic de 徐陵 vulgus existimabat (南史).

黑甜，息偃 : *Tenebrarum dulcedo, quieti sterni*, significat illa somnum (東坡詩), hoc significat cubare (詩經).

脅肩，諂笑 : *Attollere scapulas, assentatorius risus* (孟子), servilem profert vultum habitumque 奴顏婢膝 (抱朴子).

義士丹心期於報國 : *Herois sincerus animus intendit in retribuendum regno.* Cor dicitur 丹府, spiritus dicitur 丹元.

婦人長舌實爲厲階 : *Mulierculæ longa lingua vere est malorum scala* (詩經).

如願，腆顏 : *Ad votum, pudendum os*, de re dicitur animo conformi (初學記), de re pudorem afferente (文選) : hoc dicitur etiam 汗顏 (韓愈).

饒舌，可口 *Garrula lingua, probabile ori*, de homine linguoso (傳燈錄), de re esculenta 可於口 (莊子).

澤及枯骨 : *Beneficium attingens arida ossa*, ut cum Wen rex ea sepelienda curavit, humanitatem cordis ostendit (通鑑).

包藏禍心 : *Sinu recondens noxium animum*, ab iniquo consilio deterretur in 左傳.

賢君剪鬚 : *Sapiens princeps præcidens barbam*, T'ang 太宗; ut ægroto benemerito ministro 李勣, barbæ cinerem ex medici præscripto compararet (唐書).

忠臣斷舌 : *Fideli subdito abscindens linguam*, 常山 præfecto 顏杲卿, rebellis 安祿山, quem ille maledictis ob fœdam in T'ang 玄宗 imperatorem proditionem onerabat (唐書).

Digitized by Google

置之度外 : *Ponere aliquem legem extra*, significat cum pervicacibus rem non habere : ita 光武 imperator ad duces dixit de competitoribus 隗囂 et 公孫述 (漢史).

已入掌中 : *Jam sunt in manu*, significat hostium conditionem probe sibi notam esse, ut dixit 劉裕 in oppugnanda australi 燕 (朱子綱目) : 已在目中, significat illam sibi bene repræsentari, ut dixit rex, quando 馬援 cum granis loca repræsentavit.

口有雌黃 : *Ore habet materiam flavam*, dicebat vulgus de 王衍 nomine 夷甫, qui peritus Hoang ti et Lao tse doctrinas explicandi, cum nonnihil in dicendo erraret, statim apposite reformabat : nam antiquitus flava papyro scribebatur, et menda, quæ forte irreperent, flava materia obducebantur (世說).

眼分青白 : *Oculum distinguebat cæsium albumve*, 阮籍 nomine 嗣宗 severæ gravitatis osor : is albo oculo excepit 嵇喜 ad complorandum venientem, et cæsio illius fratrem 康 cum vino et lyra accedentem (晉書).

擲果盈車 : *Projicere fructus pleno curru*, solebant viæ vetulæ, cum 潘岳 nomine 安仁, speciosissima forma curru per vias vehebatur (語林).

投石滿載 : *Impingere saxa plena sarcina*, solebant viæ pueri, cum 張載 nomine 孟揚, fœdissimo vultu curru per vias vehebatur (語林).

燃眉之急 : *Conflagrantis supercilii discrimen*, seu summe proximum periculum, præsens implorat auxilium (舊注三國志).

噬臍何及 : *Mordere umbilicum an possibile*, significat pœnitendi nullum remedium (左傳).

肥瘠漠不相關 : *Pinguis gracilisve frigide non me tangit*, significat de altero non curare, ut 秦 homines non tangebantur de 越 hominum factis (韓文).

頭皮這回斷送 : *Capitis cervicem hac vice præcidendam offers*, dixit abeunti 楊璞 e Song dynastia, ejus uxor, cum ille ab imperatore advocatus regiam petiit, belle maritum ad sobrietatem et prudentiam exhortata.

尸位, 素餐 : *Simulacrum magistratus, gratis comedens*, æque, juxta 書經 et 詩經, significant munere suo non fungentem.

行屍, 走肉 : *Ambulans cadaver, incedens caro*, æque, juxta 拾遺記, significant hominem summe debilem.

Digitized by Google

34. DOMUS

竹苞松茂 : *Bambusa conferta pinoque florente*, significat apte fabricatam domum (詩經).

鳥革翬飛 : *Volucri penna phasianeoque volatu*, significat pulchre fabricatam domum (詩經).

紫宸 : *Purpurea diæta*, est primaria regis diæta, sub Tcheou 路寢, sub Han 前殿 appellata (職官分紀).

青瑣 : *Cærulea clausura*, est interdicta porta, cærulo notata (漢制).

黃閣 : *Croceum conclave*, est regiorum ministrorum auditorium (宋書).

丹墀 : *Rubrum stratum*, super scalas, ante aulam, rubro pavimento, quo magistratus libellos imperatori offerunt, dictum item 赤墀 (漢典職).

木天署 : *Ligneo fornice prætorium*, academicorum prætorium (六典).

紫薇閣 : *Lagerstræmiæ conclave*, diplomatum curia (宋史).

柏臺, 烏府 : *Cupressus sedes, corvi septum*, regii censoris tribunal (漢書).

花縣, 琴堂 : *Floridus districtus, lyræ prætorium*, 潘岳 districtus, qui persicis illum insevit, et 宓子賤 prætorium, qui 單父 gubernator, lyræ concentu districtum composuit (呂氏春秋).

朱門, 潭府 : *Miniata porta, penitæ ædes*, dicuntur nobilium domus, quod minio ornentur (漢書) et profundæ ut lacunæ sint (韓愈).

白屋, 衡門 : *Stramineum tectum, transversa porta*, innuunt delitescentium habitationem, quæ imperata arundinacea 白茅 tegitur (樂府), et transversum lignum pro porta habet (詩經).

門闌藹瑞 : *Portæ et cancellis affluunt auguria*, significat fortunatam visitationem (後漢書).

蓬蓽生輝 : *Conyzæ et stramini exoritur splendor*, seu e conyza foribus et e stramine portæ 蓽門蓬戶, ut habet 禮記, significat nobilem visitationem.

可以摘星 : *Par ad tangendas stellas*, dicitur hyperbolice excelsa contignatio (宋楊大年詩).

僅堪容膝 : *Vix par continendis genibus*, dicitur angusta domuncula (陶詞).

庭外只可栽花 : *Œci atrium tantum par plantandis floribus*, innuit humile ministri 寇萊公 agnomine 準, nomine 平仲,

Digitized by Google

palatium, contignationibus turribusque expers (名臣言行錄).

廳前僅容旋馬 : *Aulæ atrium vix capax vertendi equum,* innuit angustum ministri 李沆, posthumo nomine 文靖, palatium (宋史).

經始，落成 : *Delineari incepta, sacrificio perfecta,* dicitur inchoata (詩經), absoluta domus (左傳) : sacrificium tunc fieri solitum dicitur 落.

燕賀，蝸居 : *Hirundinis gratulatio, cochleæ habitatio,* dicitur hinc ad gratulandum alteri de confecta domo 大厦成而燕雀相賀(淮南子), inde ad significandam suam propriam domum (魏志).

閭閻，閥閱 : *Pagi portæ, nobilium portæ,* significant populares casas (後漢書), nobiles domus (史記).

魏闕，芸牖 : *Excelsæ portæ, rutatæ fenestræ,* significant aulam regiam (莊子), et bibliothecam, qua ruta contra teredinem adhibetur; unde usurpatæ passim 芸臺 et 芸閣 dictiones (典略).

郵亭，逆旅 : *Veredariorum statio, advenarum diversorium,* tabellarios moratur (漢書), occurrit peregrinis (左傳).

成均，辟雍 : *Gymnasium, palestra,* sunt regiæ scholæ nomina : illud (欒城制) erat quinque imperatorum schola, hæc (詩經) scribitur etiam 辟雝.

黌宮，庠序 : *Schola, ludus,* sunt ruralis scholæ nomina : de hoc loquitur 禮記, illa scribitur etiam 橫舍 (漢鮑德傳).

何樓，龍斷 : *Ho contignatio, fori suggestus,* innuunt falsas merces, et lucri usurpatorem. Nam Song dynastiæ initio, in metropoli erat cujusdam Ho familiæ contignatio, sub qua falsæ merces vendebantur. De suggestu Mentsius.

四香閣 : *Quatuor odoramentorum contignatio,* a regiæ subnubæ fratre 楊國忠 ædificata fuit, duobus odoris lignis pro materie adhibitis, et moscho atque thure in arenario commixtis (天寶遺事).

五鳳樓 : *Quinque phœnicum contabulatio,* cui ædificandæ 韓洎 parem suum penicillum jactabat (談苑), valde elegantem significat.

徙宅忘妻 : *Transferendo habitationem oblivisci uxoris,* summe obliviosum denotat, remque quam quæ maxime mirabatur Ngai regulus apud Confucium; cui is, est majus, inquit, Kié et Tcheou oblitos fuisse suipsius (家語).

開門揖盜 : *Aperta janua salutare furem,* est sibi non cavere: his verbis, 孫權 sui fratris 策 mortem præter modum complorantem,

Digitized by Google

六君子 : *Senipes sapiens*, dicitur bambusa juxta Carminum odam 洪奧; unde 東坡 carmen ait : 惟有長身六君子.

五大夫 : *Quinarius toparcha*, dicitur pinus, eo quod T'sin 始 imperator super T'ai monte a furente imbre perculsus sub pinum confugerit, indeque illam eo titulo insigniverit (史記).

萱草忘憂 : *Hemerocallis fulva obliterans angores*, dicitur 忘憂草; dicitur etiam 宜男花 (博物志).

屈軼指佞 : Opprimens excedentes *indicabat adulatores*, sub Hoang ti tempore, cujus atrio hæc mira herba 屈軼 exorta fingitur, dicta etiam 指佞草 (博物志).

篔簹 : *Ingens bambusa*, sesquipedali circumductione, aliquot decempedas alta, prope aquas nascens (異物志).

木犀 : *Olea fragrans*, sic dicta quod rhinocerotis imitetur lineas, scribitur etiam 木樨 (白居易).

玉版 : *Gemmea lamella*, dicitur bambusæ turio (東坡).

蹲鴟 : *Subsidens noctua*, dicitur colocasia esculenta 芋 (食貨志).

明日黃花 : *Posteræ diei chrysanthemum* dicitur, quia tardius floret (東坡詞).

歲寒松柏 : *Brumalis pinus cupressusque* dicitur, quia hiemi resistit (論語).

樗櫟無用 : *Ailanthus et quercus nihil valent* (莊子), inutile sunt lignum.

梗楠勝任 : *Erythrina et rhododendron supportant onus*, (淮南子), egregium sunt lignum.

瓜田李下 : *Cucumerum agro prunoque subter*, evitanda suspicio, adeoque calceus non inducendus, pileus non componendus, ne suffurandi in suspicionem venias (文選).

秋菊春桃 : *Autumni pyrethrum verisque persicus*, tardius et præcox tempus habent (古詩).

南先北後庾嶺梅舒 : *Ad austrum præcox ad boream tar-*

Digitized by Google

dior, Yu jugis prunus evolvitur, ita ut ob temperaturæ diversitatem australium ramorum decidentibus floribus, in borealibus ramis flores aperiantur (詩註).

朔生望落堯階蓂莢: *Novilunio generans plenilunio cadiva, Yao scalis herba alescebat :* scilicet ad Yao scalas herba prodiisse fingitur, 蓂莢 vel 歷莢 appellata, quæ a novilunio ad plenilunium quotidie unum folium gignebat, a plenilunio vero ad novilunium quotidie unum amittebat; et si luna minor esset, tunc folium passum adhærebat quin caderet : ex quo Yao lunas supputasse dicitur (宋書).

蕙芻背陰向陽 : Odorum gramen *aversum boreæ obversum austro,* designat bonzium; quia occidentalis hæc herba non avertitur a sole, est semper virens, est mollis, est odora, est diffusilis, illiusque virtutes sic repræsentat (翻譯名義).

木槿朝開暮落 : *Hibisci flos mane hians vespere decidens,* designat fluxam rerum venustatem (說文).

芒刺在背 : *Aristæ aculeus in dorso,* exprimit inquietam trepidationem; hanc sensit Han 宣 imperator recens evectus, prope magnum ducem 霍光 (漢書).

薰蕕異器 : *Odorum fœtidumque discrepant vase,* ut sapiens ab insipiente necessario differt, Yao a Kié, dicebat 顏回 (家語).

桃李下自成蹊 : *Persicis prunisque subter ultro fit semita,* licet nequeant loqui, ait proverbium : quia ultro homines ad se alliciunt (李廣傳).

苦李爲人所棄 : *Misera prunus est homines quam abjiciunt,* adeoque septennis 王戎 cum aliis pueris prodeambulans, non mirabatur quod prunus secus viam stans a ceteris pueris discerperetur (世說).

枯楊生稊 : *Aridam populum producere surculum,* significat senem connubio ducere juniorem puellam (易經).

拔茅連茹 : *Extrahere gramen conjunctum radici,* significat gubernium attrahere sibi sapientes continenter multos (易經).

蒲柳未秋先槁 : *Typha et salix præ autumno ante arescunt,* dixit 顧悅之, qui licet 簡文 imperatori ætate suppar, jam canuerat, dum pini cupressique materia passa pruinam adhuc floret (世說).

薑桂愈老益辛 : *Gingiber cinnamomumque quo vetustiora eo mordaciora,* dixit 晏敦復 ad 秦檜 missum, significans se non cessurum : 秦檜 fuit Song Kao tsong minister (宋史).

勢如竹破 : *Conditio similis bambusæ fissioni,* significat rem

Digitized by Google

facile peragi, ut facile finditur bambusa (晉書).

地若瓜分 : *Terras instar cucumeris partiri*, significat imperium inter regulos distrahere (戰國策).

苻堅疑草木 : *Fou kien pavescit plantas arboresque* : cum enim T'sin militem ad impugnandum Tsin anno 383 eduxisset, et a 謝玄 debellatus fuisset, dein ad arborum vento agitatarum sonitum, hostes imminere timebat (晉書).

索靖歎銅駝 : *Souo tsing dolet æneum camelum*, Lo yang palatii januæ prostantem, inter cæspites mox provolutum iri, sciens Tsin regnum brevi periturum (晉書).

王家三槐 : *Wang domus tres sophoræ*, quas scilicet 王祐 suis manibus in cavædio plantavit, in certum signum fore e suis posteris Summatem proditurum (宋史).

竇氏五桂 : *Teou familiæ quinque osmanthos*, seu quinque odoros ramos, 馮道 celebravit eruditi 竇禹鈞 quinque filios, 儀 et 儼 et 侃 et 偁 et 僖, qui lauream continenter obtinuerunt (宋史).

鉏麑觸槐 : *T'chou ni impingens sophoram*, cerebrum sibi fregit : is a Tsin 靈 regulo missus fuerat ut transfoderet 趙宣子, qui improbum regulum jugiter commonebat, cum illum vidit summo mane jam paratum ad aulam petendam, et in sella dormitantem : tunc fidelem ministrum occidere non ausus, nec reguli mandatum violare volens, ipse sibi necem intulit (左傳).

越王嘗蓼 : *Yué rex gustans polygonum* amarumque fel, quod ideo ad sedem appensum habebat, se paravit ad vindictam de Ou regno sumendam, usque illud sibi ingeminans ne oblivisceretur acceptum in Koei ki opprobrium (國語).

畫荻教子 : *Delineante cannula docebat filium*, famosi 歐陽修 mater, præ paupertate calcem solo stratam inscribens (宋史).

負荆請罪 : *Portans baculum petiit pœnam* a 藺相如 ministro, Tchao regni dux 廉頗, qui ægre ferens illius dignitatem præ sua majorem, injuriam illi irrogare quæsiverat, cum scivit illum de industria occursum vitare, ne ex eorum simultate T'sin regnum Tchao regno nocendi sumeret ansam (史記).

餘桃啖君 : *Reliquum persicum gustandum dedit principi*, exeso jam dimidio, 衛 regulo gratiosus 彌子瑕; qui cum deinde in principem peccasset, is dixisse fertur : vere homo dimidio persico principem cibans (韓子)!

Digitized by Google

徙木立信: *Transportato palo conciliavit sibi fidem*, T'sin 孝 reguli minister 商鞅, seu 公孫鞅 e 衛 regno, dein 商君 creatus, qui timens ne populus novo cuidam edicto non obediret, erexit altam triginta pedes arborem in fori australi porta, promittens decem aureos illi, qui ad borealem transferret: populus miratus non tetigit arborem; promisit quinquaginta, et tunc quidam unus transtulit, et revera accepit aurum, et populus ministro fidem habuit (史記).

賣李鑽核: *Vendens pruna perforabat nucleos*, 王安豐, timens ne alii sibi plantarent tam exquisita pruna (晉史).

剪桐封弟: *Præcisa fronde insignivit fratrem* 叔虞 marchionatu 成 rex, quod licet joco fecerit, regi non jocandum monuit Tcheou Dux (通鑑).

二桃殺三士: *Bina persica occiderunt tres fortes.* Ut in 晏子春秋 habetur, 公孫接 et 田開疆 et 古冶子, robore famosi, inserviebant T'si 景 regulo, cum reverentiæ erga 晏子 defuerunt: is rogavit regulum ut bina persica donaret ab habente meritum comedenda; tunc quisque sua merita jactans mortem sibi intulit.

蓮花似六郎: *Nelumbii flos similat sextum dominum*, seu 張昌宗, apud 武 reginam oris elegantia gratiosum, dixit hujus assentator 楊再思; qui sic affectata translatione correxit vulgi sermonem, 昌宗 nelumbii flori assimilantem (唐書).

啖蔗漸入佳境: *Gustans saccharum paullatim attingebat sapidum punctum.* Prout in 晉書 habetur, 顧愷之 nomine 長康, solebat inversum comedere saccharum sinense, ut paullatim dulcior fieret gustus.

蒸梨便失本眞: *Coctum pyrum jam amittit proprium saporem.* Quædam 哀 familia habebat egregia pyra, quæ in ore prope liquefiebant: rudes, qui cocta comederent, delicatum saporem amittere dicebantur (世說).

煮豆燃萁: *Coquendis phaseolis comburere caules*, significat fratrem nocere fratri. Nam Wei 文 imperatoris ex eadem matre frater 植, nomine 子建, posthumo 思文, creatus 鄄城 marchio et 東阿 rex, passimque 陳思王 etiam appellatus, jussus ad septem passus componere versus vel capitis pœnam subire, statim cecinit phaseoli querelas, quem natus ex eadem radice caulis noxiâ flammâ in caldario decoquere festinat.

砍竹遮筍: *Abscindendis bambusis obtegere turiones*, ne ii simul abscindantur, significat abjicere vetera et amare nova.

Digitized by Google

致江南之柑 : *Adducere Kiannani citros,* commodum eo tempore maturas, Han 武 imperator rogavit Rationis flaminem 董元素; qui statim jussit afferre corbem, moxque afflante vento, plenam citris exhibuit (漢史).

伐月中之桂 : *Præcidere lunæ osmanthum* damnatus ob culpam fuit quidam cognomine 吳 agnomine 剛, jam immortalium cultor : osmanthum quingentas decempedas altum, vix recisum statim coalescere fingit sinensis mithologia (酉陽雜俎).

堯夫助麥 : *Yao fou subministrans triticum,* succurrit amico 石曼卿, qui exequias peragere non poterat. Ille, celebris 范仲淹 filius, missus fuerat ad colligendas quingentas tritici decimodias in orientali 吳 : reversus, interrogatus a patre fuit num amicum aliquem offenderit, cumque rem enarraverit, quidni, ait pater, triticum dedisti? dedi, respondit filius (朱子).

野人獻芹 : *Rusticus homo offerens apium,* reveretur principem (嵇康書).

冒雨剪韭 : *Subiens pluviam cædit allium,* e posteriore Han 郭林宗, ad bene tractandum amicum qui nocte advenerat; unde 杜詩 ait : 冒雨剪春韭.

踏雪尋梅 : *Calcans nivem quærit pruna* 孟浩然, celeber poeta, solitus ad ventum et pluviam super asellum poeticum alere œstrum; unde 蘇軾 ait : 雪中騎驢孟浩然, 皺眉吟詩肩聳山.

不畏祥桑 : *Non timebis ominosam morum* in regia natam, dixit I tche minister exterrefacto Chang dynastiæ 太戊 imperatori, si virtuti studes : ille statim regimen restauravit, tertiaque die morus exaruit (通鑑).

再生枯竹 : *Iterum vivificavit aridam bambusam* 寇萊公, cum in 雷州 relegatus a cœlo petiit, ut si innocens erga regiam esset, terræ infixa bambusa statim revivisceret : effectus innocentem comprobavit (名臣傳).

蟠桃三千年 : *Convoluta persicus ter mille annorum,* quæ post ter mille annos frondes postque totidem annos fructus edebat, ab occidentali immortalium regina 王母 colebatur, adeoque ad longævam matrem referendam adhibetur (漢武故事).

大椿八千歲 : *Magna cedrela octo mille annorum,* quæ octo mille annos vernabat totidemque annos autumnabat, summæ antiquitatis erat, adeoque ad repræsentandum patrem adhibetur (列子).

Digitized by Google

40. ANIMALIA

鱗蟲之長 : *Squamatorum animalium caput*, dicitur draco (說文).

山獸之君 : *Montanarum ferarum princeps*, dicitur tigris (格物論),

四靈 : *Quatuor ingeniosi*, dicuntur unicornis, phœnix, emys, draco (禮記).

三物 : *Tria animalia*, dicuntur canis, porcus, gallina (詩經).

驊騮, 騄駬 seu 華騮, 綠耳 : *Floridus badius, viridis auris*, egregiorum equorum nomina : siquidem cum 赤驥 et 盜驪 et 白義 et 踰輪 et 山子 et 渠黃, erant 穆 imperatoris octo bucephali (穆天子傳).

太牢, 大武 : *Major victima, lato vestigio*, dicitur bos (禮記), ut minor victima 少牢 dicitur ovis.

柔毛, 髯鬚主簿 : *Molli pilo, barbatus exactor*, dicitur ovis, juxta 曲禮 et 古今注.

剛鬣, 長喙參軍 : *Dura seta, longirostris tribunus*, dicitur porcus, juxta 禮記 et 古今注.

舒雁, 家鳧 : *Domesticus albifrons, domestica boschas*, dicuntur anser et anas (爾雅).

德禽, 陽鳥 : *Virtutum ales, solis avis*, significant gallum et sylvestrem anserem. Gallus enim 雞 habet cristam, habet calcaria, videns adversarium certare audet, videns cibum appellat alios, et vigilias servat : habet ergo civilis pilei decorum, militaris ordinis arma, audaciam, benevolentiam, fidelitatem. Anser vero 鴈 sequitur solem, nona luna ad meridiem et prima ad boream contendens, uti sol post æstivum solstitium ad meridiem, post hiemalem vero ad boream gradatim tendere videtur (韓詩外傳).

家貍, 烏圓 : *Domestica viverra, nigro capite*, dicitur felis (陶宏景本草). Alii dicunt 家豹.

韓獹, 楚獚 : *Han canis, T'chou canis*, designant egregios canes, sicut niger ille quem Han familia sub sex regnis habebat (博物志).

好仁之獸 : *Amantes humanitatem feræ*, unicornis et alba tigris (詩經).

害苗之蟲 : *Nocentes germinibus vermes*, cecidomya, locusta, rauca, teredo (詩經).

Digitized by Google

無腸公子 : *Destitutus intestinis dominus*, significat cancrum, dictum etiam 橫行介士 (抱朴子).

綠衣使者 : *Viridi veste orator*, significat psittacum (寶遺事).

狐假虎威 : *Vulpes mutuata tigridis terrificationem*, significat mutuari auctoritatem ad nocendum aliis : cum enim vulpes a tigride capta fuisset, suasit ut præcursore uteretur ad fuganda animalia; hæc ex timore tigridis revera fugiebant, at tigris putabat esse ob vulpem. Hoc apologo usus est 江乙, ad ostendendum boreales non timere ducem 昭奚恤, sed ejus milites (史記).

養虎遺患 : *Alita tigride adsciscere mala*, significat causam malorum non præcidere; ut dixit 張良 Han regi, ni T'chou militem percuteret (漢書).

猶豫 : *Simius et elephas* quidam, duo hæsitantia animalia, quæ ideo hominem perplexum designant (說文).

狼狽 : *Lupus et innixus*, cum is sine illo procedere nequeat, significant eversam hominis conditionem (酉陽雜俎).

鹿死誰手 : *Cervus moriatur cujus manu* nescitur, ad ostendendum victi victorisve conditionem non esse certam (通鑑).

燕入他家 : *Hirundo ingressa aliam domum*, repræsentat regimen mutans dominum : sic (唐詩) 舊時王謝堂前燕，飛入尋常百姓家.

雁到南方，先爲主，後爲賓 : *Anser attingens australem plagam, prior erit dominus, posterior erit hospes* (禮記).

雉名陳寶，雄則王，雌則霸 : *Phasiani nomine T'chen pao, masculus quidem rex, femina vero archon*, monuit quidam T'sin 穆 regulum; qui statim venationem instituit, et cepit feminam in lapidem illico mutatam. Tunc erexit T'chen pao fanum, moxque archon evasit (列異傳).

刻鵠類鶩 : *Sculptus cycnus similans anatem*, significat imitationem rei haud perfectam (漢史).

畫虎類犬 : *Picta tigris similans canem*, significat tentare sublimiora, quæ contra in rudiora cedant : sic 馬援 hortabatur fratris filios ut susciperent imitandum 龍伯高 magistratum, non 杜季良 belli præfectum, quia hic imitatu difficilior (後漢書).

狗尾續貂 : *Canis cauda annexa zibelinæ*, significat bonum malumque non invicem quadrare : sic vulgus dicebat de curia usurpatoris 趙王倫, qui abjectos quoque insigniverat (晉書).

Digitized by Google

巴蛇吞象 : *Pa serpens voravit elephantem*, et tanta difficultate digestionem absolvit, ut vix tertio post anno ossa ejecerit (山海經) : significat velle agitare molimina, et tamen parem non esse.

前門拒虎後門進狼 : *Antica porta abacta tigride, postica porta ingreditur lupus*, significat uno malo abeunte alterum oboriri (鑑鑑)

不入虎穴焉得虎子 : *Haud ingressus tigridis foveam qui capies tigridis catulos?* significat res omnino absolvendas (吳志).

羣蟻附羶 : *Agmen formicarum adhærens caprinæ*, significat sæculi homines adhærentes fœtido lucro (盧坦書).

老牛舐犢 : *Senior bos lambens vitulum*, significat se amare filium, ut 楊彪 dixit duci 曹操, qui ejus filium 修 occiderat (漢史).

畫蛇添足 : *Pingendo serpentem addere pedes*, significat addere non addendum. Cum T'chou dux 昭陽, egregie profligato 魏, aggredi vellet T'si, hinc missus 陳軫 ei dixit : T'chou olim facto sacrificio dederat suis vini pateram, qui inter se statuerunt ut is biberet qui prior serpentem in terra effingeret : quidam eam jam manu tenebat, cum pedes serpenti addere voluerit; alter tunc, qui secundus absolverat, pateram ei eripuit dicens serpentem pedes non habere (史記).

羝羊觸藩 : *Trimulus aries impactus sepi*, significat progrediendi regrediendique difficultatem 羝羊觸藩，不能退不能遂, ait Mutationum liber.

杯中蛇影 : *Intra scyphum serpentis umbra*, significat imaginarios timores. Cum enim 汲 urbis gubernator invitasset suum tributi exactorem 杜宣 ad bibendum vinum, anguiformi arcu parieti appenso in scyphum umbram projiciente, is credidit deglutivisse anguem, et statim ægrotavit. Tunc gubernator iterum invitavit, remque explicavit, statimque morbus evanuit (風俗通). Similis res habetur in 晉史.

失馬塞翁 : *Amittens equum confinium senex*, prospera et adversa confundit : hujus equus improviso ad barbaros abiverat, alii condolere, is dicere, fortasse faustum; moxque equus cum barbaro bucephalo venit. Tunc alii gratulari, is dicere, fortasse improsperum; moxque filius equitans crus sibi fregit. Tunc alii complorare, is dicere, fortasse faustum; moxque omnibus junioribus ad arma evocatis cum immensa omnium cæde, claudicans puer apud patres relictus fuit (淮南子).

龍駒 : *Draconis equulus*, ingeniosus puer 陸雲 nomine 士龍, sub Tsin initio, a tribunalium præside 閔鴻 vocabatur (晉書).

Digitized by Google

鳳雛 : *Phœnicis pullus*, celeber posterioris Han 龐士元 appellatus fuit a belli præfecto 德操 agnomine 徽 (蜀志).

王猛捫虱 : *Wang mong captans pediculos* disserebat imperii conditionem, cum delitescens in 華陰 monte, ampla lanea veste indutus invisit 桓温 (晉書).

甯戚飯牛 : *Ning t'si cibans bovem*, dum T'si 桓 regulus pertransiret, cantici verbis illum perculit, et in ministrum assumptus fuit : is e regno 衛 advenerat ad aditum sibi aperiendum (三齊畧記).

越王式怒蛙 : *Yué rex se inclinavit ad irascentem ranam :* sequacibus mirantibus, ait quod illa non timeret mori; sic suos ad contemnendam mortem inducens, contra Ou regnum pugnaturos (韓非子).

丙吉問牛喘 : *Ping ki interrogavit de bove anhelante :* sequacibus mirantibus ministrum interrogasse hoc, nil vero de rixante civium turba, respondit rixas pertinere ad præfectos, temperaturæ vero æquilibrium ad ministros; ideo se voluisse scire an bos ob longum iter, an vero ob præcoces calores anhelaret (漢書).

以數人制千虎 : *Cum aliquot hominibus comprimere mille tigres*, significat rei difficultatem : id exposuit 常安 populi epistola ad 呂公著 ministrum missa; minister ea accepta siluit (宋史).

馳韓盧搏蹇兎 : *Laxato Han cane apprehendere claudum leporem*, significat facilitatem vincendi hostes; ut 范雎 dixit ad T'sin 昭 regem, suadens comprimere regulos (史記).

鞭長不及馬腹 : *Scutica longa non attingit equi ventrem*, significat rem non agendam, licet non desit potestas : sic 伯宗 dissuasit Tsin regulum adjuvare Song regnum a T'chou impugnatum, dicens cœlum dare Song regnum regi T'chou (左傳).

割雞焉用牛刀 : *Secandæ gallinæ quid uti bovis cultro*, significat parvis rebus non adhibenda magna media (論語).

梟食母 : *Bubo comedens matrem*, dicitur etiam 鴞 et 流離 (漢書).

獍食父 : *Tigris comedens patrem*, similat lyncem (漢書).

鶺鴒喻弟昆 : *Motacilla repræsentat fratres* (詩經).

鳳凰比夫婦 : *Phœnix refert conjuges :* mas dicitur 鳳, femina 凰.

腰纏騎鶴 : *Lumbis circumligatis conscendere gruem*, significat tria simul desiderare : cum enim hospites simul sua desideria proferrent, et unus Yang tcheou præfecturam, alter divitias, tertius fieri immortalis

Digitized by Google

optaret, quartus præoptavit ad lumbos præcinctis centum mille ligaturis, conscensa grue ascendere Yang tcheou (殷芸小說).

瞎馬臨池 : *Cæco equo imminere fossæ*, significat proponere periculosum casum, qui presse aliquem attingat. Dum enim 桓元 et 殷仲堪 et 顒愷之 periculosos casus vicissim proponerent (險語), quidam sub lusco 殷仲堪 tribunus, proposuit cæcum hominem, conscenso cæco equo, nocte media, imminentem profundæ fossæ (世說).

黔驢之技止此 : *K'ienani asini potentia desinit hic*, dixit tigris, cum mirata ejus magnitudinem, perculsaque ejus voce, tandem iratum et calcitrantem vidit; statimque illum discerpsit (柳文) : K'ien seu Koei tcheou provincia carebat asinis; quidam eo invexerat.

鼯鼠之技易窮 : *Pteromys volans dotes facile exhaurit* : quinque habet, adeoque 五技鼠 appellatur; at volans nequit attingere tectum, adrepens nequit percurrere arborem, natans nequit trajicere vallem, fodiens nequit celare corpus, gradiens nequit prævertere hominem (荀子).

鯨吞, 狗盜 : *Balæna deglutiens, canis furans* dicitur de magno regno absorbente parvum (左傳), et de parvo fure (莊子).

蝟務, 蠅頭 : *Erinacei negotia, muscæ caput*, dicitur de turbis multis (漢書), et de parvo lucro (班固).

狐疑, 雀躍 : *Vulpis suspicio, passeris tripudium*, dicitur de homine suspicioso (離騷), et de homine gestiente (莊子).

人彘, 帝羓 : *Homo truncus, rex exsiccatus*, dicitur corpus mutilum, ut ineunte Han 呂 regina miseram 戚 subnubam effecit, ei manus et pedes et oculos et aures adimens (史記); dicitur cadaver sale conditum, ut 契丹 tribus suo regi 德光 in via defuncto effecit, cadaver intestinis evacuans et sale implens, sicque ad septentrionem asportans (五代史).

隨珠彈雀 : *Nobili carbunculo jaculari aviculam*, significat, juxta 莊子, magna jactura aucupari lucellum. Carbunculus autem dicitur 隨侯珠, quod ejus regionis regulus cum serpentem medicasset, is ore carbunculum dein illi attulerit.

投鼠忌器 : *Percutiens murem timeo vasi*, adeoque prope vas murem non percutio, dicebat 賈誼 : multo minus nobilem ministrum proximum imperatori (漢書).

愛物及烏 : *Amor hominis attingit corvum*, significat ob unum parcere alteri. Porro illud 物 aliqui in 人, alii in 屋 convertere volunt, ut sensus sit parcere corvo ne lædatur tectum, vel ob hominis gratiam nec

Digitized by Google

ipsum corvum super ejus tectum attingere (歐陽詢).

輕雞愛雉 : *Contempta gallina amare phasianum*, significat deserere unum ad prosequendum alterum, ut querebatur 庾翼, qui cum 王羲之 pari scripturæ fama fruitus, jam deseri videbatur (南史).

教猱升木 : *Docere macacum ascendere arbores*, significat malos ad malum impellere, adulatores ad adulandum allicere (詩經).

得魚忘筌 : *Obtento pisce oblivisci nassæ*, significat beneficium non rependere (莊子).

城狐社鼠 : *Mœnium vulpis aræque mus*, quod nemo audebit mœniis aræve nocere ad illos capiendos, eos referunt, qui circumstantiis freti nocent aliis (韓詩外傳).

陶犬瓦雞 : *Figlinus canis creteusque gallus*, nocturnæ custodiæ matutinoque gallicinio inutiles, significant homines, qui incassum conservantur (金樓子).

螳臂當車 : *Mantis brachium opponi currui*, significat vires non suppetere resistendo (莊子).

蜉蝣在世 : *Ephemera degens mundo*, significat brevem hominis vitam (詩經) : ephemera dicitur etiam 渠略.

越雞伏鵠卵 : *Parva gallina incubans cycni ovis*, refert parvum volentem moderari magno (莊子) : Yué regni gallina parva, Lou regni gallina magna.

鷽鳩笑大鵬 : *Parvus palumbus irridens magnæ aquilæ*, quod tam longe excurrat, refert ignobilem qui contemnat nobilem (莊子).

跖犬吠堯 : *Tche canis allatrat Yao*, non quod hunc vilifaciat, sed quia non est ejus dominus : ita se excusavit 蒯通, quod incitaverit 韓信, quem unice cognoscebat, ad rebellandum contra 高祖 (漢史).

鵲巢鳩占 : *Picæ nidum acridotheres usurpat*, alieno opere ex arrogantia fruens (詩經).

緣木求魚 : *Conscensa arbore quærere pisces*, significat rem obtentu difficilem (孟子).

按圖索驥 : *Juxta effigiem quærens equum*, a naturali forma aberrat : sic T'si 景 regulus, qui pulchrum equum pingi fecerat ut hujusmodi quæreretur, nec post annum invenire potuit (漢書).

虎之負嵎 : *Tigris subiens angulum*, significat improbum fausta occasione potitum (孟子).

魚之失水 : *Piscis defectus aquis*, significat refugio destitutum miserum (莊子).

Digitized by Google

九尾狐 : *Novem caudarum vulpes*, vulgo vocabatur 陳彭年, subdolus et assentator Song 眞宗 imperatoris administer (商輅續綱目).

獨眼龍 : *Unius oculi draco*, vulgo appellabatur fortis 李克用 e T'ang dynastia, qui luscus erat (五代史).

指鹿爲馬 : *Significans cervum esse equum*, minister 趙高 cœpit terrorem incutere : cum enim is oblatum T'sin 二世 imperatori cervum dixisset equum, et imperator irridens a magnatibus scitatus fuisset, ex his aliqui tacuerunt, alii dixerunt esse equum, alii dixerunt esse cervum; hos postremos minister plectere curavit (史記).

叱石成羊 : *Inclamans lapidibus fecit oves*, 黃初平, dum puer pasceret oves, a flamine quodam abductus, et in 金華 monte novem annis detentus, donec a majore fratre inventus et de ovibus interrogatus, ex albis lapidibus eas excitavit (神仙傳).

勇擒兩虎 : *Fortis cepit duas tigrides*, 卞莊子. Hunc volentem ferire tigridem retinuit famulus, dicens : modo duæ tigrides ceperunt bovem; in devorando tam exquisitas carnes, certe rixabuntur, et e duabus debilior enecabitur, fortiore vulnerata; tunc vulneratam tu confices, et duas habebis. Ita tu facias, dixit 陳軫 ad T'sin 惠 regem, ambigentem an 韓 et 魏 mutuo pugnantes adjuvaret (史記).

射貫雙鵰 : *Sagittans transfodit duos haliætos* uno ictu, 高駢 sub T'ang dynastia cancellarius, ideo 雙鵰侍郎 appellatus (唐書).

鶊鶉巢林 : *Orthotomus nidificans in sylva*, non occupat nisi unum ramum (莊子).

鼴鼠飲河 : *Scaptochirus bibens ad flumen*, non sumit ultra expletum ventrem : ita respondit 許由, cum Yao volebat illi cedere imperium (莊子).

孤鵷腐鼠 : *Solitarius pullus putridusque mus*, designant quod facile abjicitur, ut orientalis Han 章 imperator abjicere volebat 竇憲 nomine 伯度, imperatricis a fratre nepotem (後漢書).

起鳳騰蛟 : *Insurgens phœnix et insiliens draco*, designant quem homines suspiciunt, ut de 孟 academico dixit 王勃 (滕王閣序).

魚遊釜中 : *Piscis vagans in cacabo*, momentanea fruitur vita : sic 廣陵 præfecto 張綱, nomine 文紀, de se dixit rebellis 張嬰 (後漢書).

燕巢幕上 : *Hirundo nidificans super tentorium*, periculosa manet sede : sic ad 孫林甫 dixit 吳季札 (左傳).

Digitized by Google

遼東之豕 : *Leao orientalis sus*, designat temere sua merita mirantem, ut sub Han 朱浮 exprobravit 漁陽 præfectum 彭寵, nomine 伯通, qui eum impugnaverat : cum enim Leao tong sus peperisset albo capite porcellum, mirata volebat offerre regi, cum ad Fluvii orientem vidit porcorum agmen totum album; tunc pudibunda rediit (後漢書).

井底之蛙 : *Putei fundo rana*, angustum videt spatium, ut sub Han 馬援 dixit de 公孫述 nomine 子陽 (後漢書).

鶴立雞羣 : *Grus eminens gallinarum gregi*, designat hominem inter alios superexcellentem, ut de 嵇紹 nomine 延祖 inter alios stante dictum fuit (晉書).

雉求牡匹 : *Phasiana quærens quadrupedem conjugem*, significat haud congruum connubium (詩經).

天上石麟 : *Supra cœlum lapideus unicornis*, ut de puero 徐陵 nomine 孝穆, dixit bonzius 寶誌 ejus caput tangens, significat puerum alios supereminentem (陳書).

人中騏驥 : *Inter homines mirus equus*, mille stadiorum capax, ut de 徐勉 nomine 修仁 studiis incumbente dicebatur, significat sapientem alios prævertentem (南史).

怡堂燕雀 : *Concordis aulæ hirundines passeresque*, simul tripudiant, quin sciant proximam incendii adversitatem (吳志).

甕裏醯雞 : *Testam intra aceti insecta*, quæ nil vident, significant angusti captus hominem, ut de se dixit Confucius, postquam Lao tse convenerit (莊子).

馬牛襟裾 : *Equi bovesque vestiti*, significant homines jus ritumque non intelligentes; vestis pars anterior dicitur 襟, posterior dicitur 裾 (韓愈).

沐猴冠帶 : *Macacus pileatus cinctusque*, qui non diu sic persistit, significat hominem sine magnanima constantia; 沐猴 dicitur macacus a T'chou incolis (史記).

羊質虎皮 : *Ovino corpore tigrina pellis*, significat speciem sine re (揚子).

守株待兎 : *Custodire palum expectando lepori*, significat adhibere inepta media; sicut Song arator, qui videns leporem impingi in palum et mori, relicto aratro pali custos factus est : et sic ageret qui nunc vellet cum primitivo regum regimine regere præsentem populum (韓非子).

鮒魚待西江水 : *Carassius expectans occidui Amnis aquam*, significat hominem ad incitas redactum, qui auxilium diutius expectare ne-

Digitized by Google

quit (莊子).

蛟龍非池中物 : *Draco non est piscinæ animal*, dicitur de homine magnæ actionis capace, ut de Lieou pei dixit Tcheou yu (吳志).

執牛耳 : *Tenens bovis aurem*, significat fœderis caput, cujus erat rem illam præstare (左傳).

附驥尾 : *Adhærens equi caudæ*, veluti musca, sic longe procurrens, dicitur qui alio innititur ad progrediendum (後漢書).

鴻鴈哀鳴 : *Sylvestres anseres gemitum edentes*, repræsentant populum loco destitutum (詩經).

狡兎三窟 : *Callidi leporis tres caveæ*, significant cupidi hominis astuta molimina : olim 馮煖 pro 孟嘗 tres caveas voluit astute præparare (戰國策).

風馬牛 : *Equientes equi bovesve*, qui tamen compari copulari nequeant, ostendunt loca invicem dissita, hominesque inter se nullo modo communicare (左傳).

常山蛇 : *T'chang montis serpens*, cujus caput et cauda invicem respondent, exhibet optimum strategiæ modum : si enim caput percutis, cauda statim accedit; si caudam, caput; si medium, caput et cauda simul applicantur (孫子).

百足蟲死不僵 : *Centum pedum insectum, mortuum neque prolabitur*, dicitur de eo qui multis fulcris sustinetur (北史).

千歲龜死留骨 : *Mille annorum emys, mortua superest chelonio*, quia haruspicii efficientiam non amittit (莊子).

寧爲雞口，毋爲牛後 : *Potius esse galli os quam esse bovis clunes*, heros exoptat, ut dixit 蘇秦 ad 韓 regem (史記).

豈甘雌伏，定要雄飛 : *Num placet femina incubans? certe præoptandus mas volans*, dixit 趙溫 nomine 子柔, abjectoque magistratu abiit (後漢書).

跼促如轅下駒 : *Inclinatum impeditumque velut sub jugo mannulum*, intimum cancellarium 鄭當時, improbavit Han 武 imperator (史記).

委靡如牛馬走 : *Dejectum depressumque velut bobum equorumque ductorem*, ex humilitate sese appellavit 司馬遷 in epistola ad 少卿.

Digitized by Google

字　　虛

ORATIONIS PARTICULÆ

Quod nervi mollesque ossium commissuræ ad motum usumque membrorum in corpore faciunt, id in oratione ad colliganda connectendaque inter se membra sermonis particulas præstare, merito advertit Tursellinus : plane ut ex scito solertique earum usu, ipsi eloquentiæ succus, sanguis, color et quasi robur accedere dicendus sit. At si id de ceteris linguis verum est, de sinensi vero uti certum imprimis est habendum : ut enim scite adnotat 唐彪, si peccat in litterariis amplificationibus, si languet elocutio, id ex accentuum particularumque defectu repetendum est; remque in seipso expertum fuisse narrat, cum phrasibus concinnandis longe intentus, orationem nunquam potuerit probabilem reddere atque expeditam, donec accentibus particulisque recte fuerit usus. Hinc mirum est, quanto cum studio particulis attendant litterariæ amplificationis magistri, eo ut ab earum usu alumni processum omnino dijudicent : atque ideo de re adeo necessaria præstat hîc, concisis licet verbis, omnia tradere quæ peritiores quique magistri tradere solent. Ut autem copiæ perspicuitas accedat, tres erunt paragraphi, prout infra jacent, distributi.

I. MULTIPLEX PARTICULARUM GENUS

1. 起語 Particulæ initiales
2. 接語 Particulæ connexivæ
3. 逆接 Contrarie connexivæ
4. 轉語 Particulæ adversativæ
5. 襯語 Particulæ expletivæ
6. 歎語 Particulæ exclamantes
7. 歇語 Particulæ finales
8. 疑語 Particulæ dubitativæ
9. 束語 Particulæ collectivæ
10. 詩語 Particulæ poeticæ

Digitized by Google

II. DIVERSA PARTICULARUM ACCEPTIO

1. Particulæ 夫 其 者 所
2. Particulæ 蓋 然 惟 顧
3. Particulæ 或 如 若 苟
4. Particulæ 於 乎 諸 之
5. Particulæ 以 自 由 猶
6. Particulæ 且 又 亦 更
7. Particulæ 與 耳 焉 哉
8. Particulæ 而 乃 則 卽
9. Particulæ 方 及 曾 將
10. Particulæ 幾 竟 云 當

III. VARIUS PARTICULARUM CONTEXTUS

1. 推開
2. 轉關
3. 轉正
4. 反掉
5. 順轉
6. 順拖
7. 逆接
8. 承上文
9. 從上開發
10. 接上接下
11. 申說一層
12. 進一層
13. 進一層反
14. 較深一層
15. 着實一層
16. 逼入一層
17. 逼緊一層
18. 放寬一層
19. 轉開一層
20. 刻一層
21. 就淺一層
22. 撇去一層
23. 拍轉一層
24. 宕開一筆
25. 未定語
26. 推原說
27. 可以語氣
28. 解悟語氣
29. 相信口氣
30. 追想口氣
31. 想不到口氣
32. 反煞語氣
33. 決斷語氣
34. 約略語氣
35. 虛擬語氣
36. 總結語氣

Digitized by Google

I. MULTIPLEX PARTICULARUM GENUS

Sinæ, aliter ac nos, sermonis particulas distribuunt : eos sequi magis est fini hujus operis accommodatum; cum his igitur sequentia genera prosequemur.

1. 起語 PARTICULÆ INITIALES

Ita dictæ quod orationem vel periodum inchoant.

夫, vel uti pronomen indicat rem de qua modo agebatur, vel uti articulus abrupte usurpatur : v. g. 夫顓臾 ista Tchoan yu; 夫滕壤地褊小 T'eng territorium angustum.

蓋, generatim indicat rem, *scilicet* : v. g. 蓋有不知而作之者 scilicet sunt qui quin sciant agunt; 蓋有之矣 forte extitit id.

且, paullatim transeuntis ulteriusque progredientis est : v. g. 且天生聖人爲天下也 porro cœlum creat sanctos pro imperio; 生事且彌漫 vitæ vices porro effuse diffluunt.

今, transitioni inservit : v. g. 今王發政施仁 nunc rex incipiens regimen proferat humanitatem; 今王鼓樂於此 nunc rex pulset musicam hîc loci.

且夫, progredientis simul et indicantis est : v. g. 且夫枉尺而直尋者 porro illud, curvatio pedalis et erectio octipes; 且夫天地之間物各有主 præterea hujus cœli terræque medio, res singulæ habent dominum.

原夫, rei originem indicat : v. g. 原夫賢愚之身同盡 radicitus sapientis insipientisque vita æque finitur.

蓋夫, generatim nomen substantivum effert : v. g. 蓋夫秋之爲狀也 scilicet istius autumni species.

今夫, in transitionibus rem indicat : v. g. 今夫天 nunc istud cœlum; 今夫顓臾 nunc ista Tchoan yu.

今有, rem presse sub oculis ponit, *nunc vero ecce hîc* : v. g. 今有璞玉於此 nunc sit rudis gemma hîc loci; 今有場師 nunc sit horti magister.

嘗考, aliquid jam investigatum proponit : v. g. 嘗考離之象爲籩 olim investigavi Li imaginem esse tryonices.

嘗聞, aliquid jam auditum proponit : v. g. 嘗聞百乘之家不畜聚斂之臣 olim audivi centum quadrigarum familias non alere aggravantes tributum ministros.

Digitized by Google

蓋聞, aliquid generatim auditum proponit : v. g. 蓋聞王者莫高於周文 equidem audivi regnantium neminem sublimiorem quam Tcheou wen regem; 蓋聞君子不貴黨援 scilicet audivi sapientes viros non pensitari multitudinis coitione.

嘗觀, aliquid jam visum proponit : v. g. 嘗觀舜之有五臣也 jam vidi Choen habuisse quinque ministros.

嘗謂, aliquid passim dictum proponit : v. g. 嘗謂閱世生人閱人成世 passim dicitur exacta generatione nasci homines, et transactis hominibus compleri generationem; 嘗謂天性之親以恩爲重 hactenus dicitur naturalis necessitudo habere beneficium pro graviore.

嘗思, aliquid passim cogitatum proponit : v. g. 嘗思人子之身不免於父母之心者 jam cogito filii personam haud excludi a parentum animo; 嘗思學業淺深之故固友生所共喻者也 jam cogito scientiæ levioris profundiorisve rem, certe amici quod simul sciunt, esse.

2. 接語 PARTICULÆ CONNEXIVÆ

Ita dictæ quod connectunt orationis periodos, vel periodi membra : connectunt autem vel directe vel ab opposito, seu vel sine vel cum interrogatione; hic jam de directe connexivis 順接, quæ per se non admittunt in fine nisi finales affirmantes 也, 矣, 焉, 耳, adeoque interrogantes 乎, 哉, 耶, 歟, haud temere adhibendæ. At illativæ et causales, 此, 茲, 是, 斯, 則, 乃, 故, 蓋, utrasque admittunt.

此, rem modo dictam indicat : v. g. 此率獸而食人也 id adducere feras ad devorandos homines est; 此物奚宜至哉 istud rei qui debet eo usque?

茲, idem, sed paullo mollius : v. g. 茲得衛君定論於夫子矣 hic obtinui Wei principis certam disputationem a Confucio.

是, idem, sed paullo præcisius : v. g. 是人之所欲也 id homines quod volunt, est.

斯, idem, sed paullo levius : v. g. 斯天下之民至焉 ita imperii populi accedent; 斯無邪慝矣 ita evanescet perversitas et hypocrisis.

此以, rem modo dictam indicat atque aliquid inde deducit; 茲以 idem valet : v. g. 此以沒世不忘也 propter hoc lapsi sæculo non obliterabantur; 此以知存乎人者雖疎遠而可驗其誠 ex hoc scitur, pertinentia ad hominem ipsi extranei remotique etiam possunt probare an vera.

此則, indicat et pressius continuat, vel discretiva est, *vero* : v. g. 此則臣心之罪也 hoc vero meum est peccatum; 此則岳陽樓之大

Digitized by Google

觀也 iste scilicet Yo yang contignationis generalis aspectus.

此亦, indicat et remissius affirmat : v. g. 此亦妄人也已矣 ille quidem insanus est homo; 此亦私淑之志則然 id quidem privatim se excolendi consilium nonnisi est.

此爲, indicat et præcise affirmat : v. g. 此爲大人而已矣 hujusmodi habetur magnus vir et nil amplius.

此惟, indicat et affirmat : v. g. 此惟救死而恐不贍 ita, tantum ut declinet mortem, adhuc timet ne non satis habeat.

此非, indicat et negat : v. g. 此非君子之言 hic non est sapientum sermo; 此非吾君也 is non est noster princeps.

此謂, indicat et explicat : v. g. 此謂知本 hoc dicitur scire principale; 此謂唯仁人爲能愛人 hoc est quod dicitur, tantum perfectus vir potis est amare alios, potis odisse alios.

此其, indicat rem et hominem : v. g. 此其所以爲子房歟 id nonne ille ex quo fuerit Tse fang?

此所謂, indicat rem allatam ad confirmanda præcedentia : v. g. 此所謂率土地而食人肉 id est quod dicitur adducere terram ad comedendum hominum carnes; 此所謂藉寇兵而齎盜糧者也 en quod dicitur commodare hosti militem et subministrare latroni commeatum.

此之謂, vehementius indicat et explicat : v. g. 此之謂不知類也 id ipsum dicitur non cognoscere rerum speciem; 此之謂失其本心 id ipsum dicitur amisisse suum nativum cor.

斯亦, levius indicat et remissius affirmat : v. g. 斯亦不足畏也已 tunc quidem non sunt digni quos verearis.

斯可, indicat ad proponendam quæstionem : v. g. 斯可受禦與 an tunc licebit recipere prædam?

斯可以, indicat ad respondendum directe quæstioni : v. g. 斯可以從政矣 ita poteris agere regimen jam.

斯不亦, indicat et interrogando respondet : v. g. 斯不亦威而不猛乎 sic nonne etiam gravis sed minime truculentus?

斯謂之, indicat et dubitanter interrogat : v. g. 斯謂之仁矣乎 continuo dicetur corde perfectus jam?

是猶, indicat et similitudinem affert : v. g. 是猶惡溼而居下也 nempe sicut odissent madorem et tamen incolerent ima.

是乃, indicat et explanat : v. g. 是乃仁術也 illa fuit humanitatis industria.

是誠, indicat et vehementer affirmat : v. g. 是誠不能也 hoc ve-

Digitized by Google

re est non posse; 是誠在我 id vere penes me est.

是皆, indicat et simul præcedentia complectitur: v. g. 是皆已甚 et hi ambo jam nimii fuerunt; 是皆穿窬之類也 quæ omnia suffurandi sunt genus.

是其, indicat rem et hominem: v. g. 是其日夜之所息 id ipsum dies noxque cui incrementum dant.

是故, concludit assignans causam: v. g. 是故言悖而出者亦悖而入 quapropter, verba quæ injuria quidem proferuntur, etiam injuria vero recipientur; 是故可者可之 quapropter probanda, probat ea.

是知, ex antecedentibus aliquid indicat perceptum: v. g. 是知君逸於上臣勞於下 unde scitur principem vacare in alto, ministrosque laborare in imo; 是知一國之政萬人之命懸於宰相 unde scitur totius regni regimen, multorumque hominum vitam pendere a gubernii ministris.

是以, causalis est: v. g. 是以後世無傳焉 ideo ad posteriorem ætatem non transmissa; 是以君子不爲也 quapropter sapiens non exercet.

是則, indicat pressiusque continuat: v. g. 是則同 in hoc igitur convenerunt; 是則可憂也 id quidem poterit dolere.

是亦, remissius affirmat: v. g. 是亦爲政 hoc etiam est gerere gubernium; 是亦不屑去已 quod nempe non æstimabat-purum abire.

則, designat sequelam, sive rationis, *ergo;* sive facti, *tunc;* sive temporis, *statim:* v. g. 無已則有一焉 si non satis, tunc restat unum; 則民莫敢不敬 tunc populi nemo audebit non revereri; 則諸父昆弟不怨 tunc omnes patres fratresque non indignabuntur.

則以, ex præcedenti inchoat subsequens: v. g. 則以學文 tunc utetur ad studia liberalia; 則以民且未嘗身受其賜 scilicet quod populus immo nullus dum personaliter recepit eorum beneficium.

則其, indicat præcedentis effectum: v. g. 則其生物不測 proindeque illorum productio rerum est incomprehensibilis; 則其小者不能奪也 tunc minora illa non poterunt abripere.

則將, consequenter proponit quæstionem: v. g. 則將焉用彼相矣 tunc futurus cuinam usui ille cæci ductor? 則將紾之乎 nunquid vero sis illud detorturus?

則是, consequenter præcisius indicat: v. g. 則是可爲也 tunc id poterit fieri; 則是干澤也 profecto est quod quærebat beneficium.

則誠, consequenter affirmat: v. g. 則誠賢君也 tunc vere sapi-

Digitized by Google

ens princeps; 則誠有所不能 tunc vere est quod non possit fieri.

則以爲, consequenter mentem exponit : v. g. 則以爲厲己也 tunc habebit pro divexante se.

則亦將, consequenter refellit : v. g. 則亦將戕賊人以爲仁義與 an ergo etiam torquebis lædesque hominem ad agendam humanitatem justitiamque?

則亦, consequenter remissius affirmat : v. g. 則亦已矣 tunc quidem abdicet; 則亦無有乎 et vero etiam nullus sit extiturus!

則爲, consequenter præcise affirmat : v. g. 則爲賤場師焉 jam censebitur rudis horti præses; 則爲容悅者也 statim agunt assentatores et gratiosos.

則必, ex præcedenti asserit subsequens : v. g. 則必使工師求大木 tunc profecto juberes operum magistrum quærere magna ligna; 則必反予 tunc certo revocabit me.

則有, ex præcedenti devenit ad subsequens : v. g. 則有饋其兄生鵝者 et en fuit qui dono offerret suo fratri vivum anserem.

則凡, consequenter extendit : v.g. 則凡天下之物 unde omnia universitatis entia; 則凡可以得生者 tunc quicquid erit ad obtinendam vitam.

則足, consequenter declarat effectum : v. g. 則足以殺其軀而已矣 quod satis erat ad perdendam suam vitam, et nil amplius.

則猶, consequenter etiam affirmat : v. g. 則猶可及止也 tunc adhuc poteris pervenire ad cessandum; 則猶相忘於盛氣之難親耳 tunc utique alii obliviscentur quod tumida elatione difficile conveniaris.

蓋, causalis est, *nam* : v. g. 蓋不敢不飽也 quia non audebat non satiari.

蓋以, causalis et illativa est : v. g. 蓋以此聚斂者皆小人也 eo quod isti aggravantes tributum, omnes vulgares homines sunt.

蓋曰, causalis et explanans est : v. g. 蓋曰天之所以爲天也 quasi diceret, cœlum ideo esse cœlum.

蓋謂, originem dicti exponit; et etiam in initio adhiberi potest : v. g. 彼蓋謂一術未足以盡其變 is enim ait, unum modum non sufficere ad exhaurienda sua artificia.

以爲, causam rei profert : v. g. 以爲賢乎 num quod existimet illum sapientem? 以爲同姓之親可以相繼而無變 arbitrata ejusdem cognominis cognatos posse invicem continuari absque mutatione.

以謂, originem cogitati exponit : v. g. 以謂某能取信於公者 cum putet me posse habere fidem apud te.

Digitized by Google

故, causalis est: v. g. 故君子和而不流 ideo sapiens facilis et non labilis; 故大德必得其位 ideo magna virtus debuit obtinere illam dignitatem.

故夫, causalis et indicans est: v. g. 故夫未施功而先程效者 ideo isti nondum collato opere jam in antecessum præoccupantes effectum.

所以, causalis est, vel id, per quod aliquid est, indicat: v. g. 所以行之者三 et ea, queis exercentur, tria sunt; 所以別野人也 ex quo distinctio erit a rusticis hominibus.

所謂, concludit et explanat, vel repetit causam et incipit sermonem: v. g. 所謂誠其意者 quod dicitur dirigere suas voluntates; 所謂西伯善養老者 quod dicebant, occidentalem Comitem bene fovere senes.

所爲, concludit præcise, vel repetit causam: v. g. 子所爲睠念疇昔凄然欲絕也 Confucius ob id affectu recolens transacta, mœrore constringebatur prope moriturus; 所爲聚廬而居者凡幾 ob id convenientes domo ad immorandum universim quot?

將謂, uti futurum cogitat: v. g. 將謂大國多侈 si velis dicere magna regna plerumque prodigere; 將謂雌雉必於山梁 si velis dicere phasianam determinari ad montanum pontem.

將以, uti futurum exponit: v. g. 將以鬱鐘 volumus eo linire campanam; 將以復進也 usurus ut iterum apponeret.

將爲, uti futurum affirmat: v. g. 將爲君子焉 futuri ibi sunt sapientes; 將爲野人焉 futuri etiam sunt rurales homines.

由是, ex antecedente deducit; itemque 由此, 由茲, 由斯, 自是, 自茲, 從此, 從茲: v. g. 由是以樂堯舜之道 ut exinde delecter Yao et Choen doctrina; 由是觀之 ex hoc perspicitur.

迨, extenditur ad aliquid: v. g. 迨天之未陰雨 usquedum cœlum non nubilaverit plueritque; 迨干戈起 cum scuta et arma surrexerunt.

迨至, 迨夫, 迨及, 施及, pertingit ad alterum, et idem valet: v. g. 施及孝文王 progressum ad Hiao Wen regem.

及至, extendens pertingit: v. g. 及至始皇 at cum pervenit Che hoang.

至於, ex uno attingit ad aliud: v. g. 至於用力之久 quod ad adhibendi vires diuturnitatem; 至於治國家 quod vero ad gubernandam socialem familiam.

及其, attingit ad aliquem: v. g. 及其知之一也 cum attigeris illam earum scientiam idem erit; 及其使人也器之 at quoad ejus uti aliis, metitur capacitatem eorum.

Digitized by Google

甚至, summum dicit terminum : v. g. 甚至宿將'雍容竟忘櫛沐 adeo ut antiquus dux commode mollis etiam oblivisceretur dura subire.

若是, conditionalis est, vel similitudinem exhibet : v. g. 若是則弟子之惑滋甚 si hoc, tunc discipuli dubium crescit valde; 若是其大乎 tam ille magnus?

如此, conditionalis est ad sequelam adducendam : v. g. 如此然後可以爲民父母 si ita, tunc demum poteris haberi populi parens; 如此則無敵於天下 si ita, jam nullus erit adversarius in imperio.

若此, conditionalis est ad augendam difficultatem : v. g. 若此者何如也 hujusmodi vero quomodo?

於此, designat statum in loco, sed modo nonnihil indeterminato et abstracto, sicque differt a 在此 : v. g. 於此有人焉 in hoc loco sit vir; 於此而欲使諫之中仍寓不諫之意 in hoc velis facere ut inter admonendum item complectaris non admonendi modum.

於斯, eumdem sensum habet : v. g. 於斯爲盛 in hoc fuit florentior; 於斯當關河之會 hic loci habetur teloniorum fluviorumque coitio.

於是, refertur non ad locum, sed ad tempus, *ex hoc, proinde* : v. g. 於是始興發補不足 et ex hoc incepit effundere largitiones suppleturas quod non sufficiebat; 於是殺羿 et ex hoc occidit I.

爰, innuit sequelam, *proinde* : v. g. 爰方啟行 et tunc incepit inire viam; 爰整其旅 indeque ordinat suas cohortes.

聿, item innuit sequelam : v. g. 聿來胥宇 statim venit invisere sedem; 歲聿其莫 annus sub suum occasum.

何則, abrumpens sermonem cum vi petit rationem : v. g. 何則非有平生之素 quare? non quod fuerit ordinariæ vitæ consuetudo; 何則士爲知己者用女爲悅己者容 quare? heros a cognoscente illum adhibetur, mulier pro amante illam fucatur.

何也, prono sermone, minore cum vi petit rationem : v. g. 君子之難仕何也 et sapiens ægre munus obit, quomodo? 一者何也 una hæc, quænam?

何者, directo sermone petit rationem : v. g. 何者己欲居守而使人主自將 quare ipse velit manere custodiæ, et facere ut hominum dominus ipse ducat?

何哉, contrarium affirmantis et admirantis est : v. g. 何哉君所謂踰者 quomodo? princeps quod vocat supergredi; 何哉罔所謂達者 quis porro est, quem tu vocas illustrem?

何以, petit quo medio : v. g. 何以報德 cum quo retribues bene-

Digitized by Google

ficia? 何以伐爲 qui ut invadatur fiet?

何爲, petit rationem cur: v. g. 何爲其然也 qua ratione hoc ita erit? 何爲不祀 quare non sacrificas?

何謂, petit quid aliquo nomine veniat: v. g. 何謂五美 quænam dicuntur quinque egregia; 何謂尙志 quid significat elevare mentem?

何如, petit quo modo: v. g. 何如斯可爲服矣 qnomodo faciet ut possint pro ipso indui lugubria? 何如斯可以嚣嚣矣 quid vero ut possim esse contentus?

似乎, exponit quod videtur: v. g. 似乎投其所逆 videretur quod objiceret ipsi quæ repugnant; 似乎强其所苦 videtur quod inferret ipsi quæ molestant.

儼, 儼乎, refert similitudinem, *tanquam, tanquam si*: v. g. 儼列乎雄藩 videtur adscribendum inter fortia præsidia; 儼乎其若思 videtur quod ipse prope cogitaverit.

恍若, repræsentat similitudinem: v. g. 芝顏一別恍若三秋 nobili conspectui vix abstrahi, videtur esse triennium.

宛, item assimilat: v. g. 之子宛浮家 iste vir videtur navigatoris genus; 宛致深情於投轄 veluti ostendit summam benevolentiam in abstrahendo cnodace; 心談宛轉通 cordis loquela videtur vicissim communicari.

宛若, 宛如, item refert similitudinem: v. g. 宛如覿面 quasi videam præsentem; 宛然如覩光儀 juxta ac si viderem nobilem vultum.

— 似, exprimit similitudinem, *quasi, tanquam, sicut*, et sæpe ironiam continet, *quasi, quasi vero*: v. g. 一似指固不必屈也 omnino videtur digitos certe non necesse complicari; 一似不能安其窮者 omnino videtur non posse satisfieri sua paupertate.

— 若, item similitudinem innuit: v. g. 一若股肱可託心膂可寄也 plane veluti adjutoribus ministris potes fidere, veraci amico potes credere; 一若稍緩焉而無及 plane quasi paullo cunctatus jam nequeas attingere.

乃, innuit sequelam et explanat: v. g. 乃所願則學孔子也 attamen quod exopto, est vero imitari Confucium; 乃若所憂則有之 sane quoad id de quo sollicitus sit, id quidem existit.

誠以, certo affirmat: v. g. 誠以仁者無不愛之人耳 vere quia humanus neminem non amans homo sit; 誠以虛死不如立節 vere quod inutilis mors non valet instituere meritum.

亦以, consequenter expromit verum sensum: v. g. 亦以新子之國 etiam inde novum efficies tuum regnum; 亦以素習於富國强兵

Digitized by Google

之備 etiam quod passim exercitatus in ditandi regni fortisque militis arte.

3. 逆接 CONTRARIE CONNEXIVÆ

Negationem in interrogatione continent : naturaliter igitur exposcunt finales interrogantes.

豈, negationem vel exprobrationem vel convictionem urget : v. g. 豈予所欲哉 qui ego quod velim? 豈無仁義之心哉 nunquid vacat humanitatis et æquitatis sensu? 豈愛身不若桐梓哉 num est quod amor sui non adæquat pawloniam et catalpam?

豈以, vehementer per interrogationem negat : v. g. 豈以仁爲不美也 nunquid existiment pietatem et justitiam non esse laudabiles? 豈以其重若彼其輕若此哉 num putas eos magnifacturos assimilari primis, eos parvifacturos assimilari secundis?

豈其, negat et indicat : v. g. 豈其然乎 at nunquid ille ita vero? 豈其忿世嫉邪者耶 num foret indignans sæculum osorque pravitatis aliquis?

豈非, negando affirmat : v. g. 豈非計久長有子孫相繼爲王也哉 et num non quod reputat diuturnitate temporis habituram filios nepotesque mutua successione regnaturos? 豈非然哉 et num non ita?

庸非, idem est : v. g. 庸非貳乎 qui non esset dividere animum?

豈得, negat facultatem : v. g. 豈得不見 Confucius qui poterat invisere? 豈得暴彼民哉 et quomodo potuisset opprimere illum populum?

豈若, negat similitudinem : v. g. 豈若匹夫匹婦之爲諒也 qui ergo instar vulgi hominis vulgique mulieris præstans fidelitatem? 豈若從辟世之人哉 nonne satius sequeris fugientes sæculum philosophos?

豈有, negat existentiam : v. g. 豈有他哉 quid porro fuit aliud? 笑豈有說乎 ridendi nunquid extat ratio?

奚有, idem valet : v. g. 奚有於是 qui consistit in hoc?

焉有, idem valet : v. g. 焉有君子而可以貨取乎 quomodo esset ut sapiens adhuc possit per pecuniam capi? 夫焉有所倚 et is qui habet quo innitatur?

豈能, negat potentiam : v. g. 豈能獨樂哉 quomodo poterat solus gaudere? 豈能與之料天地之高哉 qui poterit cum illa metiri cœli a terra altitudinem?

豈必, negat necessitatem : v. g. 豈必待陳平哉 quid necesse expectare T'chen P'ing jam? 豈必信宿以爲歎 quid necesse binoctio

Digitized by Google

aut nocte uti ad lætandum?

豈足, negat sufficientiam : v. g. 豈足福哉 qui suppetet prosperitas? 豈足以言得士 qui dignus ut dicatur conciliasse litteratos?

豈惟, negat exclusionem : v. g. 豈惟民哉 qui tantum homines dicam? 豈惟不忘 et qui tantum non obliviscuntur?

豈徒, idem valet : v. g. 豈徒順之 non modo fovent ipsum; 豈徒見之已哉 nunquid tantum videt eum, et nil aliud?

豈不, negando affirmat, et 豈無 idem valet : v. g. 豈不綽綽然有餘裕哉 nonne cum plena et superabundanti libertate? 豈不大哉 qui non esset major?

豈可, negat licere, et 豈容 idem fere est : v. g. 豈可勝言哉 qui dabitur expedire verbis? 豈容竟無 qui sinam omnino deesse?

奚可, eamdem vim habet ac præcedens : v. g. 奚可以與我友 qui possis mecum amicitiam coire? 奚可哉 qui unquam licet?

焉可, eamdem habet vim : v. g. 焉可誣也 quomodo potest illudere?

詎, idem ac 豈, sed paullo mollior, magisque videtur flexibilis; unde cum 可 et 必 et 不 et 非 et 能 et 惟, idem valet ac littera 豈 : v. g. 詎惟是婦饋夫耕 qui tantum sic uxore ministrante viroque agricolante? 詎復營財於一奠 qui vero meditetur ditescere ab uno pollucto? 詎非厚幸乎哉 qui non est opima fortuna? 詎能以泳以游 qui poterit inde subnatare indeve enatare? 詎能效三旬而困守 qui possis imitari triginta dies obsidioni renitentes?

寧, media inter 安 et 豈, admodum mollis et flexibilis est; at nunc supprimenda est littera, adeoque in elucubrationibus litterariis vitatur : v. g. 寧知白首之心 qui cogitaveris cani capitis ideam? 寧獨如此而已 qui tantum ita, et nil amplius? 寧知天子貴尙憶武侯廬 quis cogitasset cælestis filii majestatem adhuc recordaturam strenui marchionis tugurium?

寧必, accedit ad 豈必, sed deliberandi sensum quodammodo continet; itemque cum 有 et 得 et 非 et 不 et 謂, accedit ad litteram 豈 : v. g. 寧有背君親捐妻子而反爲利者乎 qui unquam terga verterim principi et parenti, abjecerim uxorem filiosque, et contra habuerim lucro?

曾, indicat tempus præteritum, adeoque sæpe cum interrogatione aliquid negat fuisse : v. g. 曾日月之幾何 jam temporis quantum est? Significat etiam 仍 : v. g. 曾由與求之問 est vero de Yeou atque K'ieou percontatio!

Digitized by Google

曾是, idem negat et indicat : v. g. 曾是以爲孝乎 an vero hoc reputabitur pietas filialis? 曾是瑣瑣者亦得厠其間乎 estne quod minuti minuti etiam poterunt inseri illorum medio?

曾謂, negat dicendum : v. g. 曾謂泰山不如林放乎 ergone dicetur T'ai montem nec æquare Lin fang?

幾見, significat *ecquando vidisti* : v. g. 幾見士有不遇者哉 ecquando vidisti heroem quin gratiam invenerit?

安, cum 何 facile confunditur : v. g. 而今安在哉 et nunc ubinam est?

安得, tum optantis, tum coercentis est : v. g. 安得如浚井之自能出險 qui unquam veluti purgans puteum ipse poterit egredi periculo? 安得不云爾乎 qui posses non dicere ista?

何, per interrogationem negat, vel admirative interrogat : v. g. 何器也 quodnam vas? 何取於水也 quid deducebat ab aqua?

曷, idem ac 何 : v. g. 今我曷敢多誥 nunc ego qui ausim plura monere? 曷虐朕民 quare opprimis meum populum?

奚, idem ac 何, nisi quod paullo mollior est : v. g. 奚取於三家之堂 quomodo usurpatur in trium familiarum templo? 奚暇治禮義哉 quomodo otium habebit excolendi civilitatem et justitiam?

焉, media inter 何 et 豈, dubitat quin definiat : v. g. 焉知 quomodo scis?

孰 et 疇, idem sunt ac 誰 : v. g. 孰爲夫子 quis est tuus magister? 孰吉孰凶 quid faustum, quidve infaustum? 疇是登門客 quis ille ascendens portam hospes?

何其, indicat et admirationem urget : v. g. 何其多能也 quam ille multa callet! 何其聲之似我君也 quomodo ejus vox refert nostrum principem!

奚其, idem est : v. g. 奚其爲爲政 quomodo illud unum censebitur gerere gubernium?

何必, negat necessitatem : v. g. 何必改作 qui necesse de novo ædificare? 何必公山氏之之也 quid necesse Kong chan familiam adire?

奚必, idem est : v. g. 奚必以心爲形役 qui necesse facere voluntatem esse corporis servam?

何不, interrogat negationem : v. g. 何不使彼爲可幾及 quidni efficies ut illis tuis sit quodammodo pervia? 何不隨其流而揚其波 quare non sequens fluxum attollis ejus fluctum?

焉不, 奚不, 胡不, idem valent, et 盍 valet 何不 : v. g. 盍各言爾志 quidni singuli dicatis vestrum animum? 子盍爲我言之 tu quidni pro me significes hoc?

Digitized by Google

何敢, negat audere, et焉敢 idem valet : v. g. 何敢與君友也 qui audeam cum principe amicitiam coire? 賜也何敢望回 ego Se, qui ausim suspicere Hoei?

何可, negat licere, et 安可, 烏可, 惡可, 曷可, 胡可, idem valent : v. g. 何可廢也 qui potestis omittere?

何意, negat cogitatum vel cogitandum fuisse : v. g. 何意所施者有可見所報者不足憑也 et qui cogites, largitionem utique posse videri, retributionem non posse probari? Item 安知, 奚知, 烏知, 惡知, 焉知 idem fere sunt.

何能, negat potentiam : v. g. 何能勝齊 qui poterit vincere T'si?

奚能, idem est; itemque 焉能, 安能, 烏能, 惡能, 曷能, 胡能 : v. g. 焉能懸而不食 qui potero suspendi et non manducare? 焉能使予不遇哉 quomodo poterat efficere, ut ego non captarem? 又安能以皓皓之白而蒙世之塵蠖乎 enimvero qui feram ut tam candida albitudo obducatur sæculi turbido pulvere? 君安能以有其民哉 princeps qui poterit sic tenere suum populum?

何足, negat sufficientiam : v. g. 何足以臧 qui sufficiet ut bonus sis? 何足算也 quid digni ut numerentur?

焉足, idem est; itemque 奚足, 安足, 烏足 : v. g. 然而流俗之見奚足囿乎 at vulgaris hominis judicio qui possim comprehendi? 烏足道哉 qui meretur mentionem?

焉得, coercentis est, vel æque negat facultatem : v. g. 焉得儉 qui haberetur parcus? 焉得人人而濟之 qui posset singulos homines sic trajicere illos?

惡得, idem est; itemque 烏得, 奚得, 曷得 : v. g. 惡得有其一以慢其二哉 quomodo fiet, ut habens eorum unum, inde contemnat eorum duo? 惡得賢 qui dicetur sapiens?

孰得, significat *quis potest*, quis potest tantum agere; et 疇得 et 誰得, idem valent : v. g. 諸侯又孰得而禁之乎 reguli vero qui valent ad impediendum id?

孰能, *quis valet*, quis valet eo pervenire : v. g. 孰能爲之大 quis poterit haberi magnus? 孰能禦之 quis poterit impedire eas?

誰能 et 疇能, idem sunt : v. g. 誰能出不由戶 quis potest exire nisi per ostium? 誰能執熱 quis potest capere calentia?

孰謂, *quis dicet* : v. g. 孰謂鄹人之子知禮乎 quis dicet Tcheou civis filium cognoscere ritus? 孰謂微生高直 quis dicet hominem Wei cheng kao esse rectum?

Digitized by Google

誰謂, idem est : v. g. 誰謂爾無羊 quis dicet tibi deesse oves? 誰謂河廣 quis dicet fluvium latum?

豈謂, fere idem, *numquid dicetur* : v. g. 豈謂是與 qui sensus ita? 豈謂一鈎金與一輿羽之謂哉 nunquid intelligitur unius fibulæ aureæ collatæ unius plaustri plumis significatione?

孰意, quis cogitasset : v. g. 而孰意太王當日猶不得免于侵也 et tamen, quis cogitavisset, T'ai regem eo die adhuc non potuisse eximi ab invasione? 孰意有犯而不校者 quis cogitasset fore offensum, qui non altercaretur?

孰知, 誰意, 豈意, idem sunt : v. g. 豈意得全首領 qui cogitassem posse servare caput et collum?

孰不, affirmat omnes : v. g. 孰不可忍也 quid jam non poterit audere? 孰不知禮 quis non noscit ritus?

疇不, 誰不, 孰非, 誰非 æque affirmant de omnibus : v. g. 孰非父子兄弟之儔乎 quis non patris filiive fratrisque e genere?

得不, 得無, 得毋, valent 安得不 : v. g. 言之得無訒乎 locutione poteritne hand esse impeditus?

無乃, dubitantis et conjicientis est : v. g. 無乃爲佞乎 id nonne est adulari? 無乃爾是過與 nonne tu id errasti? 無乃不可乎 nonne est indecens?

毋乃, idem valet : v. g. 毋乃使之監適使之畔耶 nonne fuit, mittendo illum invigilare, commodum mittere illum rebellatum?

不亦, affirmat probe ita esse, *nonne quidem* : v. g. 不亦樂乎 nonne quidem lætaberis? 不亦善乎 nonne quidem pulchrum erit?

不幾, affirmat prope attingi terminum : v. g. 不幾乎一言而興邦乎 nonne prope est ut uno verbo jam erigatur regnum? 不幾以敵貽子耶 nonne prope ut hostis assequeretur vos?

此豈 indicat et urget : v. g. 此豈山之性也哉 at hæc nunquid est montis natura? 此豈近於人情哉 id num congruit cum hominis natura?

茲豈 et 是豈, idem valent : v. g. 是豈水之性也哉 id autem nunquid aquæ natura? 是豈無所審而集也哉 illa num quin ullatenus exploret colligit pennas?

是奚, indicat et negat, *id qui* : v. g. 是奚足哉 id num sufficit?

是何, idem est : v. g. 是何異於刺人而殺之 id quomodo diversum ac pungere hominem, et interficere illum? 是何濡滯也 quare sic cunctari et hærere?

Digitized by Google

是焉得, indicat et coercet : v. g. 是焉得謂大丈夫乎 is qui posset dici magnus vir?

則何以, addita illatione petit modum : v. g. 則何以異於教玉人雕琢玉哉 tunc in quo unquam abludis a docente lapidarium scalpere et elaborare gemmam?

則何爲, addita illatione quærit causam : v. g. 則何爲不行 et tunc cur non facis?

則豈徒, addita illatione urget : v. g. 則豈徒齊民安 et tunc qui solus T'si populus quiescet?

4. 轉語 PARTICULÆ ADVERSATIVÆ

Ita dictæ quod oppositionem significant, idque vel directe, vel contrarie, vel sensum augendo.

然, adversatur, orationemque vertit in contrarium, *sed*, *at* : v. g. 然終於此而已矣 verumtamen consistit in hoc et nil amplius.

然而, adversatur, rotundiusque vertit orationem, *at tamen* : v. g. 然而軻也 et tamen ego K'o; 然而成敗異變 ita, et tamen successus cladesque aliter invertuntur.

然則, consequenter continuat orationem, *si ita tunc* : v. g. 然則王之所大欲可知已 si ita, tunc regis illud magnum desiderium potest sciri jam; 然則師愈與 si ita, tunc Che præcellit, nonne?

然後, consequenter antecedentibus subnectit subsequentia, *ita*, *et postea vero* : v. g. 然後爲學 et tunc demum censeris didicisse; 然後快於心與 nunquid sic vero lætaris in corde?

或, vel disjunctiva *aut aut*, vel conditionalis *si forte*, vel dubitativa *forte*, vel indefinitum pronomen est : v. g. 或去或不去 quidam recesserunt, alii non recesserunt; 或生而知之 sive nascendo jam scias illas.

或謂, indefinite loquitur, adeoque aliquando servit occupationi : v. g. 或謂寡人勿取 aliqui dicunt exiguo viro ne capiam; 或謂世治則禮教易興 aliqui dicunt orbe composito tunc ritum et institutionem facile vigere.

或曰, eamdem habet vim : v. g. 或曰管仲儉乎 num dicetur Koan tchong parcus? 或曰放焉 aliqui dixerunt relegasse.

或者, abstracte conjicit, abstractius quam 意者 : v. g. 或者不可乎 nonne forte minus decet? 或者誇耀之餘慨然持贈 forte is jactaverit postquam se atque illustraverit, magnanime afferet auxilio.

Digitized by Google

或且, conjicit et auget, *forte etiam, aliquis etiam, immo forte :* v. g. 或且勉之曰 aliquis etiam animans illum dicet; 或又且從而阻之曰 aliquis vero potius exinde impediens illum dicet.

倘, conditionalis est : v. g. 倘能轉禍爲福 si possitis vertere calamitatem in felicitatem; 倘急難'有用 si urgenti difficultate sim usui.

設, conditionalis est : v. g. 設須也而當此問 quod si Siu ipse subiisset eam quæstionem; 設未得其當' si nondum attigerit rei congruum.

果, aliquando etiam conditionalis est, sed includit effectus sperati ideam: v. g. 客果有能也 hospes certe habet habilitatem. 果其 ad hominem, 果能 ad rem refertur : v. g. 果能此道矣 revera tenens hanc regulam.

苟, conditionalis est, at includit quoddam animi votum, *si vere, si vere ut spero :* v. g. 苟志於仁矣 vere intentus in probitatem; 苟子之不欲 si tu non sis cupidus.

使, conditionalis est, sed pressior : v. g. 使天而雨珠 fac cœlum pluerit unionibus; 使尙多財 si tu abundabis divitiis.

倘使, 假使, 設使, 藉使, item conditionales sunt, *si, suppono quod :* v. g. 倘使在陳長餓 si in T'chen diu esuriisset; 假使儲子而不知有季子之見 si Tchou tse adhuc nesciverit fuisse Ki tse visitationem.

借令, 設令, 假令, 藉令, item conditionales sunt; 設以, 使其, 使或, 苟或, æque conditionales. 向使 conditionalis addens tempus præteritum; 浸假 sæpe conditionaliter usurpatur, sed proprie exhibet paullatim mutandæ vicis sensum : v. g. 向使四君却客而不納 olim si quatuor principes ablegassent advenas quin admitterent; 浸假而遇之時日矣 suppone quod procrastinet rem aliquo tempore.

但, excludit, vel continuat orationem, quando dictis diversa dicenda supersunt : v. g. 但當退小人之僞朋 nonnisi debebit abigere vulgarium hominum falsam societatem; 但遇合無期 sed gratiam nanciscendi deficiente tempore.

特, eamdem habet vim : v. g. 特不意叩門而來者之竟爲子也 tantum non cogitassem pulsata janua advenientem item esse te; 特恐特爲其財 tantum timeo ne innitatur tanquam suo patrimonio.

第, eamdem vim habet : v. g. 第平日自居不召之臣 sed ordinariis diebus se constituens non advocandum præfectum; 第前此已有繼見之詞 at antehac jam facto postmodum revisendi verbo.

惟, eamdem vim habet : v. g. 惟我在 nonnisi penes me; 惟於理有未窮 nonnisi quia de ratione aliquid nondum intellexit.

唯 vel 維, idem est : v. g. 唯天爲大 nonnisi cœlum est magnum;

Digitized by Google

唯恐有聞 id solum timebat ne nova haberetur auditio.

獨, excludit alia, vel aliud assumit ad amplificandum : v. g. 獨孤臣孽子 solum abacti ministri nothique filii; 獨恨其不早耳 tantum indignor rem non ocyus fuisse.

獨是, aliud assumit ad amplificandum : v. g. 獨是聖賢之行事初不越乎人情 tantum quod sancti sapientesque agentes aliquid, haud unquam transgrediuntur ultra hominum naturam; 獨是恥惡衣則必求不惡者而衣之 tantum quod erubescens malas vestes, exinde certe quæret non malas, ut induat eas.

惟是, eamdem vim habet : v. g. 惟是解組歸田 at vero soluto funiculo rediit ad agros; 惟是黽勉同心庶幾不我遐棄 unice stat eniti concordiam animi, ut peroptato ne me longe dimittat.

但以, continuat orationem : v. g. 但以不傷一鏃而輒獲捷效焉 tantum, quin amitteret unam sagittam, statim obtinuit promptam victoriam.

第以 eamdem habet vim : v. g. 第以髫齡而任傳宣之職 tantum quia tenera ætate sustineret transmittendi verba officium; 第以總角而司奔走之命 tantum quia tenera ætate curaret eundi redeundique munus.

祇, excludit : v. g. 祇攪我心 tantummodo perturbare meum animum; 亦祇以異 sed solum pensat excellentiam.

僅, excludit, *vix, tantum :* v g. 僅得免其死耳 tunc solum potest vitare mortem; 僅以身免 tantum persona effugiit.

雖, adversatur : v. g. 雖違衆 licet contradicam multitudini; 雖千萬人 etiamsi chiliadem vel myriadem hominum.

雖曰, adversatur : v. g. 雖曰未學 licet dicatur nondum studuisse sapientiæ; 雖曰不要君 quamvis dicat se non coegisse principem.

雖有, adversatur : v. g. 雖有善者 licet extent boni; 雖有周親 licet habeat summe propinquos.

雖然, subito abrumpens sermonem adversatur : v. g. 雖然未聞道也 verumtamen, nondum edoctus est veram normam; 雖然今日之事君事也 verumtamen, hodiernum negotium, regium est negotium.

乃, explanat continuans orationem, sed cum oppositione, *autem, vero, ego autem;* mollius adversatur quam 然 : v. g. 乃所願則學孔子也 attamen quod exopto, est vero imitari Confucium; 乃今知之 nunc vero intelligo id.

乃若, adversatur et attingit : v. g. 乃若所憂則有之 sane quo-

Digitized by Google

ad id de quo sollicitus sit, id quidem existit; 乃若北闢向曙東方未明 en ergo boreali ostio expectante auroram, eoaque plaga nondum dilucescente.

顧, pergentis et adversantis est, *sed enim, porro autem, quod si, age nunc*, 顧或, 顧今, 顧其; simul complectitur 但 et 乃 propriam vim : v. g. 顧誰爲我言之哉 sed quis pro me dicet hoc? 而顧自棄耶 et tamen memet abjiciam? 顧猶以可使疑乎哉 et tamen adhuc quod possit adhiberi dubitabis? Sed significat etiam 但 : v. g. 顧上先下後耳 tantum superior præponendus, inferior postponendus. Significat et 乃, *contra vero* : v. g. 首顧居下 caput vero manet infra; 今顧可得耶 nunc vero potestne fieri?

猥, idem valet ac 乃 et 顧 : v. g. 猥云德化不當用兵 et etiam dices virtutis effectum non indigere usu militum? 臣等猥以空疎備員講讀 nos vero ex inani ruditate implentes officium explanandi legendique.

及, ab uno extenditur ad alterum, sed cum oppositione, *cum vero, quando vero* : v. g. 及陷於罪 cum vero inciderit in delicta; 及是時 arrepto illo tempore.

而, copulat cum quadam oppositione : v. g. 而好犯上者 et tamen ament se opponere superioribus; 而恥惡衣惡食者 et tamen erubescens vilem vestitum et rudem cibum. In medio vero aliquando opponit, aliquando ex æquo proponit : v. g. 貧而無怨難 pauperem esse quin indigneris, difficilius; 讜而信 sit sedulus et verax; 非予覺之而誰也 nisi ego excitem eum, quis vero?

而況, copulans auget : v. g. 而況可召與 quanto minus potuisset advocare? 而況於親炙之者乎 at quanto magis ii, qui præsentes afflabantur apud illos?

況, auget : v. g. 況居天下之廣居者乎 quanto ergo magis ille, qui insidet totius imperii amplissimum habitaculum? 況無君子乎 quanto magis cum non existunt sapientes?

況乎, auget et urget, *eo magis quod, quanto minus, quanto magis quod* : v. g. 況乎以不賢人之招招賢人乎 quanto ergo minus si cum insipientis hominis tessera arcessat sapientem virum? 況乎爾本多情 eo magis quod tu naturaliter multus affectu.

矧, auget : v. g. 矧可射思 nedum poterit parvipendi; 矧敢多又 nedum audendum plura ingeminare.

況夫, indicat vel comparat, et auget : v. g. 況夫物之成敗有數

Digitized by Google

eo magis quod rerum conservatio corruptiove habet certum tempus.

彼夫, magis indicat : v. g. 彼夫稱詩說,禮之彬彬者 ipsi illi celebrantes carmina et amantes ritus ornati viri; 彼夫既有旨酒矣又有嘉肴 ipsi illi cum habuerint exquisitum vinum, rursus habuere egregias escas.

如, conditionalis est, quæ aliquando sermonis progressum sequitur : v. g. 如不可求 at quando non penes me est conquirere; 如欲平治天下 si enim vellet tranquillare et ordinare imperium.

如以, conditionalis et causalis : v. g. 如以辭而已矣 quod si adhæreas phrasi et nil amplius.

如其, conditionalis aliquid definiens : v. g. 如其自視欿然 si is seipsum aspiciat indifferenter; 如其善而莫之違也 si illa bona sint et nemo iis contradicat.

如有, conditionalis præcisior : v. g. 如有復我者 quod si sit qui revocet me; 如有不嗜殺人者 si esset non appetens occidere homines.

有如, quamdam conditionem similitudinemque continet, *quodammodo, velut si* : v. g. 有如魯平公將出也 veluti cum Lou P'ing regulus nolebat exire; 有如常棣之詩言兄弟爾 ad instar *Japonicæ pruni* odæ eloquentis fratres.

若, conditionalis vel comparativa : v. g. 若藥不瞑眩 si medicina non perturbat; 若時雨降 velut si opportuna pluvia caderet.

若夫, leviter vertitur ad attingendum aliud : v. g. 若夫成功則天也 quoad ejus perficientem opus, is vero cœlum; 若夫豪傑之士 quoad vero insignes præcellentesque viros.

抑, adversativa est, quæ vel auget, *sed et,* vel opponit, *contra vero* : v. g. 抑而强與 an vero de tua fortitudine? 抑爲之不厭 si e contra quod ea agendo non fastidiam.

抑亦, adversativa cum quadam deliberatione : v. g. 抑亦可以爲次矣 attamen etiam poterit haberi ut secundus; 抑亦先覺者 at cæteroquin prior persentit.

抑何, adversativa cum quadam instantia : v. g. 抑又何也 sed cur?

夫, particula augens, auget gradum : v. g. 夫環而攻之 quod etiam cinxerint et impugnaverint ea.

夫謂, indicat et resumit : v. g. 夫謂非其有而取之者盜也 vocare eos, qui quod non est ipsorum dominium capiunt, latrones.

夫何, indicat et quærit : v. g. 夫何遠之有 ecquid distantia negotii foret? 夫何使我至於此極也 at ecquid fecit nos pervenire ad

Digitized by Google

hoc extremum?

夫豈, indicat et urget: v. g. 夫豈不義而曾子言之 id nunquid non æquum, et Tseng tse dixerit illud? 夫豈似習井之可以無傷 illud qui simile sicco puteo, quo fas sit eximi vulnere?

夫然後, indicat et subjungit effectum: v. g. 夫然後行 ita, et tunc demum cursus liber erit.

且, auget: v. g. 且王者之不作 insuper ut imperantium nullus exsurgeret; 且子言過矣 imo tuum dictum aberrat.

且以, auget quid determinatum: v. g. 且以文王之德 enimvero adhibendo Wen regis virtutem; 且以感於心者動於貌 immo quod commotus in animo, mutatur in vultu.

且謂, auget et instat: v. g. 且謂長者義乎 porro dicesne in grandævitate esse æquitatem?

今也, opponit præsens præterito, *nunc autem, in præsens vero:* v. g. 今也純 nunc vero sericus pileus; 今也不然 nunc vero non ita.

今既, opponit præsens velut jam factum: v. g. 今既數月矣 nunc jam aliquot sunt menses.

今將, opponit præsens velut mox faciendum: v. g. 今將行王政 nunc vult aggredi regum gubernium.

今而後, opponit præsens velut futuro conjungendum, *jam nunc in posterum:* unde sæpe intellectum aliquid subito significat: v. g. 今而後知君之犬馬畜伋 nunc demum novi principem ut canem aut equum alere me Ki; 今而後予可告無罪於先公 declarare jam nunc ego possum innocentiam coram defunctis majoribus.

必也, adversatur ad aliquid asseverandum, vel asseverat rationis exigentiam: v. g. 必也使無訟乎 at nonne illud potius, facere ut absint lites? 必也親喪乎 at nonne certo in parentum funere?

必以, asseverat usum vel rationabilitatem: v. g. 必以告新令尹 profecto illam edocebat novum ministrum; 必以規矩 profecto utitur circino et norma.

必有, asseverat existentiam: v. g. 必有我師焉 certo erit meus magister; 必有近憂 profecto habet prope mœrorem.

不有, negat esse: v. g. 不有祝鮀之佞 non habes precatoris T'ouo facundiam; 不有博奕者乎 at num non habent talos et scrupos?

不然, negative respondet, vel est negans conditionalis, *sin, secus:* v. g. 不然獲罪於天無所禱也 non ita; committens peccatum in cœlum, non habet quem deprecetur; 不然擅齊之强得一士也 si

Digitized by Google

non ita, arbiter T'si regni roboris assecutus unum litteratum.

不知, negat scire, adeoque pungit modo dicta : v. g. 不知所以裁之 at normam nesciunt ad quam id exigant.

不識, negat cognitionem, adeoque vel dubium ad interrogandum exhibet, vel indirecte rem affirmat : v. g. 不識有諸 nescio an res extiterit.

不如, quod potius est affirmat, vel similitudinem negat : v. g. 不如丘之好學也 at non sicut me K'ieou, amatorem sapientiæ; 不如鄉人之善者好之 illud melius, si popularium boni ament illum.

不得, negat facultatem : v. g. 不得盡其辭 non obtinent exequi sua commenta; 不得與之言 nec potuit cum illo loqui; 不得已也 non potest omittere.

不能, negat potestatem : v. g. 不能專對 nequis a te solo dare responsiones; 不能正其身 nequeunt reformare suam personam.

不敢, idem fere valet : v. g. 不敢不勉 non audere non conari; 不敢不告也 non audebam quin monerem.

不曰, *si non dicis, nonne dicis?* v. g. 不曰如之何 qui non dicat, quomodo hoc? 不曰堅乎 sed nonne dicitur, durum?

不以, negat uti : v. g. 不以其道得之 at nisi per propriam viam obtineas ea; 不以兵車 quin adhiberet milites et currus.

不爲, negat esse aut æstimari : v. g. 不爲不多矣 haud æstimandum non multum; 不爲小矣 non est exigua.

不足, negat par esse : v. g. 不足以當大事 non est dignum quod censeatur summa res; 不足與有爲也 haud par quicum tentaretur facinus.

未足, negat par esse, sed levius atque remissius; est enim inter ita et non ita : v. g. 未足與議也 nondum est dignus quicum illam edisseram.

未聞, absolute negat : v. g. 未聞以千里畏人者也 nondum audivi quemdam cum mille stadiis timuisse alios; 未聞以割烹也 nondum audivi usum fuisse dissecandi coquendique arte.

未見, absolute negat : v. g. 未見其止也 nondum vidi illum sistere; 未見蹈仁而死者也 nondum vidi qui insisteret virtuti et periret.

未能, negat : v. g. 未能事人 nondum vales servire hominibus; 未能或之先也 nondum potuerit aliquis illum antestare.

未有 absolute negat : v. g. 未有小人而仁者也 nondum invenitur vulgaris homo, qui perfectus sit; 未有能生者也 nunquam

Digitized by Google

erit quæ possit germinare.

未嘗, significat *nondum*, *nunquam* : v. g. 未嘗飽也 haud unquam saturabatur; 未嘗與之言行事也 nunquam cum ipso locutus est de legationis negotio.

未知, negat : v. g. 未知生 nondum scis vivere; 未知其孰賢 nescio earum quænam excellentior.

未可, negat : v. g. 未可與立 quin detur capacitas persistendi; 未可以言與 nondumne potuisti admonere?

未若, æque ac 不若, quod melius est affirmat, at paullo mollius remissiusque : v. g. 未若貧而樂 sed nondum sicut qui sit pauper et lætus; 未若復吾賦不幸之甚也 haud quantum reddendi me vectigalem infortunium grave est.

亦可, affirmat : v. g. 亦可宗也 et sic poterit diu inniti; 亦可畏也 at etiam debent timeri.

亦不可, negat : v. g. 亦不可行也 equidem non est agendum; 亦不可得矣 item non poteris obtinere.

亦可以, affirmat effectum : v. g. 亦可以爲成人矣 etiam poterit censeri perfectus vir; 亦可以即戎矣 etiam poterunt præsto esse militiæ.

更有, addit : v. g. 更有嚶鳴求友之樂 magis habet consono cantu quærendi amicum voluptatem; 更有殷然其欲赴者 magis habet studiosam voluntatem progrediendi.

尤有, 猶有, idem fere valent : v. g. 猶有君人之度也 adhuc habere regentis homines formam fuit; 猶有剛强不能忍之氣 adhuc habuisse acriter pervicacem neque compotem sufferendi spiritum.

仍有, addit, sed rei potius continuationem : v. g. 而仍有得暇之日 sed præterea simul manendi otio diebus; 我意中仍有爾 mea in mente adhuc habeo te.

無如, negat remedium et agendi possibilitatem, valetque 無奈 : v. g. 無如相逼而來 et en absque remedio aliunde pressus veniensque.

否則, negans conditionalis cum illatione, *si secus, tunc* : 否則家無子弟之過者亦足算也 sin vero, in domo expertes filii fratrisque erratis, etiam digni numerantur; 否則直以請成之事商之耆老也 sin vero, rectius de petendæ pacis negotio consultare cum senioribus.

意者, conjicientis est : v. g. 意者輕煖不足於體歟故致焉思逞歟 sic ratiocinatus : leves calefacientesque pelles num non suppetunt pro corpore, ut barbarus ideo versipellis cogitet insolescere?

Digitized by Google

意必, conjicit et definit : v. g. 意必有駭俗之奇 opinor certo habere commovendi vulgus mira; 意必有瞻望樂郊 opinor certo haberi suspicientes jucunda loca.

奈, remedium et possibilitatem refert, *quid facias? sed quid :* v. g. 奈何絕秦歡 atqui tunc amitteretur T'sin favor.

不啻, 弗啻, aliquando significat *non tantum*, alias vero significat *non aliter :* v. g. 不啻若自其口出 is non solum quasi ex ipsius ore procederet; 不啻確有可憑 non secus ac vere esset fundamentum; 不啻爲釣遊之地 haud tantum est piscationis deambulationisque terra.

何啻, idem fere est, *qui tantum :* v. g. 吾何啻千萬人矣 ego non tantum mille et decem mille homines.

又何, addendum esse negat : v. g. 又何加焉 quid præterea addendum? 又何卜爲 adhuc quid haruspicio opus?

乃何以, admirantis et urgentis est : v. g. 乃何以言及閔子之孝 at qui fit ut mentione attingente Ming doctoris pietatem.

非然者, negans conditionalis : v. g. 非然者宗廟百官及門猶難得見 secus, avitam aulam variosque præfectos, ipsi discipuli etiam difficile possent aspicere; 非然者文章禮樂吾黨豈曰無人 si non ita, litteraturam ritus et musicam inter nos qui dicas deficere homine?

不但此也, pergentis est, *non tantum hoc.*

誠如是也, item pergentis est, *si vere ita est.*

不寧惟是, æque pergentis est, *non tantum hujusmodi.*

5. 襯語 PARTICULÆ EXPLETIVÆ

Ita dictæ, quod in phrasibus aut initio aut medio inseruntur ad ipsas complendas; antiqui eas vocabant 助語, particulas auxiliares.

之, articulus; nota genitivi, adjectivi, passivi; generale pronomen : v. g. 大學之道 magnæ scientiæ ratio; 故民之從之也輕 ideo populus sequetur illum facile; 學而時習之 studere sapientiæ et jugiter exercere hoc. 旃 valet 之, v. g. 上慎旃哉, magis attendat id oh!

以, nota regiminis indirecti vel directi, significat finis objectum, medii usum, usus congruentiam, termini connexionem : v. g. 以告子貢 id monuit Tse kong; 一則以喜 tunc quidem ut læteris; 以不教民戰 cum non instituto populo pugnare; 以時 juxta tempus; 自今以後 jam nunc in posterum.

以爲, *habere pro :* v. g. 仁以爲己任 cordis perfectionem sus-

Digitized by Google

ceperunt in proprium onus; 民以爲大 populus existimat magnum.

以其, *sumere suum :* v. g. 以其子妻之 sumens suam filiam, tradidit illi nuptui; 管仲以其君霸 Koan tchong fecit suum principem archontem.

以及, *usque ad :* v. g. 以及其親 et usque ad suos parentes.

是以, *propter hoc,* 所以 *propter quod,* 將以 *volet uti,* 何以 *undenam,* a connexivis non discrepant : v. g. 君是以不果來也 princeps propterea non reapse venit; 天之所以爲天也 cœlum ideo est cœlum; 三代之所以直道而行也 tres fundatores quicum juxta æquum jus egerunt; 天將以夫子爲木鐸 cœlum mox utetur magistro ut sit ligneâ linguâ tintinnabulum; 予將以斯道覺斯民也 ego volo ope hujus doctrinæ aperire sensum huic populo; 吾何以識其不才而舍之 ego unde sciam qui carent peritia, ut omittam illos? 子何以其志爲哉 tu quare sumis ejus intentionem in supputationem?

可以, *fas est :* v. g. 吾今則可以見矣 ego nunc jam possum videre; 人皆可以爲堯舜 homines omnes possunt evadere Yao et Choen.

足以, *sufficit ad :* v. g. 足以有敬也 sufficiat ad habendum honores; 吾力足以舉百鈞 meæ vires sufficiunt ad elevandum centum tricesses.

必以, *certo habere :* v. g. 吾必以仲子爲巨擘焉 inter T'si regni litteratos, ego facile censeo Tchong tse esse majorem digitum.

不以, *non uti :* v. g. 不以言舉人 nec per verba elevat hominem; 域民不以封疆之界 vallatur populus non per aggerationum confiniumque terminos.

皆以, *omnes uti, existimare :* v. g. 壹是皆以修身爲本 ad unum omnes habent perficere se tanquam principale; 百姓皆以王爲愛也 populus totus regem existimavit sordide affectum.

於, præpositio, *in;* nota passivi, *a;* nota regiminis, *ad;* innuit objectum, *quoad;* servit comparativis, *præ :* v. g. 吾之於人也 ego quoad alios; 於心終不忘 e corde haud unquam excidunt.

于, idem ac 於 : v. g. 定于一 stabilietur per unitatem; 于湯有光 præ T'ang habeo splendorem.

所, relativum pronomen, initio vel medio phrasis adhibetur; facit substantivum, et tunc quasi 之 vel auxiliaris haberi potest : v. g. 所損益可知也 quod dempsit vel addidit, potest sciri; 昔者所進 heri quos admisisti.

攸, idem ac 所 : v. g. 髦士攸宜 insignes viros quod decet; 彝倫

Digitized by Google

攸敘 legum et officiorum ordinatio.

其, pronomen, indicat personas vel res vel sapientiam; exprimit aliquando animi votum, 吾其 *ego velim;* legitur 其' *ki*, et est particula auxiliaris: v.g. 彼其之子 ille quidem dominus; 其行己也恭 is sua agens est humilis; 食而不知其味 comedens nescit esus saporem; 及其至也 pervenire ad ejus apicem.

乎, in medio phrasis, æque ac 於, est præpositio, facit passiva, servit comparativis, jungitur regimini, sed paullo est agilior; fulcit insuper 於 et 惡: v. g. 吾無隱乎爾 ego nil celavi vos; 浴乎沂 ablui in amne I.

諸, in medio phrasis, æque ac 於 est præpositio, *in*, vel nota passivi, *a*: v. g. 本諸身 fundatur in seipso; 有諸內 existit in interno.

不, absolute negat, *non*: v. g. 犯而不校 offensus neque controversaretur; 不謀其政 ne moliaris illius administrationem.

未, negat usque adhuc, *nondum*: v. g. 未入於室也 nondum introivit in penetralia; 臣未之聞也 subditus tuus nondum ea audivit.

非, *non est, nisi*: v. g. 何事非君 cui serviam quin sit princeps? 此非君子之道 hæc non est sapientis agendi ratio.

猶, significat primo *sicut, similis;* secundo *adhuc, etiam;* tertio potentialis et optativa est, ut Carminum I. 110: v. g. 猶水勝火 sicut aqua vincit ignem; 猶可說也 adhuc potest explicari; 猶來無死 ut possit advenire quin moriatur!

自, *ex; cum; ultro*: v. g. 奚自 undenam? 自西自東自南自北 ab occidente ab oriente ab austro a septentrione; 自正學不明 ex quo vera doctrina non clarescit; 自非然者 at res non ita; 翛然自得矣 sublimi more ultro contentus ero.

由, *ex; per; sequi; veluti*: v. g. 由門而進 ex janua ultro progredi; 難自由矣 difficile sui juris erit; 由百世之後 a centum generationibus usque adhuc; 由反手也 perinde esset ac vertere manum. Littera 繇 idem est ac 由.

尤, *magis; admodum*: v. g. 此又君子之尤難者也 id ipsis sapientibus hominibus multo difficillimum est; 擇其言尤雅者 eligam eorum dicta quæ magis recta sunt.

暨, copulativa est, *et*: v. g. 讓於殳斨暨伯與 cessit pro Chou, T'siang atque Pé yu; 太保暨芮伯咸進相揖 summus Tutor atque Joei Comes ambo ingressi mutuo consalutarunt.

甚, *nimis, valde*: v. g. 甚矣吾衰也 admodum sane ego contabui; 心爲甚 cor etiam magis.

Digitized by Google

殊, *valde; aliter* : v. g. 殊難自遣也 omnino difficile se remittit; 此殊汲汲也 is summopere trepidus; 殊未及 omnino defuit tempus; 殊不然 prorsus non ita; 無甚懸殊 haud ita longe absimilis; 不殊於平旦也 non differt a primo diluculo.

亦, *et, etiam, insuper; quidem, utique* : v. g. 亦悖而入 etiam injuria vero recipientur; 亦長吾之長 itemque colo meorum grandævitatem.

又, *iterum; præterea; adhuc, etiam; vero, autem* : v. g. 攘攘又無益矣 totus operosus adhuc nihil proficio; 而又害之 sed etiam nocent ipsi; 今又棄寡人而歸 nunc iterum relinquis me ut revertaris.

更, *iterum; magis* : v. g. 而更窮困 et tamen magis jactura premebat; 此更皇皇也 hic magis inquietus et sollicitus est.

厥, idem ac 其 : v. g. 播厥百穀 seminant suas varias fruges; 厥民析 hic populus dividitur.

既, *quoniam, cum, jam, postquam* : v. g. 既庶矣 cum multi sint; 經界既正 delineatio limitum ubi recta sit.

必, *omnino, certe* : v. g. 必聞其政 profecto cognitionem capit ejus gubernii; 則吾必在汶上矣 tunc ego certe ero Wen fluvium supra.

莫, *ne; nullus;* præ 勿 et 無 paullo mollior magisque flexilis : v. g. 莫不尊親 nullus non venerabitur amabitque; 天下莫能載也 cœlum infra nullus potest continere.

勿, prohibentis est, *ne* : v. g. 過則勿憚改 si erras, tunc ne formides emendari; 勿欺也 ne decipias.

殆, *prope, fere; circiter* : v. g. 殆未識夫子之心哉 forte nondum cognoscit magistri animum; 此殆今所謂能也 id fere est quod nunc dicitur posse. Facile sibi adsciscit 有, 不, 非 : v. g. 殆有甚焉 atqui adhuc magis; 殆有難忘於歸者也 forte is difficile obliviscetur de repatriando; 殆不可復 sed forte non licebit iterum; 殆非也 non omnino ita.

洵, *vere, revera* : v. g. 洵美且都 vere pulchra atque multa; 洵有情兮 enimvero habet ardorem.

聊, *nonnihil, quodammodo* : v. g. 聊樂我員 satis juvat me quidem; 聊與子同歸兮 etiam cum sapiente eamdem domum irent.

叵, *non potest* : v. g. 叵耐 non potest supportari; 叵信 indignus fide; 懷叵測之情 recondit impossibiles conjectu affectiones.

姑, *interim* : v. g. 姑舍女所學而從我 interim relinquite quod vos didicistis et obsequimini mihi; 子謂之姑徐徐云爾 tu diceres illi : porro sensim, pedetentim.

Digitized by Google

凡, *quicumque :* v. g. 凡事豫則立 quæcumque res, præfultæ tunc stabunt; 凡有血氣者 quicumque habent sanguinem spiritumque.

皆, *omnis; æque :* v. g. 皆不及門也 omnes non frequentant scholam jam; 物皆然 res omnes ita.

俱, *omnis; simul :* v. g. 雖與之俱學 quamvis is cum illo simul addiscat.

仍, *adhuc, sicut prius; juxta; iterum; nempe :* v. g. 仍舊貫 si inhæreatis pristinæ rei; 仍即喭之偏 æque est ruditatis aberratio.

偏, obstinatam oppositionem innuit, *et tamen, his non obstantibus, tu vero contra :* v. g. 偏忽見有君子 contra extemplo videt adesse sapientem virum; 偏能達于道途之口 nihilominus poterat attingere ad viantium ora.

相, mutuam relationem designat, *invicem :* v. g. 道並行而不相悖 cursus simul aguntur quinmutuo perturbentur; 出入相友 euntes et redeuntes invicem sociabuntur.

即, *accedere juxta; nunc; scilicet; statim; vel si :* v. g. 即此時安得不中折也 sed ipso hoc tempore qui possim quin medius diffringar? 亦可以即戎矣 etiam poterunt præsto esse militiæ; 即凡天下之物 scilicet omnia universitatis entia.

就, 就令, 就使, eamdem habent vim, *etiam si, vel si :* v. g. 就死得處所 quamvis mortui, invenerunt immorandi locum.

方, *dum, modo, dum incipit; tunc vero :* v. g. 血氣方剛 corporis robore modo convalescente. Facile sibi 其 adjungit : v. g. 方其未築也 cum ea nondum constructa erat; 方其破荆州下江陵 cum is perrumperet King tcheou subigeretque Kiang ling.

將, indicat mox futurum; innuit voluntatem agendi; est vage conjicientis : v. g. 將遊大人以成名乎 an vero sim frequentaturus magnos viros ad comparandam famam? 吾將仕矣 ego mox geram magistratum.

遽, *illico; trepidanter :* v. g. 若有未敢遽信者焉 videtur utique non statim credere; 讖夏庭之遽衰 noscitur e Hia cavædio repentina ruina.

忽, *illico, improviso; negligenter :* v. g. 忽焉在後 en repente extat a tergo; 忽奔騰而砰湃 subitoque debacchari atque strepere.

倏, *illico; brevi :* v. g. 聚首未幾倏分兩地 congressi vix, illico distrahimur duabus oris; 知心暌隔倏經三載 amici distrahimur brevi abhinc tribus annis.

當, *consentanee; in eo temporis :* v. g. 還當於所見察之 equidem

Digitized by Google

conducet in aliquem videndo examinare illum; 當其始 in ipso initio; 已當暮齒 jam in inclinata ætate.

毋, prohibentis est : v. g. 毋自欺也 nolle sibi illudere; 毋吾以也 nolite me sic considerare.

弗, idem ac 不 : v. g. 有弗學 vel non studebit; 弗如也 non vales illum.

應, conjicit convenientiam : v. g. 古人應亦許之 antiqui homines debent etiam approbare illum; 自應問我兩人 jure debebis interrogare nos duos homines.

宜, *congruenter, merito; concorditer* : v. g. 不亦宜乎 nonne quidem conveniens erat; 宜若何而圖之 debebit quo pacto cogitari?

與, *cum, simul* : v. g. 惟我與爾 duntaxat ego et tu; 與子偕臧 cum puella simul contenti fuimus.

偶, *fortuito* : v. g. 可偶一爲之爾 potuit obiter semel fieri id; 子偶見夫翔集者而忽有觸也 Confucius casu vidit volucrem subsidere, atque improviso sensit commotionem.

庶, sperantis est : v. g. 庶竭駑鈍 ut exhauriam caballi hebetudinem; 庶見素冠兮 quam vellem videre album pileolum!

適, *fortuito; amussim, commodum; congruenter* : v. g. 適足增羞 potius valeret ad augendum pudorem; 適以買禍也 scilicet inserviunt emendæ calamitati.

6. 歎語 PARTICULÆ EXCLAMANTES

Ita dictæ, quod interjectionem aliquam continent.

吁, exclamantis, *oh!* v. g. 吁重民歎者所以重民瘼 proh! magnifaciens populi censum, propterea magnifacit populi morbos; 吁假年學易垂暮無成 eheu! commodatis annis studere Mutatori, inclinatus vesperi non perficiam.

嗟, exclamantis, *ah!* v. g. 嗟我友邦冢君 oh! mei amicorum regnorum magni principes; 嗟我士聽無譁 heus! mei milites, audite sine strepitu.

噫, exclamantis, *proh!* v. g. 噫斗筲之人 heu! modioli quasillive hominem; 噫天喪予 heu! cœlum me extinxit.

嗚呼, dolentis et exclamantis, *ah!* v. g. 嗚呼惟天生民有欲 oh! nonnisi cœlum procreavit populum cum passionibus; 嗚呼猷告爾多方士 oh! agite, moneo vos multarum gentium præfectos.

Digitized by Google

嗟夫, affectu exclamantis, *oi!* v. g. 嗟夫使六國各愛其人則足以拒秦 miserandum! si sex regna singula amassent suos cives, tunc satis ad repellendum T'sin; 嗟夫予嘗求古仁人之心或異二者之爲何哉 sed oh! ego jam deprehendi antiquorum humanorum hominum animum forte discrepare bifariorum horum actis : cur vero?

嗟乎, longe suspirantis, *hei!* v. g. 嗟乎子卿 heu, heu! Tse k'ing; 嗟乎貧窮則父母不子 mirum proh! pauperem, jam parentes nec filium cognoscunt.

嗟嗟, iterato suspirantis exclamatisve est, *heu, heu!* v. g. 嗟嗟四鄰諸侯豈無望叟慕叟而舉國以待叟者乎 oh oh! quatuor confinium reguli, qui minime sperent seniorem, ament seniorem, atque toto cum regno expectent seniorem? 嗟嗟烈祖 io, io, insignis avus!

噫嘻, ægre ferentis, *vah!* v. g. 噫嘻悲哉此秋聲也 heu heu dolendum! is autumni sibilus scilicet; 嗚呼噫嘻我知之矣 oh oh ah ah! ego teneo rem.

悲夫, miserantis, *dolendum!* v. g. 後之視今亦猶今之視昔悲夫 futuri videbunt præsentes, etiam sicut præsentes considerant præteritos : dolendum! 名堙滅而不稱悲夫 nominis suppressi absque ulla laude; commiserandi sane!

7. 歇語 PARTICULÆ FINALES

Pausam inducunt vel phrasi suspensæ et incidenti, vel phrasi absolutæ et completæ; idque vel positive vel interrogative : hic de positivis.

也, plane terminat periodum; adjungitur explicationibus, adeoque incidentes phrases in 者 desinentes excipere solet; apponitur in responsis : plane terminat incisa, et sæpe amat repeti, aliquando uno vocabulo excipitur : terminat vocabula, et nominibus propriis adjungitur : v. g. 其爲人也 is talis homo est; 無異也 一也 non differt, idem est; 亦也惑 T'che dubio teneor; 未之有也 nondum ii extiterunt; 仁者人也 pietas ipsemet homo est.

矣, præcise terminat, definite affirmat, nude asserit, adeoque 則 et 斯 facile sequitur : fit incisi pausa ad rem ulterius explicandam : v. g. 可謂仁矣 poterit dici perfectus; 先生之志則大矣 magistri scopus quidem est inclytus; 其於處貧也則幾矣 is ad acquiescendum paupertati, utique accedet jam.

焉, agilior finalis, consonas voces facile sequitur, particulam 如 ultro excipit, æqualia incisa belle terminat : v. g. 有民人焉 habet populum

Digitized by Google

et homines; 善爲我辭焉 belle pro me recuses.

耳, diminuendi habet vim, *solummodo* : v. g. 堯舜與人同耳 Yao et Choen cum aliis similes sunt; 弗爲耳 non agit, potius.

爾, diminuendi habet vim : v. g. 是之取爾 en quem hauriebat sensum; 便便言惟謹爾 explicate loquebatur quamquam cum reverentia.

而, in specialibus locutionibus adhibetur : v. g. 已而已而 desiste tandem, oh, desiste; 室是遠而 domus at longe distat.

已, addit cessandi et sufficiendi sensum, *satis, jam* : v. g. 是亦不屑去已 quod nempe non æstimabat purum abire; 噫可怪已 heu! mirabile est.

夫, est veluti soni productio, et sola affirmat, sociata exclamat : v. g. 善夫 recte; 夫微之顯誠之不可揜如此夫 en subtilitas manifestatur, et veritas non potest occultari usque adeo!

其, carminum finalis est : v. g. 子曰何其 tu mutis ad quid? 夜如何其 nox quota est jam?

兮, canticorum pausa est : v. g. 終不可諠兮 in finem non poterit obliterari; 鳳兮鳳兮 o phœnix, phœnix!

且, carminum finalis est : v. g. 其樂只且 oh! is lætus vere; 狂童之狂也且 inconsideratorum pusionum tu imprudentissimus.

只, carminum finalis est : v. g. 毋也天只不諒人只 mater mihi cœlum est, at non credit mihi; 樂只君子 amabilis quidem sapiens.

云, *inquam*, in fine eamdem vim exhibet : v. g. 其上蓋有許由冢云 ejusque clivo revera extat Hiu yeou sepulchrum; 予低徊留之不能去云 ego animo præoccupatus detinebar illic, nec poteram discedere.

者, phrasim incidentem terminat, litteras explicandas sequitur, resumptam phrasim comitatur, adjectivum vel participium efficit : v. g. 吾未見力不足者 ego nunquam vidi ejus vires non sufficere; 何哉爾所謂達者 quis porro est quem vocas illustrem? 頃者 modo; 日者 olim.

者也, plane participium vel nomen terminat : v. g. 欲速成者也 sed volens quamprimum formatus evadere; 未有義而後其君者也 nondum fuit justus, qui tamen posthaberet suum principem.

者矣, pressius participium terminat : v. g. 然後可以盡天下之大觀而無憾者矣 et postea vero poterunt concludi imperii magna spectacula, quin ullus indigner.

者耳, diminutive participium terminat : v. g. 此則勢之無可如

Digitized by Google

何者耳 id scilicet necessitas ineluctabilis est.

者焉, agilius notam nominis participiive terminat : v. g. 必有忠信如丘者焉 certe habet fidelem et sincerum sicut me K'ieou; 有可連類而及者焉 unde possim conjungendo species attingere.

也者, terminat propositionem incidentem, quæ dictum aliquod resumit; ita frequentius : v. g. 孝弟也者 illa observantia in parentes et fratres; 安見方六七十如五六十而非邦也者 ecquando vidisti latum vel sexaginta septuagintave aut quinquaginta sexagintave stadia, quin esset regnum?

也已, pausæ addit cessandi vim: v. g. 可謂仁之方也已 id dicendum philosophiæ tessera; 斯害也已 id est detrimentosum.

也矣, pausam præcisiorem efficit : v. g. 則亦余之甚幸也矣 tunc jam mihi summa fortuna erit.

也夫, pausæ addit interjectionem : v. g. 莫我知也夫 nemo me novit, heu! 是余之罪也夫 hoc, meum peccatumne?

矣夫, pausæ addit vim et interjectionem : v. g. 命矣夫 fatum est! 吾已矣夫 ego perii oh! 有矣夫 accidit.

云者, sustentat phrasim incidentem, quæ ad sermonem referatur : v. g. 老子之所言道德云者 Lao tse quam dicit rationis virtus.

云耳, diminuendi habet vim; 耳 et 爾 eleganter subsequuntur 云 vel 焉 : v. g. 不過如此云耳 tantum ita.

已矣, cessationem dicit præcisiorem, *ita et nil aliud* : v. g. 是則章子已矣 is scilicet Tchang tse totus est; 始可與言詩已矣 et tunc potero simul disserere versus.

已耳, *id restat tantum* : v. g. 有待斃於井中已耳 habet expectandam mortem in putei medio, et nil aliud; 則相與彼之已耳 jam una simul indicamus illum, et nil aliud.

焉耳, 焉爾, diminuendi æque habent vim : v. g. 蓋其始焉耳 scilicet ejus initium; 非爲六國也爲趙焉耳 non pro sex regnis, sed tantum pro Tchao; 惟所擇之焉爾 tantum quod elegit.

焉者, sustentat phrases incidentes cum gratiâ : v. g. 上焉者 priorum illa; 猶有惑焉者 adhuc est quod dubito.

焉而已, molliter significat terminum sententiæ : tres finales simul adhibitæ phrasim magnifice trahunt, et præstat ut una alterave littera præcedantur. Illud 而已 excludit aliud : v. g. 食粟而已 consumo fruges et nil amplius.

焉耳矣, magnifice significat sententiæ terminum; illud 耳矣 inter

Digitized by Google

modestiam animi aliquam remissionem innuit: v. g. 盡心焉耳矣 exhaurio animum prorsus.

焉者矣, sustentat finale participium: v. g. 下必有甚焉者矣 inferiores haud dubie habentes magis erunt.

而已矣, adversative excludit aliud: v. g. 孝弟而已矣 nonnisi pietas et obsequium et nil aliud; 求其放心而已矣 quærere illud amissum cor et nihil amplius.

8. 疑語 FINALES DUBITATIVÆ

seu quæ interrogative efferuntur, unde 逆歇 dici solent.

乎, interrogantis ad petendum vel refutandum est, tum exclamantis et admirantis; et in dubiis etiam repetitur: v. g. 不亦君子乎 nonne etiam sapientis est? 深乎深乎 profunda proh! 學詩乎學禮乎 studesne Odis? studesne Ritibus?

諸, interrogat in fine vel dubitat, sed tunc præsertim cum res liquet, et de industria quæritur: v. g. 人其舍諸 alii an ipsi missos facient? 山川其舍諸 montani fluvialesque spiritus an illi rejicient?

歟 vel 與, eadem ac 乎, sed et firmior est, et dubium veluti suspensum exhibet, ita ut interrogando exclamare videatur: geminata vero dubium proponit: v. g. 君子人與 is sapiens vir? 可不慎歟 licebitne minus attendere? 其爲人之本與 annon ipsa est exercendæ pietatis fundamentum? 求之與抑與之與 quæsitumne hoc an vero datum?

耶, continet improbandi, exclamandi, admirandi sensum, et dilemmati, exhortationi, excusationi, dubitationi inservit: v. g. 此何時也而可以如此耶 hoc quodnam tempus est, ut liceat ita? 是耶非耶 existit vel non existit?

哉, continet admirandi, suspirandi, exclamandi, laudandi, expleti voti sensum, et supponitur etiam nomini: v. g. 禹曰俞哉 Yu ait: sane! 君子哉若人 quam sapiens iste vir!

者乎, addit pausam interrogationi: v. g. 君子者乎 an vere virtutis est vir?

者歟 seu 者與, addit pausam interrogativæ exclamationi: v. g. 夫子聖者與 magister nonne sanctus? 益者與 proficiet ergo?

者耶, addit pausam refutatoriæ interrogationi: v. g. 豈所謂見義不爲無勇者耶 an non fuerit quod dicitur, videns officium et non agens, caret fortitudine?

Digitized by Google

者哉, addit pausam exclamationi : v. g. 子何尊梓匠輪輿而輕爲仁義者哉 tu quare magnifacis arcularium rhedariumque, et parvipendis studiosum humanitatis et justitiæ? 有不爲之傷心者哉 estne qui de eo doleat?

也乎, producit interrogationem : v. g. 是尙爲能充其類也乎 hujusmodi adhuc censetur posse adimplere sui propositi genus? 其能遺之也乎 nunc ille potest relinquere eum?

也歟 seu 也與, protrahit suspensionem : v. g. 求也可使從政也與 K'ieou poteritne interesse gubernio? 舜其大孝也與 Choen ille quam valde in parentes pius!

也耶, protrahit instantiam : v. g. 汝其知也耶其不知也耶 tu ipse sentisne, an ipse non sentis jam? 而我何堪也耶 et ego qui tolerem?

也哉, producit exclamationem : v. g. 且君之欲見之也何爲也哉 imo princeps cupit videre illum, qua de causa? 吾豈匏瓜也哉 ego qui sim ventrosa cucurbita!

已乎, interrogative negat cessationem : v. g. 其容已乎 ipse poterone abstinere?

已耶, suspense negat cessationem : v. g. 則仕焉可已耶 sic magistratus qui possit cessari?

已哉, interjective negat cessationem : v. g. 豈僅祿位與名已哉 qui tantum census, dignitas, cum fama, et nil aliud?

乎哉, interrogando exclamans vel vere dubitat, vel ficte dubitat : v. g. 賜也賢乎哉 Se jam sapiens ergo! 君子多乎哉 num sapiens multas habebit?

焉哉, exclamando cum vi interrogat : v. g. 而亦何必不有人焉哉 sed etiam qui indubitato nullus erit homo?

云乎, de dictis interrogat : v. g. 豈曰友之云乎 num dicebant amicitiam sociandam cum illo?

矣乎, sermonem præcidit quin sententia absolvatur : v. g. 斯謂之仁矣乎 continuo dicetur corde perfectus jam? 夫子聖矣乎 magister nonne sanctus jam?

矣哉, sermonem præcidit interjective : v. g. 雲亦靈怪矣哉 nubes etiam mirum quid, oh! 亦盛矣哉 age, splendidum sane!

否耶, valet *necne* : v. g. 吾不知孟孫遷者亦曾以無違語子否耶 ego haud scio Mong suen nuperrime an etiam illud *nihil transgredi* dixerit tibi necne.

Digitized by Google

否乎, valet *necne* : v. g. 宜乎否乎 decetne an non?

否歟 seu 否與, item valet *necne* : v. g. 其不易吾言與否與 is non mutat mea verba, an vero secus?

焉否耶, abrupta per 焉 particulam phrasi, subjungit interrogationem *an secus* : v. g. 其能無慮焉否耶 is poterit carere sollicitudine, an secus?

焉者乎, rotundius producit interrogationem : v. g. 而謂猶有與'焉者乎 et dices adhuc habuisse curæ?

焉爾乎, molliter producit interrogationem : v. g. '女得人焉爾乎 tu esne nactus hominem?

而已乎, adversative includit aliud : v. g. 如斯而已乎 itane, et nil amplius?

乃爾乎, adversative indicat et quærit, æque ac 乃爾, *cur ita, itane vero?* v. g. 何不仁乃爾 quare inhumanus ita? 但何亟亟乃爾 at quare præpropere adeo?

也歟哉, protrahit interrogativam exclamationem : v. g. 其決也歟哉其滯也 ille certusne animi? ille hæsitabundus potius.

也乎哉, idem valet : v. g. 吾遁也乎哉吾生也 egone fugiam? ego salvus sum! 吾傷也乎哉吾生也 egone vulnerer? ego salvus sum!

9. 束語 PARTICULÆ COLLECTIVÆ

Ita dictæ, quod sermonem colligunt, vel sensum collectivum exhibentes sermonem quodammodo concludunt.

總之, simul complectitur, et generatim concludit, *ad summam* : v. g. 總之不離古文者近是 generatim, quod non abscedit ab antiquo Annalium scripto est verisimile.

要之, simul resumit quod summa et caput rei est : v. g. 要之仕於楚則安於楚 in summa, si magistratus in T'chou, tunc conquiescet in T'chou.

是則, antecedentia resumit ad inferendum, *quæ cum ita sint, illud sequitur* : 是 et 則 aliquando eamdem vim habent; eamdem plane habet 然則 : v. g. 是則章甫縫掖永作波中之客 ita vero rite pileatus ampleque togatus perenne fieret fluctibus immorans peregrinus.

大抵, generatim assumit : v. g. 大抵民之念生更切於念死 plerique cives cogitant vivos majore studio quam cogitant mortuos.

大約, generatim colligit : v. g. 大約以君子見君子 plerum-

Digitized by Google

que cum sapiens vir videt sapientem virum.

大凡, generatim supputat : v. g. 大凡物不得其平則鳴 quæcumque res, haud compotes suæ æquabilitatis, statim clamant; 大凡君子與君子以同道爲朋 plerique omnes sapientes cum sapientibus, quia communis sapientiæ, faciunt societatem.

從來, colligit præteritum ad comprobandum præsens : v. g. 從來志士不忍徇物而墜教不外平情 ab initio usque adhuc, cordatus vir haud durus est ad devovendam vitam aliis, et sancta doctrina non est extra æquilibrem affectum; 從來惟希賢者乃能賢耳 ab initio usque adhuc tantum imitatores sapientum tandem possunt esse sapientes.

甚矣, concludit sententiose : v. g. 甚矣人之好怪也 vehementer quidem homines amant monstruosa! 甚矣吾衰也 admodum sane ego contabui.

甚哉, concludit cum admiratione, et ponitur ut præcedens in capite phrasis : v. g. 甚哉敏於事者之難也 proh quam diligentia in rebus difficilis est!

